SCOTUS, ET SCOTISTAE BELLUTUS, ET MASTRIUS EXPURGATI...

Ottaviano Camerani, Paulus Pinzarinius

SCOTVS, ET SCOTISTÆ BELLVTVS, ET MASTRIVS

EXPVRGATI

A' PROBROSIS QVERELIS

FERCHIANIS

Earumdem Centuriæ

PARS PRIOR

A' Fr. BARTHOLOMEO MASTRIO

MELDVLENSE

SVBTILISSIMÆ SCOTISTARVM ACADEMIÆ

Oblata Anno Domini 1647.

ET A' PAVLO PINZARINIO PHYSICO

MELDVLENSI INVVLGATA.



FERRARIÆ, Apud Franciſcum Succium Thypographum Cameralem

SVPERIORVM PERMISSV 1650.

Illustrissimo, & Excellentissimo Domino

D. DONO CAROLO VARANO

E' DVCIBVS CAMERINI

Paulus Pinzarinius Meldulensis Medicus.

EN Mercurium, Illustrissime, & Excellentissime Domine, patrocinantis tuæ Gratiæ luminibus publicos denique Mortalium prodeuntem in intuitus; Mastrium scilicet acutissimi Scoti Mercurium Termaximum à probrosis Mathei Ferchij Querelis vindicatum. Inscio Authore Subtilissimi ipsius ingenij præsens fœtus emanat in lucem. Non nescio, Prælum, quod subit hic liber (me quoque obsecrante) à scribentis Modestia potuisse interdici, cui modo necesse arridebit. Ad hoc sum impulsus, quod Ferchius venenato ore, rabiosis dentibus Philosophica aliqua, ac Theologica non tantùm Arbitria ipsius Mastrij Præceptoris mei, Conciuis humanissimi, verùm & mordicus Libello Famoso ad id conscripto eumdem quoque petierit, et mei nominis famam Chymerico notarit inuento, Patriamque delitescenti Verborum apparatu velauerit. Hinc Expurgationibus hisce iamdudum, anno vsque 1647. ellaboratis, primumque abscondita duntaxat Authoris Bibliotheca, benignis postmo-

dum nonnullorum lectionibus domeſticè commiſsis, callidè nimis inſidiabar. Meorum tandem votorum ſummam adeptus ſum. Illas tenui, neque aliorum exemplis dimiſi, ſed Prælo ipſi commiſi. Æternum, quo Præceptorem, quo Conciuem veneror, monumentum. Perpetui Remorſus, quibus meritò dilaniatur rabidus Canis ſponte nimis dilacerans. Ferchi non didici patienti gutture morſus ipſe pati, ſi petor, ipſe peto. Hinc Apologetica hæc tuis deliramentis reſponſa ipſi Mercurio per me abrepta, tua nimirum verſutie depreſſa veritas Orbe litterario emergunt. Typis hæc meis annuente rogatis Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Domino D. CAROLO VARANO comiſſa, patrocinante cuius auctoritate impreſſa ſunt. Eiuſdem generoſo Alite prauio concepta, orta ſunt luci. Illi ergo debebantur. Sed hoc vnum abs te Vir Illuſtriſsime, et Excellentiſsime obſecro, vt vna cum Expurgationibus, dedicationem, debitum humilimè porrigentis officium non aſperneris; id præſtes, & ſibi parilem Gentilitia tua magnitudo pepererit effectum. Vale.

Pau-

Paulus Pinzarinius Medicus Physicus.

Lectori Beneuolo.

OPVS hoc, & si perfectum fæcundissimi Ingenij fœtum, Hortographicis, diuersi sensus, atque etiam Grammaticis fortassè scatens erroribus, intueberis, (Amice Lector:) Verùm Tibi sat erit Expurgationes istas à Bartholomeo Mastrio, quem iam probasti Summum Philosophum, ac Theologum, emanasse; Mei assistentis errantem sæpè Typographum, nullaque in facultate peritum indiguisse præsentia, Cum à Lugensi Populo debacchantes ob ægritudines ipso imprimendi tempore accersitus sim in Medicum; Auctoris consilium mihi fuisse interdictum, quòd ipso inscio alteram tantum Centuriæ partem commiserim Prælo, cum ambas gemino olim conceptu non publicam orituras in lucem, sed priuatis duntaxat Amicorum lectionibus produxerit; sic enim huius in Operis emollitione nullam potuisse labem contingere arbitraberis; sique plures inuenies in hoc, quod ipse palam profero, errores, illos in transcriptum pessimè exemplar, quod à me abreptum fuit, & in Bibliopolæ referes imperitiam. Hos tamen omnes obsecro (mi Lector) vt ex tua humanitate vel excusas, vel corrigas. Vale.

EGO

EGO Antonius Fauoritus è Societate Iesu Theologus, iussu Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini D. Francisci Mariæ Cardinalis Macchiauelli Episcopi Ferrariæ, vidi librum inscriptum (Scotus, & Scotistæ, Bellutus, & Mastrius expurgati à probrosis Querelis Ferchianis, earumdem Centuriæ Pars Prior à P. Bartholomeo Mastrio Meldulense Subtilissimæ Scotistarum Academiæ Oblata) & diligenter perlegi, nihilque in eo studiosius examinato reperi alienum à certa fide; immò, vt doctissimum, & Religiosum Auctorem decet, veritatis studium, optimi mores, prudentis eruditionis copia, & Scoticæ doctrinæ peritia sincera in omnibus, & clara est. Theologica multa, & Philosophica non leuissimi momenti explicantur eo stylo, vt dignissimus, & Theologo, & Philosopho, idest, Auctore suo, liber sit; ideoque libens vt Typis mandari possit approbaui. Ex Collegio nostro Ferrariensi 26. Decembris 1649.

Imprimatur.

Antonius Leoncillus Vic. Gen. &c.

Imprimatur.

Fr. Augustinus Cermellus
Inquisitor Ferrariæ &c.

Subtiliſsimæ Scotiſtarum Academiæ.

Fr. Bartholomeus Maſtrius Meldulenſis Conſcotiſta.

S. P. P.

AGITVR de ſumma rerum, Commilitones Subtiliſſimi, pro communi ſalute, pro aris, ac focis, hac vice certandum eſt. Literarium bellum non eſt à nobis nunc inferendum, aduerſus publicos hoſtes Academiæ noſtræ: Scotica Machera in Antagoniſtas minus exerenda. Contentio non eſt, de retinenda mordicus diſtinctione formali, media inter ſimpliciter realem & ſimpliciter rationis; de naturis communibus concedendis; de actu entitatiuo materiæ; de exiſtentia in creatis ab eſſentia ſeiuncta; deque ſexcentis ſimilibus placitis noſtris. Capitis res eſt. Agitur, inquam, de ſumma rerum.

Scotus, Scotus ipſe, nitidiſſimus candor innocentiæ, lectiſſi-
» mę probitatis heros, Regularis vitę norma, Chriſtianę cha-
» ritatis ſpeculum, Euangelicę perfectionis culmen, Diuina-

„ rum literarum ornamentum, Scholasticæ Theologię pro-
„ pugnaculum, Academiæ Subtilis Coripheus, Franciscanæ
„ Religionis Doctor Supremus, Vniuersitatum Catholica-
„ rum ornamentum, Christianæ Ecclesiæ Scutum inexpu-
„ gnabile, atque humanæ sapientiæ, siue naturalis, siue mo-
„ ralis, siue rationalis apex eminentissimus (Proh æternum
dedecus) ab ipsius publico interprete Patauino, Matheo
Ferchio Veglense Anno 1646. Aedito Libello famoso,
sub specioso titulo (Defensio Vestigationum Peripate-
„ ticarum, ab offensionibus Belluti, & Mastrij.) toti Orbi,
ferali calamo describitur. „ non bonus Theologus, qui
„ discesserit à Sacra Scriptura. Scripserit contra fidem Ca-
„ tholicam. Probauerit falsitates capitales, & probatas reli-
„ querit insolutas, in quibus salus cuiusque hominis, tum Ec-
„ clesiæ Christianę conseruatio consistit. Desertor veritatis
„ Catholicæ. Contra veritatem fidei probauerit hæresim.
„ Doctor mali exempli. Argumenta contra veritatem Ca-
„ tholicam construxerit, & in fine quatuor bona verba pro-
„ tulerit, ad deliniendum Lectorem, cuius exemplum imi-
„ tantur Atheistæ. Non bonus Philosophus. Defensor
„ opinionis porcinæ. Epicureus. Alexandreus. Asser-
„ tor mortalitatis animæ. Textuum Aristotelis falsator.
„ Doctrina inconstans. Deus bone? quid in hęreti-
„ cum scriberet Ferchius, quod non in Scotum Catho-
„ licum, & Catholicorum propugnatorem scripserit?
„ quanta hinc Scotistis, & Scoticæ doctrinæ conflatur in-
„ famia; periculum contaminandæ fidei? Sapientiam,
„ Probitatemque discipulorum, quisque iudicet de Ma-
„ gistro; nam qualis Magister, tales Discipuli, qualis
Pater

Pater, tales Filij. Quis quæso Christianorum Doctrinam amplectaretur de Christo tractantem, quæ praua sit, & à prauo Auctore? Praua accusatur doctrina Subtilis, vt potè, quæ probet falsitates capitales, hęreses ipsas. Prauus dicitur Doctor Subtilis, qui difamatur Alexandreus, epicureus, Animæ rationalis interemptor. Si Scotus viueret, se ipse defenderet: at mortuus, coram viuentibus causam dicere non potest, quare pium erit impotentem defendere, atque mortuum ab iniuria vindicare apud viuentes.

Itaque nobis (commilitones Subtilissimi) illud in primis curandum est, ne si Scoto, & Scotistis pulcherimum fuit, eximiam sapientiæ, ac probitatis gloriam, nobis relinquere, turpissimum nobis sit, quod accepimus, tueri, ac conseruare non velle. Quam autem id sit necessarium, atque è re nostra, patet; cum enim ex Conuentualibus longè plurimi spectatissimę Vitæ, ac eruditionis Scoticam methodum profiteantur, si ea praua sit, si falsitatibus catholicas veritates aspergat, si ab auctore Alexandreo, Epicureo procedat, actum profectò esset de Nobis, deque studijs nostris.

Sęuius lędunt, qui famam, quam qui thesauros surripiunt, quia pretiosior est fama thesauris; præterea, qui mortuus est corpore, fama viuit; quare, qui hominem occidit, crudelis; qui nomen interimit crudelior esse videtur, quia ille mortalem, hic immortalem vitam destruit, ille luctatur cum homine. hic, nec homini, nec nomini parcit. Si ergo quique mortalium propriam famam, ac suorum amicorum, & ante mortem, & post mortem defendere volunt,

„ quis rationabiliter succensere poterit Nobis, si Scoti famã
„ (ac propriam) defendere velimus, id quod velle omnes
„ debent. Famæ neglectus, crudelitas est, præsertim si non
„ vnus aliquis, sed Vniuersa Communitas dignitate minua-
„ tur; diuinum legislatorem non offendet, qui cœleste pla-
„ citum secutus, curam de bono Seraphicæ Religionis nomi-
„ ne habuerit, atque communem ipsius Doctorem ab impro-
„ bis accusationibus exemerit.
„ Igitur tam nobilem finem aggrediamur; is namq; erit Ec-
„ clesiæ Christianæ vtilitas, Franciscanæ Religionis honos,
„ fama innocentis Viri, dignitas totius Scotistarum cætus:
„ nam in munime capitis totius corporis præsidium est con-
„ stitutum, & in gymnasiarchæ gloria, & honore, totius gym
„ nasij decus consistit, cui Turpe foret, sequi Doctorem, Epi-
„ curcum, porcinæ opinionis defensorem.

Ego quippe, his expurgationibus meis, Summi præceptoris, Conscotistarum nostram famam, & doctrinam pro viribus tueri conatus sum; quas idcirco Subtilissimo Nomini vestro dicare volui, vt præclaris ingenijs vestris, tanquam puluueri tormentario optimè disposito, scintilla sint, improbum Scoti, & Scotistarum incusatorem. Subtilissimis apologijs, Ardore Zeli conceptis, subiectis vrere flamis. Sospites D. O. M. vos conseruet, atq; pretiosissimum Honoris thesaurum, ab ore peccatoris, & dolosi illibatum tueatur. Iterum Valete

LECTO-

LECTORI ÆQVISSIMO AVCTOR.

De quibus Te præmonitum, Æquissime Lector, in superliminari huius operis, ardenter exopto, vt inoffenso pede hanc lecturam percurras, nec non eam delectationem, vtilitatem ve affluenter exindè percipias, quas in votis Egomet impensius habui. Noueris ea in primis esse.

Priusquam tuo sollerti iudicio hasce meas expurgationes à probrosis querelis Ferchianis aggrediare Censuram, ne Prologum lectione omnino prætereas, in quo scribendi occasionem, intentionem, totiusque operis argumentum explicatum videbis.

Secundum, quod Te præmonitum volo, est. Me in toto huius operis decursu, vsum fuisse ea methodo, qua quis ad hominem, vt aiunt, arguitur; id quod tunc fit, quando dicta dictis, sententiæ sententijs eiusdem Antagonistæ obuersantibus opponuntur. Tum quia, hæc ratio inter accutos disputantes, tanquam præ cæteris ingeniosior, maiori semper in pretio fuit. Tum etiam quoniam hac ipsa argumentandi arte, aduersarius conuincitur semper sibimet contradictorius, inconstans, leuis; Vnde à Tito Liuio Lib. 5. de Vrbe, author leuis iurè merito appellandus venit, is, cui nulla fides adhibenda sit.

Quod mihi, ingenuè fateor, summopere cordi fuit Tibi commonstrare vt depulsa opinione erronea (si quæ fortè hactenus Te torsit) de Ferchiana literatura, tandem apertissimè Tibi constet, longe aliter Ferchium esse, quam quod eum titulus Theologi Patauini decorat, aut Iacobus Georgius eius Holophanta, de Ferchiana doc-

trina

trina, Lectori persuadere conatur. Cum ergo necesse fuit Typographo, varias typi formas, proclariori lectione, adhibere. Vbi vel in margine, vel ante lineas, in corpore columnæ videbis impressa hæc duplicata " illa omnia, his signis, contenta verba, tanquam Ferchiana agnoscas, siue citata sint ex paginis opellarum, siue non, ad tollendam confusionem, quæ in legendo oriri posset, quemadmodum in liminari Epistola factum obseruasti; quas tamen citationes, plurimas in expurgatione prima querela legere poteris, reliquas in Apolog. in Iouium pag. 10. in epist. ad Apol. Bzouij. in Apol. contra eumdem Bzouium num. 55. & 93. & in Epist. Apol. ad lectorem liberum; adeo vt, vnum centonem, contradictionibus, hinc atque illinc accersitis (data opera) contextum legisti. Item, cum offendes has citationes in decursu operis videlicet pag. 17. libelli. vel pag. 18 intellige semper de paginis libelli famosi prætitulati (Defensio Vestigationum Peripateticarum) &c.

Tertium est, quando in his meis expurgationibus, ob præfatum Scopum, frequentissimè opuscula Ferchiana citentur, operæ pretiũ duxi, ante oculos tuos, cathalogum Opellarum, quas Ferchius Vir Septuagenarius toto vitæ suæ tempore, vsque ad hanc diem typis dedit, apponere; Ex quo intelligas circa quot, & quales materias, ingenium tamdiu sudauerit Ferchianum.

Primus eius partus apologeticus fuit pro Scoto in Ioannem Federicum Matenesium Sacræ Theologiæ licentiatum, Canonicum, & Pastorem Agripinensem S. R. E. Protonotarium. Hist. ac Grecæ linguæ professorem ordinarium. impressus Coloniæ principio anni 1619.

Secundus item apologeticus pro Scoto, in Abradamum Bzouium, Sacræ Theologiæ Doctorem. Camberij ad finem anni 1619. cusus.

Tertius

Tertius rursus apologeticus pro Scoto, in Paulum Iouium Nouocomensem Bononiæ 1610. typis datus.

Quartus liberculus, fuit pratitulatus " *Vita B. Ioannis Duns Scotii.* " *Bononiæ aditus anno 1622. in cuius aditione, ausus fuit Ferchius Summi Pontificis authoritatem sibi vsurpare, quando titulo Beati (quo Scotum in triumphante Ecclesia à D. O. M. decoratum quidem piè credimus) in Ecclesia militante vltrò cohonestare voluit. quam audaciam, Inquisitor Bononiensis deleto titulo Beati cohibuit.*

Quintus partus gemellus fuit. " *Duæ orationes, Metaphisica, & Theologica, declamatæ in Gymnasio Patauino. prior. 12. Martij 1629. posterior eodem die, ac mense anni 1631.*

Sextus fuit opella " *De ortu Danubij, aliorumque fluminum ab* „ *Arist. in primo Metheororum inductorum. cum appendice de lacu* „ *Asphelititis* " *edita anno 1632.*

Septimus " *Oratio in Ioannem Dunsium Scotum Doctorem Sub-* „ *tilem, habita in Vniuersitate Patauina die tertia Nouembris* „ *1634. atque eodem anno impræssa Patauij.*

Octauus fuit " *Vita Philippi Fabri Fauentini Theologi publici Patauini, in principio eius Tomi Metaphisici inserta, impræssaque anno 1637.*

Nonus iterum gemellus fuit. " *Duæ Discussiones Scoticæ de Co-* „ *mentarijs Metaphisicis, & Reportatis Parisiensibus, ascriptis Io-* „ *anni Dunsio Scoto Doctori Subtili. Patauij editæ anno 1638.*

Decima editio fuit opusculi Vestigationum Peripateticarum, quod has infrascriptas decem quæstiones continet. Prima de factione ex nihilo. Secunda de efficentia primi entis. Tertia de primo efficiendi modo. Quarta de Vnitate Dei. Quinta de numero Cælestium orbium. Sexta de forma separabili. Septima de de numero

Pra-

Prædicamentorum. Octaua de cognoscibilibus ab homine. Nona de diuisione Scientiarum. Decima, de primo cognito.

Hoc illud eximium opus est, quò oracula Ferchianæ Sapientiæ funduntur. " à quoppiam nisi in Aristotele exercitatissimo haud im-
" pugnanda. " Pataui impressum anno 1639.

Vndecimus partus fuit " Libellus de fabulis Palestini Stagni ad
" aures Arist. Peripateticorum Principis " Pataui editus 1641.

Duodecimus Italico Idiomate scriptus fuit. " Osseruationi sopra il
" Goffredo del Sig. Torquato Tasso composte da Matteo Ferchio
" da Veglia Min. Con. Teologo publico dell' Vniuersità di Padoa, "
atque inibi typis datus anno 1642.

Tertius decimus fuit opusculum de personis producentibus Spiritum Sanctum; quo toto, sex quæstiones exagitantur. Prima, an Spiritus Sanctus sit productus à Patre. Secunda, an Spiritus Sanctus sit productus à Filio. Tertia, an ex diuinis litteris Spiritus Sanctus sit productus à Filio. Quarta, an ex Ecclesiæ Patribus ostendi valeat Spiritus Sanctus esse à Filio. Quinta, an ratione probari valeat Spiritus Sanctus esse à Filio. Sexta an Spiritus Sanctus si non procederet à Filio, distingueretur personaliter ab eo. Pataui editum anno 1644.

Quartus decimus fuit " liber de Cælesti Substantia, & eius ortu, ac motu in " Sententia Anaxagoræ Philosophi celeberimi, quem imprimere curauit munificentia Petri Mart. Rusca, Venetijs anno 1646.

Quintus decimus partus fuit Libellus famosus Italicè dictus Pasquillo, quem, principaliter contra Patrem Bellutum Collegam meum, nec non meam personam, de hinc contra Scotum, & Scotistas omnes diuulgauit; prætitulatus " Defensio Vestiga-
" tionum Peripateticarum Mathei Ferchij Veglensis Theologi in

Vniuer-

„ *Vniuersitate Patauina ab offensionibus Belluti, & Mastrij.* "
„ *eodem anno 1646. ac eadem beneficentia Ruscana, Patauinis typis disamatus.*

Sextus decimus fuit " *Epitome Theologicum Mathei Ferchij Veglensis min. Con. &c. hoc eodem anno, eademque liberalitate Venetijs impressus 1647. & hæc sunt opera Ferchiana, quæ ad manus meas peruenere, eaque videre potui, vsque ad hunc præsentem annum 1647.*

Interim ex hoc cathalogo, Tu Lector humanissime, Hominis ingeniũ ac genium intimius agnoscas. Alienorum operum censor, primis eius partibus, Vniuerso apparere voluit, talem itidem hisce postremis se ostentare placuit: verum, vt inconstantiam, leuitatem, sibique contradicendi notam perspicuè internosceres. Primum quàm gloriosè Critici partes egit pro Scoto, & Scotistis. Postremum, tàm ignominiosè contra Scotum, & Scotistas censuit.

Item ex hoc Cathalogo, vanissimam hominis iactantiam deprehendas. etenim Apol. in Matenes. n. 64. pag. 73. gloriatur se non esse Scotistam sed doctrinæ Sancti Bonauenturæ professorem, pro quo, contra Scotum viginti circiter miscellaneas propositiones in Comitijs generalibus anno 1617. Romæ coactis (grande facinus) defendisse, ait, vtcunque. Attamen vsque ad hanc decrepitam eius ætatem, nec minimum Seraphicæ doctrinæ typis dederit; cum tamen, omni momento temporis, Seraphicæ doctrinæ cultoribus, id enixè ab eo postulantibus, plurima largissimè pollicitus fuerit; quãdo alias occupatus fuerit circa fabulas Palestini Stagni, atque obseruationes in Goffredum Torquati Tassi, texendas.

Quartum est; in animo meo fuisse quidem, integram Ferchianarum, querelarum Centuriam Tibi offerre: at priuatis studijs, alijsque grauissimis publicis impedimentis prohibitus fui. quo enim tempore

hic Libellus famosus publicus factus est, posteriori Tomo Metaphysicæ meæ extremam manum imponebam, qua propter necesse fuit, paululum ab incepto opere calamum amouere, atque (volantibus occulis) Libellum percurrere. Verum post Lecturam, mox cariorum Amicorum id efficacissimè persuadentium, consilia sequi coactus fui, nimirum, vt statim resumpto calamo, probrosis querelis occurrerem.

Et quoniam prædictus Libellus famosus ad huc in quatuor Libros sectus est.

In quorum primò defenditur Seminarium formarum positum à Ioanne Baptista Contareno, & factio formarum ex nihilo à Ferchio inducta. In secundo libro defenditur factio ex nihilo à Ferchio in Arist. deprehensa. In tertio defenditur doctrina Vestig. 6. de forma separabili. In quarto demum defenditur Circulatio Animarum (quæ omnia & singula, in nostro libro de Gen. & Corup. typis dato anno 1640. dum Patauini Collegij Regentes essemus, hoc est, ante sex annos, in faciem ipsius Ferchij oppugnata, & expugnata fuerant.) Cum, inquam, fortè tunc temporis disput. 12. supradicti Tomi posterioris Methaphisicæ concinnarem, quæ est de Accidente, & eius inhærentia; decreui, ijs, quæ doctrinaliter habet prædictis quatuor Libris illicò respondere.

Et quidem primo, & secundo eius Defensionis libro, occurro in præcitata disput. 12. q. 4. vbi (de factione, & origine formarum, num .s. fiant ex nihilo vel potius ex materia, seu praiacente subiecto, disputatur:) quæ quæstio ad huc in quatuor articulos diuiditur. Primus, quò quæritur an factio ex nihilo sit creatio, & è contra. Secundus an formæ fiant ex nihilo ab agente naturali immediatò; Vbi & Ferchij obiectiones fusissimè retorquentur, & diluuntur. Tertius, an formæ fiant perinchoationes earum in materia

teria præcedentes. Quartus, quomodo formæ naturales fiant per eductionem de potentia materiæ, earumque discrimen ab anima rationali. quibus articulis, ipsius defensionibus, duobus prioribus libris contextis affluenter satisfit.

Tertio, & quarto libro contentis, pariter occuro quæst. 5. eiusdem disputationis 12. (De formarum desitione, vel interitu) Articulo primo, quò disputatur, an omnis forma Physica sit corruptibilis, vbi & axaminantur duodecim eius ineluctabiles rationes, quibus Vestig. 6. probauit omnem formam esse separabilem, easque insolutas reliquit; demonstraturque predictas rationes esse communissimas, (nec proprio Marte) vt ipse gloriatur inuentas; quemadum circa eas, toto tertio libro desudat. Articulo secundo an forma semel corrupta, vel à materia separata, denuò redire possit ad eamdem materiam informandam; quò tandem circulus impiorum, toto quarto libro defensus, totaliter eliminatur.

Itaque post Vnum, & alterum mensem, Veneto prelo sudante, deque facultate Superiorum, iuxta prescriptum Sacrosancti Concilij Lateran. sessione 10. in Bulla Leonis X. quæ incipit (Inter sollicitudines.) Indicis librorum prohibitorum per P.P. Concilij Tridentini confecti regula 10. & in Instructione super impress. librorum §. secundo. Constitutionum ordinis Vrbanarum in cap. 5. Reg. tit. 7. nec non concessione Serenissimæ Reipub. Venetæ, Responsum spurium Theologi Patauini (vt potè publicatum contra supradictum præscriptum, ac proinde excomunicationi latæ Sententiæ obnoxium) legitimo Responso (ex parte) repulsum fuit.

Cæterum, cum plurima nihilominus eluenda essent, quæ nonnullis Sciolis, ac ineptulis admodum plausibilia forent, eo quia Satyricè, famam, ac doctrinam nostram allatrarent, (qui sonus perdulcis esse solet auribus talium pomilionum; de quibus lectè Martia-

lis lib. 14. cecinit.

Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas;
Si stantem videas, Astyanacta putes:

Decreui itidem, quando monitore Gentium Apostolo ad Rom. cap. p. n. 14. (Sapientibus, & insipientibus debitor sum) primoribus in omni genere imposturis Libelli famosi, etiam horis succisiuis, separatim respondere, id quod, hisce quadraginta Expurgationibus priorem partem Centuriæ, quam intendo, texentibus, præstitisse mihi persuadeo.

Leges nihilo secius aliqua Ferchiana dogmata, quæ in prædicto Tomo Metaphysico etiam discussa videbis, quemadmum de Creationis conceptu, de Platonicorum opinione circa æternum regressum earumdem Rerum, & Vnum, atque alterum: at non releges certè, cum hæc, alio Stylo, forma, nec non ampliori eruditione, & speculatione, in expurgationibus pertractata fuerint, itaut, ea legisse, molestum minus Tibi futurum sit.

Quintum est, cum debitor sim Sapientibus, & insipientibus, quemadmum ex Apost. ad Romanos dixi; non ab re erit, vt Tibi Lector Eruditissime constet, tria Insipientium, seù, Mauis aptiori vocabulo, Sciolorum, ac Literatulorum genera reperiri.

Primum eorum est, quorum temeritatem, ac inanem arrogantiam vehementer deplorat doctissimus Ragus: disp. 21. cap. 20. qui nulla prorsus ratione ducti, nec vllis fundamentis subnixi, sed sola fide Auctori cuipiam habita, liberè tanquam verissima pronunciare audent quæcunque ab Auctore illo scripta sunt, vel quæ ab eodem excerpere aliquo modo poßunt: Hi si fortè Auctorem, quem valde suspiciunt, & admirantur, in re aliqua lapsum offendant, nephas esse aiunt, eumdem erroris condemnare, quasi Deus aliquis ille fuerit, qui errare nulla ratione potuerit. Non aliunde hoc ori-

tur

tur (inquit Excellentissimus Vir) nisi ab immodica fide, quam illi Auctori tribuunt, cuius vestigijs semper insistunt, Nam si apud alios, vel exiguum errorem deprehendant, illorum labores planè negligunt, eosque statim indicta causa abijciunt, & reprobant. Hæc Ragus:

Hi inepluli, qui adeò obrutuerunt, vt glandem adhuc defendant, repertis frugibus, similes mihi videntur Grillo, qui cum Vlysse disputat apud Plutarchum, nec vllis rationibus adduci potest, vt è sue rursus in hominem redire velit, quem prius ex homine, Circe mutauerat in Suem: furor est profectò, furor est, dare occasionem impudentiæ cæteris, fouendo errores etiam alicuius, quoniam interdum fuerit Sententia non pœnitendæ.

Secundum genus Sciolorum est, quorum rabiosulam naturam, lectissime Angelus Politianus in sua præfactione Miscell. & prælectione in Pers: ad viuum delineauit. Hi vitiligatores à Catone appellati sunt, isto potissimum litigandi vitio, veluti morbo laborantes. Cerebrosa gens, & irritabilis, qui sine causa, sine discrimine, clausis (quod aiunt) occulis, quodcumque nomen adlatrant. multa seuerè, multa asperè dicunt. Toti salibus, toti scatent sensiculis, atque acuminibus. nunc omnia obliniunt felle, nunc aceto conspergunt, agrestes, improbi, petulantes, nunc vehementer incitati, minaces, reprehendunt acriter, insultant impotenter, pungunt, prouocant, stomachantur, attonnant, ceu fulmine omnia, et feroculi apud vilem insciumque popellum, cuius gratiolam auidissimè affectant Doctorum hominum famam, atque doctrinam lacerare, mordere, dilaniare non desinunt; quique se ipsos, & sua duntaxat, pleni tumida, sed & fatua coniectura, etiam sine riualibus ineptuli adamant. Hos tantulæ staturæ homunculos, planè ridiculum est audire, & videre in publicis præsertim Disputatio-

num

num actibus, qualiter, vt literatuli apud circumstantem plebeculam credantur, semper extra propositum obloqui, atque insano clamore obstrepere.

Postremum Sciolorum genus est, Eorum, qui mutuis assentationibus sibi aures permulcent, & veluti Scientiarum Proceres Trium Viratum in literis sibi vendicant, qui sine Sole, puluere, & lucta (vt qnidam inquit) parari minimè potest. Hi proculdubio, lenæ purpurissatæ comparandi sunt, aut Poggianæ fabulæ (& nos poma natamus.)

Enimuerò incredibile captu est ijs, quibus videre, & experiri hæc non contigit, quando .s. in eorum Museis, nulla alia pretiosior literaria suppellex reperiatur, quam lusoriæ cartæ, taxilli, fidiculæ, Eromena Blundi, Dianea Loredani, & similia ganeantis animi oblectamenta, quibus cum eiusdem farinæ Sodalibus (Arcadico more) dies, noctesque integras perpetuo transcurrunt; nihilo secius ostendunt, se fungino genere Philosophos esse, vt vna videlicet pluuia statim procreet, aut terrigenis illis similes, quos Poetæ de glebis protinus, & Sulcis, cum Clypeo producunt, & Galea, Editis namque inopinato Opusculis, ex inspirata sibi diuinitus noctu Philosophia, (sicuti Æsopo fertur) Censores se prætitulant Veterum, recentiorumque Doctorum, atque eò ineptæ impudentiæ prouehuntur, vt scribere haud vereantur, è suis pinacothecis, efficacia argumenta, famigeratæ literaturæ Viris Suppeditatæ. Quis horum intollerandam procacitem ferat, quà fidem faciunt, aut frontem penitus amisisse, aut tam magnum sibi ipsis adesse internallum inter frontem, & linguam (sicuti quidam ait) vt frons comprimere, linguam non potuerit. Cæterum non est, quod his nugis supercilia attollant, vt cocleæ cornua. Luce Solis exploratius est, editos partus supposititios esse, nihilque de proprio in

illis

illis habere, præter nudum nomen, atque nonnullas temeritatis, et ignorantiæ hincinde aſperſas notas, vt parentes proprij ipſi met credantur, at mortui apud viuentes, ſua vindicare non poſſunt. Vindicabunt forte aliqui, cum Aeſopi Picam (quæ nunc Picus videri ambit) alienis ornatam plumis, quam primum deplumabunt. Atq; hæc ſatis de Tribus Sciolorum generibus, non tamen extra propoſitum, hoc potiſſimum tempore dicta volui.

Sextum. in exerpendis his quadraginta Expurgationibus ab hoc Libello famoſo, me nullum ordinem ſeruare potuiſſe, quæ enim digeries mihi obſeruanda erat, vbi ſolum, quo plus legebam, impoſturarum calumniarum, & his ſimilium, obuia ingens confuſio prodibat. Selegi tamen primores, vt dixi in omni genere, concernentes materias graues, ſerias, iocoſas, leues, ſicque miſcui, vt Tibi placerem in hac ſtomachoſa materia, Vtile dulci; atque ſaltem in hac prima parte Centuriæ, delineatum vtcunque haberes in nos animum Ferchianum.

Vnam tantum, nempe ſeptimam querelam contra Scotum, extraneam à Libello famoſo deprehendes, acceptam ab Opuſculo de perſonis producentibus Spiritum Sanctum. Verum, id, ea mente factum ſcias, vt ſ. in hac prima parte Centuriæ Subtiliſſimum Præceptorem totaliter à calumnijs Ferchianis, in operibus eius ſparſis, vindicatum legeres. hæc eadem mens in cauſa fuit, vt Priorem hanc Partem, iurè prætitularem. Scotus, & Scotiſtæ, Bellutus, & Maſtrius expurgati, &c. tanquam à nobiliori perſona offenſa, titulus præfulgeret. Nunc ergo has quadraginta Expurgationes, ſic taliter qualiter digeſta, accipe. mox poſtremam partem, hoc eſt, reliquas 60. expectato.

Septimum eſt, quod Te cautum cupio. ne pro vitio cenſeas paſſim obiectam molem tot authoritatum, & rationum, vel in roborandis aſ-

ſertis

ſertis noſtris, vel pro infirmandis Ferchianis placitis, quando (Victoria quidem, at non ſatietas Victoriæ quærenda ſit.) Preterquam quod, vt plurimum Lecturientis animus, finis alicuius auidus, oratione prolixa diſtrahatur, inutiliterque defatigetur, ad eam Veritatem venandam, quam aſſequi quantocius concupiſcit, ſi breui, ac expedita calle fieri poteſt; quapropter bonæ alioquî res faſtidiuntur, antequam diſcantur. Enimuerò parcas, rogo; neceſſitas ſi quidem ad hoc fortè erratum, me compulit. viliſſimus conceptus, quem de noſtra qualicunque literatura diſamauit Ferchius, Stimulus is fuit, ad has congerendas tot authoritatum Phalanges; non tamen vt furtum ſed vt fructũ Tibi exiberem, cum ex Varietate eruditionis, quam præſeferunt, haud ingratas futuras ſperem. Dum interim, ex his experietur, vel inuitus ipſe, etiam Nos, non per vulgaria literarum Maria, verum per reconditos ſinus piſcationem exercuiſſe, neque adhuc recte " quales eſſemus " cognouiſſe.

Octauum, & Vltimum, ne Scandalum patiaris velim, ſi in legendis his Expurgationibus, acrimoniam ſtyli aliquoties offendes, quæ Tibi fortè iniuriam, conuitium, contumeliam, Scomma in proximum ſapere videbitur, proindeque Religioſi Viri modeſtiæ indecorum, ita aduerſarium, confutare, atque ſe ipſum à calumnijs emaculare. At Te benignè rogatum cupio, ne acrius dicta mea, intempeſtiuo iudicio damnare velis, quin prius ad memoriam Tuam reuocaueris, quam acres, incitati que in dicendo fuerint; quam excitato ſtomacho, ac flaua prodeunte bile, omnes calumnias refellerint; quanta verborum, Sententiarumque aſperitate vſi fuerint; quam nihil inuidiam timuerint; quanta libertate, vel accuſantes refutauerint, vel errantes caſtigauerint, & modo Clypeo, modo gladio vtentes, ita ſemet tuiti fuerint, vt aduerſarios nihil illis

parcen-

parcentes, omnino prostrauerint, necauerint; siue Hieronymus in Ruffinum scribens; siue Augustinus contra Vrbicium disputans; siue Hilarius aduersus Constantium Augustum fulminans; siue Anselmus Lucensis in Gibertum tonans; siue Bonauentura aduersus Clericos pro suis fratribus; siue Bernardus contra Cluniacenses pro suis Monachis stantes; adeo vt verissimum sit, quod S. Eloquẽtiæ latinæ religiosissimus Custos, pro simili argumẽto scriptum reliquit. (illud calumniæ ingenitum est, vt non nisi ferro currari possit, mollibus irritetur. Nam ij, quibus aliena carpere voluptas est, si leuius castigentur, sibi nimium complacent. Si aliquanto grauius, vt se pati sentiant, Serpentum instar efferuntur, atque insiliunt, nec absistunt, donec pleno claui ictu elisi, quamuis minas occulis spirent, & veneno inflata colla surrigant, humi tamen iacent, neque se vlterius poßunt iaculari. Reffellenda ergo (inquit nostri sæculi eloquentissimus Vir) acriter calumnia est, ne timiditas conscientiæ arguatur. Etenim iustam defensionem, quis vnquam accusauit, etiam si, quod, ait Lapius in allegat: si in principio (Ensis ense, pede pes, cuspide cuspis repellenda sint. Amamus, & nos rosas spinasque horremus, quæ sanguinem hauriunt, sed ita comparatum natura est, vt sine his, illas non habeamus) Hactenus ille.

Addo Ego, vel ad tollendum, vel saltem ad alleuandum tuum scandalum, Aequissime Lector, acrimoniam, sales, aspera verba, irronias, & id genus, quæ incurres, & si conuitia sunt, non certè contorta, sed maxima ex parte (dicerem ex omni parte, quando Verum faciem Falsi sumpsisse haud videretur) ab ipso Ferchio mutuata audies ex paginis Libelli citatis, iuxta Tertulliani metaphoram, de sagitta contra lapidem proiecta, in suum Authorem retorta; idque Iure, non iniuria factum indulgebis, quando (Vim

Vi repellere liceat) leges personent, (ac par pari referendum) ipsamet Natura cogat.

Et hæc sunt, de quibus Te præmonitum volui, vt integritatem animi Tui, ad hanc meam Lecturam, non sine fructu, & commodo Tuo præpararem. Vale, & vt Iudex Aequissimus, auditis partibus Accusatoris, & se expurgantis, decerne; memor doctissimi Senecæ moniti in sua Medæa scribentis (qui statuit aliquid parte inaudita, æquum licet statuerit, haud tamen æquum esto.)



SCO-

SCOTVS, ET SCOTISTÆ Bellutus, & Maſtrius Expurgati

A' Probroſis Querelis

FERCHIANIS.

PROLOGVS.

QVicumque celſa Honoris literarij faſtigia ſcandere nititur, omnium, in ſe inuidorum calamos, & linguas concitaſſe firmiſſime concipiat; ſic ille, qui in Solem obambulat vmbram comitem aſſiduam habere neceſſe eſt; quinimo, quò plus ſolaris radius pellucidus, diffunditur, eo ex aduerſo nigriores ſuccedere tenebras, experientia commonſtrat.

Vmbram habet omne ſuam Corpus, ſequiturq; præitque,
Sic ſecum Virtus attrhait Inuidiam.

Aptè cæcinit Boiſſardus. Ita ſanè, fatali humanæ fragilitatis argumento portenditur, peſſima quçque, indiuiſibiliter optima ſociare ſemper, nec non plerumque illa loco premij, ac mercedis, iſtis appoſita ſtare, non ſine ingenti proborum dolore haud infrequenter comperta ſunt, qua de re Pindarus Liricorum Poetarum facilè Princeps, ſummo-

pere doluit, (quod præclara facta, Inuidiæ premio pensarentur.)

Verum enimuero, quamuis hæc animorum pestis, radixque omnium malorum, neminem mortalium excipiat, nulliq; parcat ætati, nihilominus grauissimi Viri testimonio approbatum legimus. Inuidiam in Iuuenibus, Actum esse: in Senibus habitum. In illis malum quidem sed periodicum; in illis continuam febrim. Florenti ætati adest Inuidia, ast tanquam Peregrina haud figit pedem. Præcipiti, & ad occasum tendenti, veluti colona adhæret, atque in eius sicco, frigidoque temperamento, quemadmum in propria Aula Regia Tronum erigit, Sceptra tenet.

Lucidissimum conspicillum Inuidia dicitur, quo instrumento, res longè maiores quam, quæ reuera sint, obtutibus nostris apparent. Quid ergo mirum, si hebescenti per ætatem visui apprimè inseruiat, quando, hoc subsidio, tunc maximè Senes opus habent, vt iucundioris ætatis fœlicitatem (eorum aspectuum vnicum horizontem) ampliorem conspiciant?

Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumque pecus grandius Vber habet.

Apposité scripsit Ouid. Lib. pr. de Arte amandi. At vero, corripit cariosa ingenia, hæc inter pestilentes animi morbos Sæuissima lues Inuidia, eò tum præcipuè, cum primum exorientē Iuniorū literariam gloriā (quam ipsi appetiuere semper, consequi potuerunt numquam) in orbis Theatro prodire mirantur. Tum "protritam famam, pressos honores, imminuta de se ipsis iudicia, decus, in dedecus commutatum, dolent, queruntur " atque ex annorum præcedentia,

dentia,

dentia, meriti quoque proprij præcedentiam metientes; incredibile dictu, quam importuni insiliant in eius nascentem gloriæ Solem, quem æternam ecclypsim ipsorum existimationi minari credunt. prorsus immemores illius, quod Varo scriptum reliquit. (neque Vetulus canterius, quam nouellus melior est, nec canitudini comes Virtus.)

Sed quorsum per hæc inuolucra collimet calamus, expostulabis; ingeniosissime Lector; atque Te Dauum esse, non Oedipum protestaberis. En diu Te non teneo, perstringo sermonem, atque ad rem propero, hoc est, secretum publicum Tibi refero.

Cum primum huic Sacræ Religioni Seraphici Diui Patris Fräcisci, in adolescentiæ meæ flore, nomen dedi: post debitum cultum erga Deum pro modulo spiritus mei exhibitum, nihil magis cordi tenacius inhæsit, quam is profectus in Subtilissima Scoti doctrina, (cuius limina ante ordinis ingressum iam salutaueram) qui mihi aliquando non vulgarem gloriam, Religionique splendidum decorem comparare posset

Cospirabant ad hanc vehementem animi applicationem; ea aurea tempora, quibus decurrentibus, Sacer iste Ordo in Reuerendissimo Patre Generali Magistro Iacobo de Bagnacaballo, æternæ memoriæ Viro, moderante, Priorum Sanctorum Patrum ingentem pietatem, singularem prudentiam, immaculatam Iustitiam, eximiam integritatem veneratus est.

Premebat supramodum, pientissimus ille, ac doctissimus Pater, vt antiquata literarum studia in Religione reflorerent, nihilque intentatum omittebat, quo hanc eius Sanctam inten-

intentionem promouere posset, præclaris maiorum suorum; in primis D. Antonij de Padua, Seraphici Doctoris Sancti Bonauenturæ, Alensis, Scoti, aliorumque Sanctorum, ac doctissimorum Virorum, exemplis prouocatus. Hinc ordinis Iuuentutem (pupillam occuli eius) impossibile effatu, quam in Timore Domini, Regulæ obseruantia, & Scholasticis exercitijs, enixè aleret, altam foueret, proueheret. Legatur opusculum verè aureum, quod ipse pro reformatione studiorum ordinis edidit anno 1620. atque religiosissimum zelum D. Bonauenturæ, quōdam à Seraphico Diuo Patre Francisco, Septimi Generalis Ministri, ad viuum delineatum, in Pat: Reuerendissimo à Bagnacaballo, quicunque deprehendat. Nihilosecius, ea postliminio recepta studia, illud vnum pro fæliciori incremento, summopere desiderare videbantur, vt Scotica doctrina; secundum Recentiorum facilem, æque ac planā Methodum traderetur. Tum vt consumati cursus in Philosophia, ac Theologia, quemadmodum aliæ Scholæ haberentur, & propterea nulla extaret materia, nulla de nouo excogitata difficultas, nullum disputationis genus, quod nostris etiam obuium, ac familiare non esset. Tum, vt Seraphica Iuuentus, ad eum literariæ gloriæ apicem, quantotius festino gradu perueniret, quem vnicè Zelantissimus ille Pater, semper in Votis habuit.

Eminebat tunc temporis inter Iuniores Scotistas Admod. R. Pater Magister Ioseph à Drepano Siculus, Vir ingenio Subtilissimus, (quem propterea honoris causa nomino, tanquā, cui, Scotistarum pręsens Academia plurimum debeat) is, primus inter Conscotistas, Recentiorum opera euo-

euoluens, primus, inquam, Logicam, Phylosophiã, Theologiam, ad formam, & stylum modernorum Authorum, tradere scriptotenus cœpit. Ineffabile est, quantum breuissimo tempore, Scotica Academia in literis profecerit; adeo vt, non multum post, hisce excitatus exemplis Adm. R. P. Magister Angelus à Monte Piloso, ipsius Patris à Drepano Auditor, Summam Thelogicam in Via Scoti, ad ęmulationem Recentiorum Doctorum pro S. Thoma scribentium (ausu generosissimo) cum ingenti profectu Seraphicæ Studiosæ Iuuentutis typis dederit.

At vero, restabat adhuc, vt Scotistarum aliquis, pro maiori Studentium commodo, Cursum Philosophicum publico committeret prelo, sicque hac in parte, etiam nostra Scotica Schola, parem alijs Scholis se ostentaret; prodierant namque in lucem post Collegium Conimbricense, his nouissimis temporibus, Complutense itidem Collegium. prodierant quamplurimi Cursus in Philosophia, atqui omnes in Via Angelicæ Scholæ. Sola nostra Academia, Theorematibus Patris Fauentini contenta Petri Tatareti, Ioannis Canonici, Nicolai de Orbelis, nonnullorumque ex antiquis nostris, opera tantum versabat.

Torquebat supra modum iuuenilem animum meum, illud publici boni desiderium, atque ad illum Scopum, si quando superi arrisissent, totam mentem dirigebam. Contigit anno 1625 (sic disponente Altissimo) me in Collegio D. Bonauenturæ de Vrbe, vna cum Patre Belluto Collega meo, cooptatum fuisse. Geniorum, atque morum nostrorum paritas, illicò, Sociali ingeniorum foedere (primum communicatis, matureque discussis consilijs) in

Cursum

Cursum Phylosophicum edendũ coniurare Nos fecit. Itaque post indefessum, ac perenne duodecim annorum studium, post plurimos, speculationũ, difficultatum exantlatos labores, ad extremũ, principio anni 1637. cum studij Augustæ Perusiæ Regentes essemus, primum Tomum nostræ Philosophię, Romanis typis, Orbi literario inuulgauimus. Quamuerò gratum, ac plausibile hoc Opus Vniuersis Literatis acciderit, congratulatoriæ literæ ad nos missæ ab Eminentissimo Cardinali Centrino, Scotistarum quondã Coripheo; ab Excellentissimis Viris, Thoma Giliolo primæ Cathedræ in Vniuersitate Patauina, ac primorum totius Italiæ Subselliorum Philosophiæ moderatore; Scipione Claramontio in publico Liceo Pisano olim supremo Lectore, nec non Italicarum literarum maximo ornamento; Claudio Achillino in patrio Bononiensi Gymnasio Primario professore; Bonauentura de Reggio in Vniuersitate Ticinensi eximio Philosopho; Luca Petroschio in Academia Cracouiensi, in Via Scoti Philosopho (qui & nobis significauit, huius nostrę operis intuitu, in prædicta Academia, Cathedram Scoticam primum erectam fuisse) nec non ab alijs Clarissimis Viris, quos religiosæ modestiæ, ac humilitatis gratia reticeo, satis superque testantur. Cæterum id gratitudinis, ac plausus signum super omnia euincit, quod ex mille Tomis, qui Romæ impressi fuere, vix vno lustro elapso, nullus apud Bibliopolas vendendus remanserit, quotquot auidissimè à Studiosis potius rapti, quam empti; Adeo vt prædictum Tomum, Venetijs recudere Typographus, importunis precibus frequentissimè pulsatus, coactus fuerit.

Verum

Verum quantam gloriam apud eos (qui vere ſciunt) noſter hic primus ingeniorum labor, comparauit, tãtumdem Inuidię, pęnes inglorios quoſdam excitauit. Incredibilia ſunt, quę de nobis Scioli, ac Blaterones quidam, ſparſere in vulgus dicteria, quæ non ſunt huius loci. Interim Peruſiæ abſoluto triennali Regentiæ curſu, Patauinum Sancti Antonij Collegium, pro futuro Triennio, concupiuimus, quod, & pro votis ſucceſsit, impenſius fauente nobis Excelentiſs. Equite Valareſsio, inter primores Patritios Venetos Nobiliſsimo.

At hic Rhodus, hic ſaltus fuit: quam primum Patauini Lectores ordinis noſtri Metaphyſicus, ac Theologus publicus, nos prædicti Collegij Regentes, Romę delectos odorati ſunt, ſtatim Venetijs, omnem lapidem mouerunt, ſpecioſis prætextibus, tum apud Senatum ipſum, tum apud Excelentiſſimos Patauinę Vniuerſitatis Reformatores agitãtes, ne ſinerent vllomodo, nos Patauij futuros eſſe Regẽtes.

Aſt hęc Inuidiæ immanis procella, poſtquam ſęuo murmure, Venetijs integro trimeſtri intonuit, tandem bonorũ Amicorum ope, adnitentibus in primis Excellentiſſimo Equite Valareſſio, & Illuſtriſſimo Duodo, Religionis Iuribus Viris addictiſſimis, nec non authoritate R.[mi] P. Generalis, multum ęgrè ferentis, eius Iuriſdictionem ab ijs perturbari, quibus ex obedientiæ Voto iniuncta eſt obligatio contra quoſcunq; eam impugnantes, defendendi; tandem inquã, noſtra, quinimo Religionis iuſtiſſima cauſa triumphauit; atque inuidorum officia, apud prudentiſſimos, ac ſapientiſſimos illos Patres conſcriptos, officere valuerunt nihil, victęque malignitates turpiter ceſſere Victoribus.

D Ergo,

Ergo, quod faustum, & felix semper sit, die prima Augusti anni 1638. Patauium, auspice gloriosissimo Diuo Antonio, appulimus. Continuo Patres omnes, atque in primis præfatos Lectores publicos salutauimus, visitauimus; ijsq; nostra humillima obsequia vltrò obtulimus, litis præteritæ immemores prorsus, iuxta illud Sapientis (generosa profectò mens, quę aut non comouetur iniurijs, aut acceptarum, vel inultæ obliuiscitur.) Peractis omnibus humanitatis officijs, post vnum, & alterum diem, solita nostra studia resumpsimus, eaque assueto infatigabili tenore, imperturbato cursu perseuerauimus, toto illo quo ibi mansimus Trienij tempore; tum pro Editione operum nostrorum Logicæ, de Cœlo & Mundo, Metheoris, de Gen. & Corrupt., item librorum de Anima; tum pro Lectionibus, ac disputationibus publicis, ac priuatis habendis.

Dum hæc Patauij agerentur, nostrum Tomum Logicum Veneto prelo publicum fecimus, qui & pari plausu, ac prior Tomus physicus ab omnibus literatis exceptus fuit.

Interea nostra Acta publica, maximè in disputationibus cum exteris, apud celeberrimos Patauinæ Vniuersitatis Lectores, celebrem famam, nobis parauerant, plurimaque, cum honore (sit ad maiorem Dei gloriam dictum) de Nobis, deque studijs nostris, ac operibus, per compita, per circulos eruditorum perconducta studentium, spargebantur. Angebant hæc (siue ab alijs relata, siue proprijs audita auribus) animos Metaphysici, ac Theologi; tum quia, de eorum doctrina, nimium minui Iudicia apud studiosos, videbant; tùm quoniam, ad illa vsque tempora, nemo illorum, aliquod Scholasticum opus typis dederat, quò

de

de seipsis, vtcumque adepta fama, firmaretur.

His igitur acutissimis stimulis vehementer incitatus Matheus Ferchius Veglensis a pluribus annis in Vniuersitate Patauina Lector publicus, vt labanti famæ pro viribus occureret, Decem quæstiones Phylosophicas (Decenalis ipsius ingenij labor) Pataui imprimi curauit, prætitulatas. " vestigationes Peripateticæ &c. " Istæ primus Scolasticus partus Viri, apud aliquot Nostrates magnæ existimationis (vt potè " Ermogeni persimilis, de quo illud ferebatur Senex inter pueros, &c.) & qui longi incubatus factura, plurimos in expectatione macerauerat, extẽplò, Nos auidè ad suimet Lecturam traxit, impellente, maximè argumento eiusdem facultatis, circa quam, & Nos tunc temporis versabamur.

Dum Librum decurrimus, aliquot eius placita animaduertimus, quæ nullo modo probare potuimus. Primum fuit, quod defendit Vestig. prima contra communem Peripateticorum Opinionem, (ex nihilo naturaliter aliquid fieri posse) proindeque formarum naturalium factionem ex nihilo, in Aristotele ab ipso deprehensam. Secundum cum Vestig. 6 lib. p. cap. 2. (proprio Marte) defendit, (omnem formam Substantialem, vniuersìm esse separabilẽ à materia, Sempiternã, atquè incorruptibilem,) contra omnium Philosophorũ Sensum, à tot Sęculis indubiũ à nemine reuocatum. Tertium effugium illud, quod docet Vestig. 6. lib. 2. ca. 10. & 14. (Circulationem, nimium, Animarum in humana corpora tantum, ad mentem Arist.) vt dissoluat argumentum de Infinitate Animarum, ex motus æternitate, ac Animæ immortalitate deductum. Quartum para-

doxum illud, quo Vestig. 9. ostendit, (non dari scientiam praticam communem ad actiuam, & factinam) contra vniuersalem modum diuidendi scientiam in praticam, & speculatiuam; & rursus practicam, in actiuam, & factiuã, vsurpatum in vtraque schola, Angelica, & Subtili, atque sic contra omnes nobiliores Scolasticos. Quintum quò Vestig. 7. defendit contra tot Sæculorum Suffragijs comprobatam, æque, ac famosam rerum omnium diuisionem (in decem genera) in Scholis Angelica, & Subtili, incunctanter creditam, (in octo genera) tantum diuidi in futurũ, expunctis à Cathegoria, Situ, & Habitu. Sextum [redacted] illud, quò Vestigat. p. cap 17 & Vestig. 2. lib. p. cap. 7. censet, omnia quæ Arist. dixit de Mundi, ac motus æternitate, populariter, & non philosophicè, dixisse, contra communem Peripateticorum Sententiam, asserentem Arist in 8 Phys. cap p. & 2. p. Cęli ca. 9. & in 12. Methaph. ca. 6. " Philosophicè, & exprofessò " tuitum fuisse Aeternitatem Mundi, ac motus.

Sudabamus eo tempore, cum hęc offendimus circa Opera nostra edenda in Libros de Cælo, & de Gen. Visum est ergo iuxtà Summi Philosophi Platonis Votum. (magis conuenire Nos de veritate sollicitos esse, quã de quauis alia re) etenim inquiebat ille (Socratis parua cura agenda est, Veritatis autem magna) atque ita, supradicta Ferchiana dogmata, tanquam veritati noxia conuellere pro posse; neque enim ferendum duximus, quatenus Vires suppeterent, impunè illudi credulæ Iuuentuti, & simplicia ingenia supplantari

Dictum. Factum. Factio namque ex nihilo in Arist. deprehensa

hensæ, confutata fuit disp. 5 de Gen. q. p. a. p. à num. 11. & & subsequentibus. In eadē Disput. 5. q. 2. a. 2. probauimus omnes formas interitui obnoxias esse, vnica dēpta anima intellectiua; atq; duodecim eius Achillicis rationibus, Cathegorica responsa dedimus. Seditiosum illud effugium circulationis animarum ab eo excogitatum, eliminauimus (disp. præcitata q. 7. a. p. nec non in lib. de Anima disp. p. q. 19.) Paradoxum illud de insufficienti diuisione scientiæ, refutatum fuit in Tomo Logico recuso disp. 12. q. 5. a 3. n. 126. Numerus denarius prædicamentorū in Arist. & cū Arist. comprobatus fuit in præfato Tomo Logico disp. 6. q. p. n. 11. & 12. Vbi & eius rationibus, octonariū numerū Prædicamentorum probantibus, satisfactum fuit; & tandē disputatione p. q. 5. n. 36. & 37. Tomi de Cęlo, ostensum fuit, Arist. non populariter, sed philosophicè æternitatem Mundi & motus constantissimè asseruisse, defendisse.

In hisce verò Ferchianis placitis confutandis, eam religiosam modestiam, ac scholasticam methodum adhibuimus, quæ inprimis à spectatissimis nostræ Religionis Theologis Reuisoribus, Selectis à Reuerendiss. P. Generali nostro, eximiè commendata fuit, atque postmodum à Censoribus fidei, nec non ab eruditiss. Secretario Serenissimę Reipublicę Venetæ, ad hoc munus specialiter delegato, pariter approbata, & comprobata fuit.

Verum statim, ac Opera nostra Patauij inuulgata fuere, impossibile dictū, & captu, quam mirificè ab omnibus Viris Literatis, Studiosis, Bibliopolis excepta fuerint. Publicè priuatimq; cum auiditate legebantur nostræ Sentētiæ, Difficultates, Solutiones. Vnusquisque, quo pollebat iuditio,

integris animis, eas trutinabat. Tunc primum cæptum est accuratius vestigari vestigationes Peripateticę. Ferchiana dogmata, quæ, & qualia essent denudari; atque somniculosa Iuuentus, velut in aurem vtramque dormiens, experge facta fuit. Tunc primum, inquam (Factio ex nihilo) contemptui habita, (excogitata animarum circulatio) derisa. habitus scientificè diuisio, vocalis iudicata. (Separabilitas omnis formę) scandalũ credita; (cætera ab Arist. peregrina,) neglecta.

Publica gesta, in Antenoreo literarum Emporio, refero. Viuunt adhuc plurimi, qui hæc, ita prorsus, quemadmodum à me descripta, & viderunt, & audiuerunt Nec audet mẽtiri Ferchius ipse, quando in Embolio sui Libelli famosi pag. 6. inuitus scribit " hæc ad me per amicos, & per Au-
" ditores aliquos S. Theologiæ perlata, " vehementer ani-
" mum commouerunt. "

Furere igitur in nos cæpit acriter Ferchius, atque linguæ nimiũ liberæ, ac mordacis retinacula laxans, modò per cuniculos, modò perfricta fronte, contra nostram famam, & doctrinam, apud quoscunque posset, mirum inmodum moliebatur. Dicteria sine fine, mendacia sine numero disseminabat. Collegiales nostros à nobis seducere tentauit. Superiorem localem, malignis officijs in nos concitauit. Lectorem Metaphysicum eius Lateronem, duabus vicibus in publicis Disputationibus, vt nobiscum percito animo congrederetur, incitauit, vt vel sic, nostra Acta per alium turbaret, & perstringeret, cum tamen ipse, in publicis, ac priuatis actionibus hiscere non auderet, quemadmodum ipse testatur pag. 5. sui Embolij illis verbis

Offen-

„ Offensores cõtentionis auidi, nõ cessarunt, immo per quos-
„ dam familiares mihi, sæpe, ac sæpius me ad pugnam pro-
„ uocare, responsionem petere, impugnationes offerre. Ego
" aure surda tacere volui "

Edebat nihilominus in Vulgus, nostra opera esse ab alijs Au-
„ thoribus Transcriptiones, compilationes, furta, nihil de
„ proprio scripsisse, totum ex alieno. Nos leues, inconstan-
„ tes, impostores, falsarios, feraces in maledictis, Doctores
„ extra propositum, mortalitatis animæ assertores, suasores;
„ ignorantes in Grammatica, Logica, Philosophia, & Theo-
„ logia; Alexandreos, Epicureos, ab Arist. prorsus extorres;
„ temerarios in Cælicolas, atque tandem impios in Deum,
esse dictitabat; quę omnia, & singula, quinimò his atrociora conuitia in suo Libello famoso, ceu calumniarum, impostur arum, ac contumeliarum Polianthea, ad æternam propriæ dicacitatis infamiam, etiam numscripsit.

Deus bone? quid furioso homini non suggesśit Infernus, quò famam nostram denigrare, dilacerare pro animi libidine valeret?

Interea Nos coram obloqutore non aperuimus os nostrum. Namq; ex Veterum scitis iam diù noueramus. (Iacula in solidum illata, retorqueri. Solem Troglodytis, ne vtiquã maledicentibus, lætissimè exoriri;

Lunamque Canibus in cassum baubantibus, vel Tessalis carminibus adiurantibus, cursum inoffensum tenere. Magnorum hoc esse Virorum, vt quò altius assurgunt, eò acrius obseruentur, tum ab illis qui se illis minores esse nolint, tum ab his, qui pares timent; ingemiscere Inuidias, immò, vt verius loquar, disrumpi cum Orientem Solem à plerisq; omni-

omnibus iampridem adorari vident, quam occidentem: Religiosorum proprium esse fortia pati) atque pro adepta gloria defensæ Veritatis, depulsæ falsitatis, alacri animo, illa omnia conuitia ferebamus.

At ecce, dum in his palestris exercemur, ad extremum absoluto Regentiæ nostræ Triennio, aureolis, non minus singularis doctrinæ, intaminatæ famæ, quam probatissimæ patientiæ (quod sine arrogantia dictum videri velim) Patauio coronati discessimus.

Pater Bellutus Collega meus, in Siciliam ob non nulla eius familiaria negotia, abire compulsus, inibi mansit; Opusque præclarum de Incarnatione Dominica edidit; vt quali otio detineretur, intelligeret Mundus; atque Vno, & altero anno elapso, Prouincialis Minister illius almę Prouincię meritis Illustrissimus, electus fuit.

Ego in Patriam me contuli: sed post pauco menses Rauennã totius Flaminiæ Metropolim Nobilissimam accitus ab Eminentissimo Principe Aloysio Capponio S. R. E. Cardinale Amplissimo, ac eiusdẽ Vrbis Archiepiscopo, literatorum nostri Sæculi Vnico, & maximo Mæcenate, ipsius Theologus delectus fui; apudque Eminentiam Suam, tanquam penes (spirantem bibliotecam) sicuti de Longino Eunapius dixit, tamdiu moratus fui, quousq; idem Eminentiss. Princeps Romam anno 1644 peteret, me Rauennæ consistere iussum, vt Tomum primum Metaphysicæ meæ pararem, atq; gloriosissimo eius nomine coronarem:

Dum Rauennæ pretiosiora temporis momenta in compositione prefati Tomi Metaphysici impendebam, delectabarque frequenti de re literaria collatione, & contubernio

Ad-

Adm. R. P Magiſtri Octauiani Camerani Rauennatis Viri amiciſſimi. Ecce mihi nihil amplius de Ferchio cogitanti, ac ſi nunquam in rerum natura fuiſſet, (quorundam enim obliuiſci, vt turpium, melius eſt quàm reminiſci. Monet Ariſt. 3. Top c. 10.) à quodam, vel pro ipſo exploratore, vel familiari meo, neſcio; literis nuntiatur, Ferchium valdè de me queri.

" Per Prouincias Flaminiæ, & Inſubriæ diſſeminante, quod
" ipſe victus, Nos victores eſſemus. Se non ſcribere, non
" quia nolit, ſed quia contra replicare non ſciat, nec poſsit à
" ſe mala ſcripta defendere. Ex ignorantia, non ex electio-
" ne ſcilentium naſci, atq; adeo a nobis iam impoſitum ſibi
" ſilentium eſſe. Cognouiſſe ſe tandem, quod falsò, quod
" iniuſtè, quod malè ſcripſerit. Nos eſſe à parte Veritatis,
" Ferchium a parte falſitatis. Inſuper addebat, me hiſce nō
" contentum, ex Medula quoſdam Patauium delegaſſe, qui
" & ſimilia publicè dictarent, grandi cum ignominia & per-
" ſonæ, & nominis eius. Deſinerem, porrò, rogabat vexare
" Virum duorum annorum langooſe, & 62. ætate deficien-
" tem, atque laboribus publicis, & priuatis Lectionum deſu-
" dantem.

" Non deberi cogi publicum Theologum Patauinum ad ſe
" defendendum à captantibus gloriam ex eo impugnato;
" quando interim, his actis, ſtudioſorum vtilitas impedieba-
" tur, iudicium Sereniſs. Reipub. impromouendo ſe damna-
" batur, atque decus Gymnaſij Patauini, quo ad ſuum locū
" attinet, in dedecus commutabatur. Satis apertè ſe prote-
" ſtatum fuiſſe apud multos nolle nobis reſpondere, neque
" fraternis ſe miſcere contentionibus, familiari exemplo

E Patris

" Patris Pauentini in S. Theologia eius prædecessoris, qui
" alienis impugnatoribus defensiones obiecit, Nostratibus
" autem vrgentibus, impugnationibus, atque prouocantibus
" iugiter, nunquam scripto, per se, vel per alium voluit res-
" pondere. Abundè alias se Patri Belluto per internuntium
" postulanti, quid ad nostras obiectiones responderet, signi-
" ficasse per literas, non iudicauisse conueniens respondere
" ijs, quæ contra ipsum à nobis scripta fuerant. Cætera ve-
" rò, quæ scripsimus, ne legere quidem voluisse. Calamum
" nostrum librum esse, quemadmodum, & calamus eius; in
" nostra proindè libertate esse, scribere quæcunque velimus.
" Vtri nostrum melius, ac verius senserimus, Viros doctos,
" auditis partibus, fore iudicaturas.

Ad hęc inopinatò perlata ab ambiguę fidei nuntio, fateor diù suspensum detinuisse animum meum, rescriberem ne, an consultius tacerem. Occurebant menti versutiæ, calliditates, malitiæ instigantium quorumdam Hominum, quibus dulcè, ac familiare est, ipsis spectatoribus, malignitatum ignibus iniectis proborum Virorum Charitatem, quietem, Pacem, Inuidiæ incendio conflaglare. Attamen, re perdiù deliberata, rescribere statui, literasque ad prædictū exploratorem transmitendas hoc modo dictaui.

Me multum miratum fuisse, de indicatis querelis Ferchianis. Tantum abesse, vt dicteria illa, à me hinc indè peruulgata fuerint, quin nec somniata minus. (Non ex rumore statuendum) pręclarè monuit Tacit: Nunc inuentum, vel esse Ferchij prouectioris ætatis. (quando Senes ex Aris. lib. 2. Reth. c. 16. natura queruli sint) vel certè alicuius callidi Veteratoris, ad conciliandum nobis immane odiū

exco-

excogitatum. Eam indolem, me non habere, qualem suspicatur Ferchius. Ageret ille (si optata animi serenitate frui velit) quæ Philosophus loc. cit. cap 17. meæ conditionis Viris conuenire censuit (neque omnibus scilicet temerè credendum, neque omnibus deroganda fides, sed ex veritate potius omnia iudicanda.)

Iam pridem mihimet persuasisse, nostris scriptis contra eius Vestigationes nullatenus rescripturum, quando hisce proximè elapsis annis, pro responsio ne ad illas nostras obiectiones, (quam, & amici eius importunè sollicitabant) typis inuulgauerit exantlatos eius labores circa fabulas Palestini Stagni, & obseruationes in Goffredum Torquati Tassi; quæ de Patre Belluto dicit, pura figmenta esse; nec ille, nec Ego id postulasse, quem qualis esset, optimè Pataui j cognoueramus, atque his dictatis, Epistolam obsignaui.

Post hæc, altum silentium de his rebus fuit. Rumoresque conticuisse credebatur. Cum ecce anno 1646. Ferchius publicauit tanto tempore fotum eius responsum ad nostras sexennales Obiectiones, seu verius, Libellum famosum sub titulo " (Defensio Vestigationum Peripateticarum & ") contra nostram famam, & doctrinem, quinimmo Scoti , & Scotistarum omnium; statimque per omnes Prouincias Ordinis sparsit, canereque triumphum per aliquot eius rabiosulos, ante Victoriam, curauit.

Displicuit mirum in modum, hoc iniqum factum Doctioribus Religionis nostræ Patribus: præcauebant namque prudēter (contentiones gliscere, lites seri immortales, bella geri, nullos habitura triumphos; quia ciuilia, quia intestina; Aduersarijs Academiæ Scoticæ ludos præbere; Subtilia

ingenia inutilibus atterri; non nisi publico damno in gloriã (quæ de fratre prostrato reportabitur .) constare Victoriam; ac proinde, hasce priuatas offensiones, concordibus animis, condonandas, atque incommunes Subtilissimæ Scholæ hostes, arma, Viresque ingenij vertendas,) literis ad me datis consultabant. Non deesse (insuper addebunt) doctissimorum Virorum decora moderationis animi documenta; idque inter cætera maximè conspicuum exemplar, imitandum proponebatur, quod in Dominico Soto, Salamantino Professore eximio , Sacri Dominicani Ordinis Religioso refulsit. Cumnamque Ambrosius Catharinus eiusdem instituti Confrater , vitiosa æmulatione in ipsius scripta, omni conuitiorum genere inueheretur; nihilominus modestissimus Soto lib. 10. de Iustitia, & Iure q. 3 a p. pag. 256. protestatus fuit, inquiens. Ego verò litem cum homine contestari nolo. est enim vir alioqui quidem Religiosus, attamen acerrimi ad contradicendum ingenij, cum quo mihi prius de certitudine gratiæ; & postea in Comentarijs suprà Paulum de Prędestinatione controuersia fuit; qua de re, vt audiui (nam legi nunquam) multis me, quæ sibi genuina sunt, & natiua scommatum figuris respersit; & reuera si tantum assertis suis confirmandis insudaret, quantum huiusmodi innectendis conuitijs assolet, Fælicius suum celebrasset nomen. Sed putat simpliciter suis dictis, veluti oraculis auscultandum; & cum egrè ferat, quod omnes velint esse Magistri, nihil ipse veretur omnium prodire Magister; At verò non constitui, quia neque Theologicum, neque Christianum est, malum pro malo reddere, Hæc Sotus.


Specio-

Speciosa quidem hæc prima facie videbantur, à Patribus in aliena causa mitissimis, porrecta consilia: at carioribus cõmunicata Amicis, longè aliter visum fuit. (probrosis libellis, quibus infamiæ stigmata inuruntur, acrius respondendum esse, constanter dicebant. Silentium, quamuis modestiæ, aut magnanimitatis proles sit, plerosque vt Cõscientiæ confessionem interpretari. Huiusmodi spreta, non obsolescere, inolescere. eluenda calumnia dum recens est; quod, & à Viris magnis purioris æui factum legimus; statui, ait Arnnobius, pro captu, & mediocritate sermonis contraire Inuidiæ, & calumniosas dissoluere criminationes, ne, aut illi sibi, videantur popularia dum verba depromunt, magnum aliquid dicere, aut si Nos talibus continuerimus à litibus, obtinuisse se causam putent, victam nõ suo vitio; sed assertorum silentio destitutam) Videantur Apologiæ Gregorij Nazianzeni, Hieronymi, Athanasij Ioannis Chrisostomi, Cypriani, Origenis, Basilij Magni, Bernardi, Seraphici Bonauenturæ, Angelici Doctoris, & Sexcentorum aliorum doctissimorum Virorum; & tunc scrupulosi dicant, an Iurè reprehendi possit, quod tantorũ Sanctissimorum Hominum exempla firmarunt.

Hisce ergo fidelissimis Consultoribus acquiescens (ne quarta omnino Luna, sicuti prouerbio fertur, natus credar) calamum arripui; atque propositis primum dictis nostris, quibus, se offensum queritur Ferchius, inde ad verbum fideliter relatis eius querelis, meas Expurgationes apposui; "
„ sperans, quæ contra ipsum scripsimus pro veritate tuenda,
„ tum clariora, tum firmiora fore; nec non linguam obloquẽ-
„ tis, ne amplius peccet rafrænare. Studiosos ad nostros labores

„ bores allicerē. De Academia Scotistarum bene mereri ;
„ atque hanc Authori Libelli famosi, quam meritus est, &
„ Iurè, & iniuria, (vt aiunt,) responsionem concedere "
fortè, & ipse male cautus offensor, proprio edifcet exemplo, (se cornutam bestiam, (vt aiunt) irritasse, & momordisse remorsurum,) & quod nostro sequitur, etiā de vulnere Sanguis; namque nobis, neque machera hebescēt, neque stylus retusus.

Lector sincerus legat, & omni æqui, ac boni consulat. memor, quod Bartolus Iuris consultorum Eminentissimus cōsil. 188 prudentissimè scripsit. (licere nimium defensionis causa ad æmulationem fabricare, non enim agit perperam, qui facit ad defensionem.)



Prima Querela Ferchij.

Quod Seraphici Doctoris minus profiteamur Doctrinam quam propagare tenemur, cum eius Collegiales fuerimus.

SCripsimus in lib. de Gen. disp. 5. q. 6. n. 143. Et miramur sanè, quare adeo peruicaces sint isti Seminaristæ, & Inchoatores formarum in hac propositione, quod potius admittere velint factionem ex nihilo naturaliter, aut æternitatem formarum, quam eam negare cum communi Theologorum, & aliorum Philosophorũ. Ferchius vehementer commotus, lingua sciuti nouacula acuta & calamo tanquam mucrone pungentissimo, præcordia honoris nostri configere tentat; nec non omnium Religiosorum Cætus, quinimò Sanctam Romanam Ecclesiam nostram piissimam Matrem, & Magistram, quantum in se est, aduersus concitat, atque ab albo viuentium expunctos anhelat; vnde in hæc verba quæritur pag. 36. & 37. " Hucusque nulla probatio de Iure; nunc iniuriæ af-
» feruntur: in his non recordabimini Sanctę admonitionis,
» à Sanctiss. Patriarca Francisco directæ ad Fratres suos.
» (non litigent, neque contendant verbis, nec alios vidicent,
sed

„ ſed ſint mites, pacifici, modeſti, manſueti, & humiles, ho-
„ neſtè loquentes omnibus ſicut decet.) mitto Philopponum
„ philoſophiæ laude clariſsimum, qui tenet formas ex nihilo
„ fieri. Auicennam, Algazelem, Zerbum, qui putant ex in-
„ choatione fieri; Omnes hi, quando Vobis placet, ſunt
„ ſordes. Conſideremus Illuſtriſs. Contarenum, Patricium
„ Venetum, Philoſophia Sapientiſſimum, ingenuis moribus
„ integerrimum, dignitate Senatoria præſtantiſſimum, vir-
„ tutibus moralibus, & Chriſtianis rutilantem, omni doctri-
„ narum genere excultum, decet tam inhoneſte, & immo-
„ deſtè ipſum appellare per cotemptum ſummum, Semina-
„ ryſtam, & Inchoatorem? tam acerbè inſectari, vt non Phy-
„ loſophum, vt imbecillem protſus, nullius roboris, inſuffi-
„ cientem, non veracem, ſed falſum, ſed abſurdum, ſed per-
„ uicacem? hæc eſt mititas, eſt manſuetudo veſtra? hæc
„ humilitas, & modeſtia? quanta cum indignatione, ſed iu-
„ ſta, Sanctus Franciſcus, Vos à legibus humilitatis, ac mo-
„ deſtiæ recedentes coerceret.
„ Sed quid Patres Carmelitani ſentient, quando Sapientem
„ ſui Ordinis Coripheum Ioannem Bacconum ex numero
„ Theologorum, ac Phyloſophorum eiectum legerint?
„ Quid Patres Dominicani, conſpicientes Albertum Ma-
„ gnum, Phyloſophiæ inſtauratorem, Theologiæ illuſtrato-
„ rem, Sancti Tomæ Aquinatis in Phyloſophia Magiſtrum,
„ tam ignominosè, vt Seminaryſtam, & Inchoatorem, & nó
„ Theologum, neque Phyloſophum haberi à Vobis?
„ Quid Franciſcani, cũ perceperint Alexandrum Alenſem,
„ Doctorem irrefragabilem & fontem Vitæ nuncupatum,
„ Phyloſophiæ, atque Theologiæ laude probatiſſimum, à
Vobis

„ Vobis propter inchoationem formarum, nec vt Phyloso-
„ phum, nec vt Theologum haberi, sed inchoatorem, & Se-
„ minari jstam, & absurdorum auctorem, & peruicacem ap-
„ pellari ?
„ Quid Sancta Romana Ecclesia, quæ authoribus Sixto 4.
„ & Sixto 5. Summis Pontificibus, inter Doctores, & Docto-
„ res primarios Ecclesiæ recepit S. Bonauenturam Ecclesiæ
„ Sanctæ Lumen, Franciscanæ Religionis Columen, Aetru-
„ riæ Decus lucidissimum, cum compererit propter rationes
„ seminales, à Vobis esse S. Doctorem ex numero Phyloso-
„ phorum, ac Theologorum explosum ? profectò si de alijs
„ dicere, quod sint falsi, insufficientes, nullius roboris, absur-
„ di, peruicaces conuicium est; de S. Bonauentura hoc dicere,
„ blasphemia est.
„ Sixtus V. fælicis recordationis, in diplomate, quò declara-
„ uit Bonauenturam inter primarios Ecclesiæ Doctores re-
„ ponendum, bis affirmat à se institutum fuisse Collegium
„ Seraphicum in Vrbe, ad S. Bonauenturæ Doctrinam do-
„ cendam, ac propagandam in vtilitatem Ecclesiæ.
„ Vos offensores in illud Collegium cooptati fuistis, pecu-
„ nias Ecclesiasticas in Vsum vestrum consumpsistis, coro-
„ nam Doctoratus cum Voce actiua intrà Religionem, passi-
„ ua ad dignitates intrà & extrà Religionem, indè reporta-
„ stis. (Vsurpatis beneficium Ecclesiasticum, si officium
„ propter quod dabatur non exercetis.) At non solù pro-
„ pagatis Doctrinam Seraphicam, sed eam confutatis, con-
„ uellitis, vituperatis. Scilicet pro magnis benefitijs reddi
„ solet magna ingratitudo. Propter hoc S. Doctorem iniu-
„ riosis Titulis Inchoatoris, & Seminaristæ, & peruicacis,

F &

„ & Satoris absurdorum dedecoratis. Piget, ac pudet, quod
„ nec Viui, nec Mortui, nec Phylosophi, nec Theologi, nec
„ Sanctorum Veneratores, nec Sancti à vestro stylo pungē-
„ tissimo sint securi &c. " Hæc Ferchius eloquentię suę pro-
„ cacissimæ pompam ostentans, in nos debachatur.

Prima Expurgatio Mastrij.

VAeh Tibi, Vaeh nigrę dicebat cacabusollę.) Ferchius, dum grauissimis calumnijs, & atrocissimis iniurijs nos afficit, eo quod " nec Viui, nec Mortui, nec
„ Phylosophi, nec Theologi, nec Sanctorum Veneratores,
„ nec Sancti à nostro pungentissimo stylo sint securi. "
Tunc fraternè nobis recordatur Sanctæ Admonitionis à Sanctiss. Patriarcha Francisco directæ ad Fratres suos, (non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent, sed sint mites pacifici, mansueti, & humiles, honestè loquentes omnibus sicut decet) Scilicet ipse mitis, pacificus, mansnetus, & humilis, honestè loquitur de Nobis Fratribus eius spiritualibus, quos ex præcepto Sancti Patris in Regulæ cap. 6. (plus diligere tenetur, quam Fratres suos carnales.) dum Nos appellat temerarios in Sanctam Romanam Ecclesiam, blasphemos in D. Bonauenturā, cuius doctrinam confutamus, conuellimus, vituperamus. Ingratos. Summorum Phylosophorum, & Theologorum conuiciatores, contemptores, quando illi nobis sint Sordes; hos ex albo Theologorum expunctos velimus. Scilicet inquam, hęc eius petulatissima Scommata, mititatem,

mode-

modestiam, humilitatem Franciscanam redolent. Nos autem Sanctæ admonitionis (quæ tamen dirigitur à D. Patre Francisco in Fratres quando vadunt per Mundum, vt ex textu Regulæ patet; & est informatio Itineranti ú scribit D. Bonauentura in declaratione super Regul. ad ca. 3. quapropter in præsenti extra propositum) rei facti sumus, eo quia per ipsum, inhonestè, elatè, fastuosè scripsimus. Seminari istas, & inchoatores formarum adeò peruicaces esse, vt malint admittere factionem ex nihilo, aut æternitatem formarum, quam eam negare cum communi Theologorum, ac aliorum Philosophorum sententia. Hęc est Ferchiana modestia " si non mente saltem verbis " sicuti ipsemet de se ipso fatur pag. 163. n 7.

Verùm quoniam in hac atrocissima querela, Ferchius capitalia tangit, sicco pede, vt aiunt, haud transeunda singula eius nequiter dicta ponderanda sunt. humilimè Aequum Lectorem deprecans, ne me inauditum iudicare, ac condemnare velit.

Primo itaq; iniuriæ nunc afferri à nobis vult Ferchius; quasi è Cathalogo Philosophorum, ac Theologorum eos expūgamus Doctores, qui admittunt inchoationem formarum, cum scripsimus; Eam negare potius debuisse cum Communi Phylosophorum, ac aliorum Theologorum sententia. O quam Ferchiani iuditij speculatiua, & acuta deductio? Audiatur Sodes: aliquot grauissimi Philosophi, Theologi celeberrimi, inquit, non defendunt per offensores, cum communi Theologorum, ac aliorum Philosophorum sententia, productionem formarum, ergo per offensores sunt deleti ab Vniuersitate Doctorū, Sunt exdoctorati?

quis ignorat regulam Iuris in 6. (in generali concessione non venire ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus.)

Liceat mihi, quæso Ferchi, hoc modo, scuti Tu facis inferre. Ferchius contra communem Peripateticorum, vt ipse protestatur pag 230. defendit suam factionem ex nihilo, ergo Ferchius meritò est expunctus ab Albo Peripateticorum? intuli ne rectè meam consequentiam? Tu iudex esto, & quod pro Te dices, pro me pariter dictum putabis.

Ferchius contra communem Peripateticorum defendit circulationem animarum, ergo Ferchius non est amplius Peripateticus? est ne recta consequentia? Ferchius contra communem Philosophorum, ac Theologorum asserit, habitum scientiç diuidi in speculatiuum, factiuum, & actiuũ, ergo Ferchius non est, neque Philosophus, neque Theologus?

Capitalis est Ferchi, hæc tua consequentia, & qua admissa, Subtilissimus Scotus per Te non esset Doctor, qui præcæteris Doctoribus contra Communem, singulares sustinet frequenter opiniones. Sicuti Tu scribis Apol. 3. pag. 25. atque in Vita Scoti cum Paulino Berti dicis " nam cum „ Ioannes Scotus inuestigandæ veritatis studio, mentis aciẽ „ paulo altius, quàm alij intenderet nouas rationes, & argu„ menta inuenit, peculiares difficultates excogitauit, alias „ opiniones præter communem disertissimê tuetur. "

Sed hanc consequentiam facilè in Scoto admittes, cum non Tibi, sed Nobis sit Doctor, quemadmodum frequentissimè scribis " Scotus Doctor vester " pag. 285. 291. 358. 379. At fortè in Diuo Augustino non audebis, qui

tamen

tamen librum Retractionum, singularium eius opinionũ contra communem contexuit. Non eam permittes in D. Bonauentura, Alberto, Baccono, Alense; qui omnes aliquoties, singulares fuerunt contra cõmunem. Sed quid immoror? hac tuà consequentià semel admissà, nullus est Doctor, nullus Philosophus, nullus Theologus, cum horũ quilibet singulares defenderint aliquando opiniones contra communem Sententiam.

De Te, de Te, inquam, non de Nobis, inclytæ Religionis Patrum Dominicanorum, Carmelitarum, Franciscanorum, iure dolebunt, qui, vt nos lacesseres, solitis parergis exornans è Doctorum albo, Sapientum eorum Corypheos explodere iudicas.

Docet Subtilissimus Doctor in p.d 46. Q.v.B. exponens illud Apost. p. ad Timoth. cap. 2. (Deus vult omnes homines saluos fieri) posse illud dictum exponi de distributione accomodata omnibus, qui salui fiunt; adeo, vt ly (omnes) non collectiuè, hoc est pro singulis generum, sed pro generibus singulorum intelligatur, rem illustro exemplo; sic dicimus, Didascalum docere omnes pueros Insulæ Veglensis, cum tamen non omnes erudire certissimum sit.

Sed occurres. Te quidem (volantibus occulis) legisse Scotum, vt nostra scripta soles: at non didicisse, nec minus ex eius doctrina profecisse, vti protestaris pag. 5 ? 2. Ita sanè mihi videtur, vt scribis, cum ex Scotica Doctrina, accõmodatam distributionem nostri dicti potuisses afferre, & non illam ineptissimam consequentiam inferre, ergo assertores inchoationum non sunt Vobis Theologi; atque ita paralogismum euitasses, dùm à magis communi ad minus

com-

commune, sine distributione accomodata argumentaris. Qemadmodum Tu met notasti in Epitome 2. d. 10. q. v. not. p. ad illud D. Pauli ad Rom. 6. (in quo omnes peccauerunt,) & Ioannis p. (illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum) & in p. d. 46. q. v. ad pr. ad citatam authoritatem Apostoli ad Timoth.

At malignitatis æstu: sic Tibi visum est deducere, vt nos exitiabiles faceres Viuis, atque Mortuis, Philosophis, ac Theologis, Ecclesiæ Romanæ, Sanctorum Veneratoribus, Sanctis; sic inquam tibi mens pessima fuit, supera, Infera, Auernum in nos concitare pro posse.

Verum Tu Sophista versutus, hanc consequentiam, quam ad eo petulanter in Nos, hoc loco admitti contendis contra Te (scribis) illatam pag. 205. audacter pernegasti: Audiantur verba Tua. " Arguitis autem sic: Ferchi j opi-" nio, quod forma fiat ex nihilo, est contra communem Phi-" losophorum, ac Theologorum, ergo eius sententia est fal-" sior falsissima. Respondeo, inquis, aut asseritis meam sen-" tentiam esse contra communem Philosophorum vniuersa-" liter, aut contra communem aduersariorũ. (Si vniuersa-" liter) dicatis: Nego antecedens, nec enim est contra " Arist. aut Philopponum, aut alios plures Philosophos, ac " Theologos infra n. 67. citandos. Si affirmetis esse contra " communem opinionem asserentium formas non fieri ex " nihilo, quia fiunt ex præiacente subiecto, concedo ante-" cedens, & nego consequentiam. Multa Arist. & Scotus " contra oppositum opinantes posuerunt. Vos quoq; mul-" ta, contra omnes ferè modernos, contra omnes ferè anti-" quos asserere non dubitatis; sequitur ne; ergo vestra assertio

est

„ est falsior falsissima ; negabitis vtique consequentiam pro
„ vobis; Ego quoque nego pro Arist. & pro me vestigante
„ Aristotelis mentem.

Hęc Tu ad euitandum Paralogismum eo loco respondisti: omninò pariter applicanda ad consimilem ridiculam consequentiam, quam intulisti ex verbis nostris. (apud omnes inconfesso est magis, & minus non variare speciem pag. 93.) Atque hæc satis dicta sint, vt Aequus Lector iudicium ferre possit, an Tu conuitiator verè sis; qui tam putida mendatia hisce tuis consequentijs, nobis affingere non erubescis: ponderemus alia.

Secundo Criminaris nos,„ eo quod " Clarissimi Philosophi Philopponus, Auicennas, Algazeles, Zerbius cum nobis placet sint Sordes. " gratias Tibi refero haud vulgares, quod procacciori tuo stylo, non scripsseris " cum Vobis placet sunt Sues " quemadmum Tu præcelentem Peripateticum Simonem Portium, pungentissimo dicterio derisisti Vestig. 6. lib. p. cap. 9 n. 42. Cæterum quicquid sit de opinione Philopponi impij quondam Tritheitæ sicuti ferunt Suidas verbo (Ioannes Grammaticus,) & Nicephorus lib. 18 Hist. cap. 48. quicquid sit de opinione Zerbij. Hoc nobis certum est, inter errores, ac hæreses Algazelis, & Auicennæ hanc decimam hæresim referri 2. par. Direct. Inquis. pag. 279. col. 2. & pag. 240. col. p. (Itē ponit omnes formas esse à datore formarum. Item quod anima hominis procedit à datore formarum sicuti, & aliæ formæ, qui dator est vltima intelligentia.) Videatur Tromber: 12. Metaph. q. 6. vbi aduertit opinionem Auicennæ fuisse damnatam per artioulum Parisiensem.

Ter-

Tertio. Nos reos facis ignominoſæ ſubſanationis, eo quod grauiſſimos Philoſophos, ac Theologos, (Seminariſtas, Inchoatores) appellauerimus. Quaſi vero ſumma ignominia ſit, de nomine opinionis, quam acriter defendunt Doctores, eos aliquando denominari. Atqui inclyta Nominalium Schola reclamat contra hoc Ferchianum iudicium; & Princeps Guglielmus Occam, tali, ac tanto titulo, ſuperbè, te inuito, gloriatur Sic opinantes dari naturas reales, (Realiſtæ.) qui intruſerunt formalitates (formaliſtæ.) qui formas dixere omnes latitare in materia (Latitatores) qui rerum eſſentias explicant per connotata ab Arriaga, & Ouiedo recenter connotatores appellati ſunt, teſte Zerbio 7 Metaph. q. 9. §. (propter ſecundum.) quid quod? non ne Tu pag. 221. eodem prorſus titulo (Seminariſtas) ſubſannas,? cum *ſcribis* ,
„ argumentum enim tale eſt, quod ex nulla parte præſuppo-
„ ſita ſui fit, ex nihilo fit, & ſecundum (Inchoatores)
„ creatur, ſed forma fit ex nulla ſui parte præſuppoſita ergo
„ fit ex nihilo, & ſecundum (dictos) creatur. " Videatur Ioannes Auentinus annal. Boiariorum opere lib. 6. de Nominibus Realium, & Nominalium peripateticorum.

Quarto Iniurioſos Nos dicis, eo quod ſcripſimus, adeo peruicaces eſſe Seminariſtas, & inchoatores formarum, &c. atq; Nos mentiendo clamas " non eſt ita; conſtantes ſunt, peruicaces non ſunt " En Ferchi rixa de vocibus, en detecti, qui maximè de Vocibus rixas nutriunt; quod vitium Tibi valdè familiare, Nobis pag. 3. tui Emboli j applicuiſti.

Vocabulum peruicax ex Ambroſio Calepino docemur ſignificare (Virum perſeuerantem cum quadam vi, ac nulli

ceden-

cedentē.) In quo ſenſu Tu ipſe accepiſti in Dial. Paleſtini ſtagni pag. 70. quando Iacobum prædilectum Diſcipulum tuū alloquentem ſic interpellas. " quam acer, & per-
" uicax es concertator? quā ferax difficultatū, & ferox quaſi
" nouus Antheus reſurgis? " quæ epitheta, iniurioſa eſſe, certè non affirmabis; at Tibi rabulæ omnia licent: Beluto, & Maſtrio nihil expedit (cæteris nec hilum, nobis omnia vltrò ignoſcimus.) cęcinit Poeta.

(Peruicax) nobis ſonat iniuriā, ſicq; à nobis intelligi, & ſcribi mauis, vt ex hoc ad ſenſum tuum iniurioſo vocabulo, licenter valeas in nos debachari. Tibi verò (peruicax) ſapit acrem diſputatorem, Feracem difficultatum, ferocem, nouum Antheum, nulli cędentem, quæ laudem egregiam diſputantis redolent. Vt meritò Ioannes Sauius Venetus, ingeniorum ſui temporis miraculum, ſub Academiæ (Pertinariæ) titulo, theſes ſupra omnem opinionem, vigeſimum ſecundum annum agens, defenderit, Tu ſcripſiſti Apol. 3 pag 55.

At quando etiam verbum (peruicax) iniuriā ſaperet, imitati ſumus Te, Catonianæ ſeueritatis normam, qui melius quā Nos iactas Philoſophantium genium agnoſcere, quando in lib p. de Cæli ortu cap. 16 pag. 154. ſic Peripateticos ſugillas. " quo te vertas Lector? Si non affers hiſtorias de
" mutatione Cælorum non credunt verum. Si affers, verū
" non credunt. (pertinaci) nunquam ſuadeas, ſuaderi non
" vult " hæc Tibi in eo loco licent. O quam ſcitè Menander cęcinit. (omnes ſumus admonendo ſapientes. Nos verò ipſos aberrantes, non cognoſcimus)

Sed placet hoc loco, pro coronide huius prætenſi vocabuli

Tertio. Nos reos facis ignominosæ subsanationis, eo quod grauissimos Philosophos, ac Theologos, (Seminaristas, Inchoatores) appellauerimus. Quasi vero summa ignominia sit, de nomine opinionis, quam acriter defendunt Doctores, eos aliquando denominari. Atqui inclyta Nominalium Schola reclamat contra hoc Ferchianum iudicium; & Princeps Guglielmus Occam, tali, ac tanto titulo, superbè, te inuito, gloriatur. Sic opinantes dari naturas reales, (Realistæ.) qui intruserunt formalitates (formalistæ.) qui formas dixere omnes latitare in materia (Latitatores) qui rerum essentias explicant per connotata ab Arriaga, & Ouiedo recenter connotatores appellati sunt, teste Zerbio 7 Metaph. q. 9. §. (propter secundum.) quid quod? non ne Tu pag. 221. eodem prorsus titulo (Seminaristas) subsannas,? cum scribis, „ argumentum enim tale est, quod ex nulla parte præsuppo- „ sita sui fit, ex nihilo fit, & secundum (Inchoatores) „ creatur, sed forma fit ex nulla sui parte præsupposita ergo „ fit ex nihilo, & secundum (dictos) creatur. " Videatur Ioannes Auentinus annal. Boiariorum opere lib. 6. de Nominibus Realium, & Nominalium peripateticorum.

Quarto Iniuriosos Nos dicis, eo quod scripsimus, adeo peruicaces esse Seminaristas, & inchoatores formarum, &c. atq; Nos mentiendo clamas " non est ita; constantes sunt, peruicaces non sunt " En Ferchi rixa de vocibus, en detecti, qui maximè de Vocibus rixas nutriunt; quod vitium Tibi valdè familiare, Nobis pag. 3. tui Embolij applicuisti.

Vocabulum peruicax ex Ambrosio Calepino docemur significare (Virum perseuerantem cum quadam vi, ac nulli

ceden-

cedenté.) In quo sensu Tu ipse accepisti in Dial. Palestini stagni pag. 70. quando Iacobum prædilectum Discipulum tuũ alloquentem sic interpellas " quam acer, & per-
" uicax es concertator? quã ferax difficultatũ, & ferox quasi
" nouus Antheus resurgis? " quæ epitheta, iniuriosa esse, certè non affirmabis; at Tibi rabulæ omnia licent: Beluto, & Mastrio nihil expedit (cæteris nec hilum, nobis omnia vltrò ignoscimus.) cecinit Poeta.

(Peruicax) nobis sonat iniuriã, sicq; à nobis intelligi, & scribi mauis, vt ex hoc ad sensum tuum iniurioso vocabulo, licenter valeas in nos debachari. Tibi verò (peruicax) sapit acrem disputatorem, Feracem difficultatum, ferocem, nouum Antheum, nulli cedentem, quæ laudem egregiam disputantis redolent. Vt meritò Ioannes Sauius Venetus, ingeniorum sui temporis miraculum, sub Academiæ (Pertinariæ) titulo, theses supra omnem opinionem, vigesimum secundum annum agens, defenderit, Tu scripsisti Apol. 3 pag 55.

At quando etiam verbum (peruicax) iniuriã saperet, imitati sumus Te, Catonianæ seueritatis normam, qui melius quã Nos iactas Philosophantium genium agnoscere, quando in lib p. de Cæli ortu cap. 16 pag. 154. sic Peripateticos sugillas. " quo te vertas Lector? Si non affers historias de
" mutatione Cælorum non credunt verum. Si affers, verũ
" non credunt. (pertinaci) nunquam suadeas, suaderi non
" vult " hæc Tibi in eo lòco licent. O quam scitè Menander cecinit. (omnes sumus admonendo sapientes. Nos verò ipsos aberrantes, non cognoscimus)

Sed placet hoc loco, pro coronide huius prætensi vocabuli

iniuriosi, ad memoriam Tibi fraternè reuocare, quæ de Scoto apol. lib. 3 n. 13. scripsisti cum inquis. " Tertio cum
" tot ac tales Viros Doctor subtilis lacessit, aut raro, aut
" nunquam eos de nomine vocat, vt opiniones non opinan-
" tes refellere voluisse cognoscatur. improbū idcirco labo-
" rem Scotistis relinquit, eos inquirēdi authores, quorum di-
" cta labefactat. "

Ita planè nos præstitimus in hac quæstione de formarum inchoationibus; tum hic q. 6. disp. 5. de Genitum disp. 2. q. 7. a p. in lib. physicorum: Vbi cum solum protestati fuerimus, specialiter Nos disputare contra Aresium, & Contarenum, alios ferè de nomine præteritos, improbum laborem Tibi reliquimus, cæteros consortes inquirendi, quorum opiniones, non ipsos opinantes, quemadmodum conuiciaris, oppugnare intendimus, & eas refellere pro viribus, tanquam imbecilles, falsas, nullius roboris insufficientes, non veraces, absurdas, idque robustis argumentis, solidis rationibus, D. Thoma, & Scoto in hac opinione nostra defendenda coniuratis, subministrantibus. Hæc mens nostra fuit, & non authores, vti Tu iniquè impingis, iniuriosis titulis dedecorare.

Quinto Nobis grauissimam irrogas contumeliā, Eo quod in-
" gratitudine ingenti inquis beneficia ex Collegio D. Bona-
" uenturæ in nos collata compensemus; iniuriosis titulis de
" decorando Sanctum Doctorem; Eius Doctrinam quam
" docere & profiteri tenemur, confutantes, conuellentes,
" vituperantes. " quam & pag. 66. repetis insuper addens,
" quod panem D. Bonauenturæ deuorauerimus, atque igno-
" miniosè Doctrinam Ecclesiæ Doctoris summi, & Religio-

nis

nis nostræ proscindamus. " Venenum, quod in pectore, quis seruat ex venenatis verbis, quę insipienter effundit, facilè dignosci potest, (quæ enim procedunt ex ore, hæc sunt, quæ coinquinant hominem) Sed heu, quot in Vno crimine, crimina? singula disquiramus, & vt has improbitates, quas in Nos oblatras, patentissimè retundantur; has Veritates, nostræ Religioni, ac Tibi in primis notissimas, Toti Orbi in vulgo.

Prima veritas sit. Ioannes Duns Scotus, statim à morte ipsius tanquam Religionis supremus Doctor haberi cæpit, atque ad hæc vsque tempora habetur. Hoc enuntiatum, nititur his, quæ Tu scripsisti varijs in locis tuarum Opellarum. Singula tua dicta audiantur; & in hoc astruendo, & in sequentibus comprobandis, neque enim præter rerum ordinem quidquam de meo apponam.

Primo in Vita Scoti à Te transcripta cap 12. n.43. adducis testimonium Mauritij Hibernici ad cap.4. lib. de p. principio citantis Occam plerumque nominantem Scotum, Doctorem Religionis. Ex quo, hanc consequentiam Tu elicis " ergo statim à morte Dunsij, Dunsius tanquam Religionis Doctor haberi cepit. "

Secundo in oratione, quam in laudem Scoti declamasti in Vniuersitate Patauina die 3 Nouembris 1634 perorando dixisti.

" In omnibus tunc datur status, cum peruenitur ad summum
" quemadmodum ergo minorum Sodalitium in B. Francisco
" peruenit ad apicem sanctitatis, ita in Ioanne Dunsio ad
" culmem sapientiæ procurrit. Non plus vltra hæ duæ co-
" lumnæ Ordini Franciscano præstitutæ; Franciscus Pater,

„ Sanctorum prominet ad Sanctitatem. Ioannes Magister,
„ Doctorum ad scientiam " hæc Tu Serafici sequax in lau-
„ dem subtilissimi Doctoris Ordinis Minorum supremi sa-
„ pientis, coram amplissimo, & eruditissimo consessu, an in
„ preiuditium Seraphicæ Scholę: atque contra iuditium Sum-
mi Pontificis Sixti V. in Bulla (Triumphantis Hierusa-
lem Gloriá (haud decerno judicent, & corrigant ij, quo-
rum interest.

Tertio in Epist: dedicatoria Reuerendissimo Patri Magistro Iacobo à Bagnacaballo, immortalis memoriæ Ministro Generali ad Apol: in Maten: Scotum communem Ordinis Magistrum " appellas; & in Apol: in Iouium pag. 56. scribis " etenim in Minorum Collegio plurimi Doctores Classici (quos si numerare pergam, stellas dinumerem)
„ floruerint, i js non neglectis, optimum tanquam commu-
„ nem Magistrum (Scotum) susceperunt.

Secunda Veritas sit; quotquot à morte Scoti ad hęc vsq; tempora in minoritica Religione, doctrina, ac dignitatibus, eam rutilantem reddiderunt, Subtilissimi Scoti Discipuli extitere. Ita Tu Ferchi inpræcitata oratione, his verbis declamas. " Ex hac familia Christi, & Francisci sanguine, ceu pretiosissimo murice purpurata; Ioannes Duns spiritale esse suscepit, tantaque cum vbertate reddidit, vt plurimos Prouinciales, & Generales Ministros, multos Episcopos, & Cardinales, atque quod maximum est, & omné exuberat laudem, è propria schola emiserit tres Ecclesiæ sanctæ sponsos, Christi Vicarios.

Alexandrum V; Sixtum IV; & sixtum V; Doctores in super quotquot, Seraphicus Ordo post scotum genuit, non

Docto-

„ Doctores, ſed Scoti Diſcipulos genuit. Quid quæſo dixi?
„ an fons inuentionis in Franciſcana exaruit progenie, vt
„ nullus à Scoto Doctor fuerit, ſed ſolum Diſcipuli? Vtiq;
„ Diſcipuli ſolum, qui totam Vitam in Doctorem ſubtilem
„ diſcendum, ac declarandum traduxerint; nec tamen aſ-
„ ſequi omnia potuerint, quę ſcripta reliquit Vir diuinus in-
„ genio, fæcunditatis inexauſtæ varietatis pulcherimæ, ro-
„ boris inexpugnabilis ſubtilitatis inaceſſæ. “ Hoc veriſſi-
„ mum enuntiatum itidem replicas lib. 3. Apol: in Iouium
„ n. 32 cum ſcribis. “ Verum ſcotiſtarum multi ad Epiſco-
„ patus, Cardinalatus, & ad Pontificatum quidã euecti ſunt,
„ quibus dignitatibus conſequendis, doctrinã, quam profi-
„ tebantur plurimum contuliſſe non ambigo, “ & in apol:
„ in matenes: n 24. dum reſcribis. Demum, & ſanctiſſi-
„ mus Dominus noſter Sixtus V. fæliciſſimæ recordationis,
„ è ſcotiſtarum Cathedra, in Petri Cathedram translatus eſt.

Tertia Veritas ſit. Scotica doctrina in inſignoribus Orbis Vniuerſitatibus ſemper primaria ſubſellia obtinuit, atque profeſſa, ac propagata eſt. Ita ſcribis Tu in Vita Scoti nu. 43 “ magna vero illa, & eximia Scoti laudatio, neutiquam
„ quam prætereunda, quod ſubtilis doctrina in publicis Vni-
„ uerſitatibus plurimis legatur. primum quidem in Principe
„ Vniuerſitatum Pariſienſi de hinc in (Patauina,) ac
„ Ticinenſi Lectores Theologiæ, ac Philophiæ ſtipendijs pu-
„ blicis obtinet “ & in Apol. contra Mateneſ: n. 68. inquis,
„ qui “ eumdem Scotum in celeberrimis Vniuerſitatibus,
„ vt Romæ (Patauij) Compluti, Papiæ Pariſijs, & alijs
„ quoque interpratari inconfeſſo eſt. “ Rurſus in Apolog. contra Bzouium ad finem n. 33. “ An Chriſtiani Orbis,

ais

„ ais, perillustres Vniuersitates Parisiensem, Patauinam, Cõ-
„ plutensem, Romanam ipsam, aliasque multas, Scotum, si
„ talis esset, publicè prælecturas arbitraris?

Quarta Veritas sit. Sixtus V. fælicis recordationis, erexit quidem Collegium Seraphicum in Vrbe anno eius Pontificatus tertio, ea mente, vt (Sacra Theologia præcipuè ex operibus, & Comentarijs Sancti Boneuenturæ explicaretur,) vt habetur ex eius Bulla (Triumphantis Hierusalem gloriam) relata à Laertio Cherubino in suo Bullario pag 620. & apposita in principio Tomi primi Operum D. Bonauenturæ iussu Sixti V. ob præfatum finem impressorum. At qui factum est, etiam viuente, ac coniuente Sixto à Regentibus illius Collegij, Scoticam Doctrinam professam, ac propagatam fuisse. Vnum excipio ex Rectoribus Petrum Capulium, qui & in primum sent: D Bonauenturæ erudita comentaria edidit. (Sed vna hirundo & vnus dies non facit Ver.) ex Arist. p. moral: Nicomach: c. 7. Hæc veritas, partim attestatione Virorum, omni exceptione maiorum, partim tuis scriptis comprobatur.

Primus Regens Seraphici Collegij à Sixto V. creatus fuit Adm. R. P. Magister Octauianus Strambiatus Rauennas; at qui hunc Virum (Scotistam) præclarum, ac Scoticam doctrinam semper professum, eamque legisse, vt primum prædictum Collegium institutum fuit; præterquamquod Originalia manu scripta tanti Viri, quæ adhunc magna ex parte, penes Adm. R. P. Magistrum Octauianum Cameranum Rauennatem seruantur, cum hac prætitulari inscriptione, propria manu ipsius Patris Magistri Octauiani Regentis firmata.

Lectu-

(Lectura Fratris Octauiani Rauennatis in 4. Scoti habita Romæ 1586.) apertissimè demonstrant.

Adhuc etiam, testimonium omni exceptione maius Reuerendissimi P. Generalis à Bagnacaballo recolendæ memoriæ Viri, eiusdem P. Magistri Octauiani Auditoris perchari, satis superque conuincit, cum in suo opusculo verè aureo Reform. Studiorum pag. 115 n. 34. scribat (pro regendo Collegio, Sancti Bonauenturę, iuxta decreta ipsius Collegij, & ad præscriptum Sixti V. fælicis recor: Institutoris eius, cui omnium primum, ipse Summus Pontifex Venerabilem & Excellentissimum Virum Religiosum, & in doctrina Scotica exercitatissimum Patrem magistrum Octauianum Rauennatem Seniorem, nunquam satis laudatum Regentem præfecit) ij tantum P.P. proponendi erunt &c. Vbi benè nota (primum) Rectorem Collegij à Sixto V. fundatore præelectum fuisse (Exercitatissimum in Doctrina Scotica.)

Qui primus Rector, postquam anno 1586 Scoti exposuisset materias de Baptismo & Confirmatione, sequenti anno prælecturus Sacramentum de Eucharistia in præfata originali Lectura, hæc formalia verba scribit. (Quod onus etiam mihi impositum est, vt scilicet præsenti anno 1587. Vobis de admirabili Sacramento Altaris Doctrinam impertirem cum autem Ego superiori anno Sacramenta Baptismi, & Confirmationis, Deo fauente, & multorum pręsentia comitante feliciter compleuerim, hoc anno Eucharistiā, & Penitentiā iuxta Ordinē Magistri absoluere curabo; & in horū explicatione sequar Conclusiones Theologorū Catholicorum, & maximè Scoti, cuius literam etiam expone-

ponere proposui. quod munus toto conatu meo iuxtà Viã & fundamenta scoti explere, & perficere tentabo.). Hęc primus Regens. Collegi j seraphici, viuente sixto eiusdem Collegij Fundatore.

Huic pręfato P. Magistro Octauiano, successores fuere Adm. R.R. P.P. Magistri. Fabricius de sancto Ioanne inpersiceto, Hieronimus de Bresighella, Ioannes Chrisostomus de Mediolano. Petrus Capulius; Felix Centinus Aesculanus; Bonauētura de Montegiorgio; Bonauentura de Nola; Franciscus Antonius de sancto seuerino; Bonauentura de Biselia. Hos omnes scotistas fuisse, (excepto Capulio) atque subtilem doctrinam semprer, & vbique professos, eorum eruditissima scripta, & typis data, euidentissimè ostendunt.

Eminentissimus Cardinalis Centinus, quò Regente, Tu in illud Collegium cooptatus fuisti, eius doctrinam audiuisti, inter primarios scotistas à Te celebratur his verbis, in Vita scoti cap. 12. n 46. " Post hos placet duos præclaros
" doctrinæ subtilis professores adiungere, sed Viuos. Tum
" quia, & eorum eximia id requirit sapientia, tum etiam, quia
" id iurè gratitudinis Præceptoribus meis debeo.
" Alter est Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Felix Centi-
" nus s. R. E. Cardinalis Aesculanus, doctrina, & moribus
" Vrbi, & Orbi notissimus, qui naturalium, & supernatura-
" lium Veritatum cognitione ditatus cum scotica subtilita-
" te, tantam integritatem memoriæ, siue natura, siue indu-
" stria comparauit, vt integras scoti, & scotistarum colu-
" mnas mirandum relatu, adamussim, in Disput: ex tempore
" proferret " Hæc Tu Ferchi scribis de Regente Collegij

sancti

Sancti Bonauenturæ Præceptore tuo, qui strictiori iure tenebatur quam Nos integras D. Bonauenturæ referre pagellas, doctrinam profiteri, propagare; & in epist: dedic: eidē Eminentissimo Centino in Apol: contra Bzouium, habes. Ioannes Scotus inter Scotistas Academicos, Coriphens esse dignoscitur: sed inter Subtiles nostra tempestate celeberrimos, Lectorem sapientissimum, inuictissimum dispu-
„ tatorem, cui non dignitas doctrinam, sed doctrina digni-
„ tatem attulerit, Fœlicem Centinum celebrant omnes:
„ Iurè itaque Duci ex Scotistis, Scotum. Heroi ex Conuen-
„ tualibus, Conuentualem. Cardini ex Theologis Theolo-
„ gum authoritate, sapientia, constantia defendendum cō-
„ mitto. " ita sincerè scripsisti in laudem Regentis, ac Pręceptoris tui humanissimi. quo vnico elogio, quamquam hæc Veritas nostra satis superq; approbata maneat; Placet tamen adhuc abs Te referre historiam, qua magis corroboretur, non nisi doctrinam Scoticam, minimè Seraphicam, in Collegio D. Bonauenturę ab illius Rectoribus fuisse professam. Scribis Tu in Vita Patris Filippi Fauentini olim Metaphysici, ac Theologi doctissimi Vniuersitatis Patauinæ, referens Visitationem à Clemente VIII. Summo Pontifice peractam in Conuentu Sanctorum Apostolorum de Vrbe; quo tempore Filippus eiusdem Collegij erat Baccalaureus. " cum Pontifex visitaturus etiam Baccalaureos
„ ascendisset; dum ijdem flexis genibus coram tanta pote-
„ state, & maiestate adessent; Clemens proximum Baccala-
„ ureum (is erat Filippus) interroganit (quodnam
„ fuisset primum Luciferi peccatum.) cui sollertissime re-
„ spondit (Luxuriam spiritualem) authore Scoto 2.d.6.

„ q. 2. admiratus Pontifex, & Subtilitatem dogmatis, & re-
„ spondentis promptitudinem, paterno animo, & sententijs,
„ Collegij Seraphici alumnos, ad sapientiæ studium mirificè
„ cohortatus est; " sed quis mortalium Ferchij non existi-
masset prudenter, Pontificem Sapientissimum in actuali
examine, deuios Baccalaureos à Doctrina D. Bonauenturæ
acriter reprehensurum? At è contra factum est, vt scribis.
adeo verissimum est adagium (non nisi quem cæpit ma-
nat ab Vtre liquor.)

Quinta Veritas sit. quotquot Alumni ex Collegio D. Bona-
uenturæ prodiere, Laurea Doctoratus insigniti, omnes, &
singuli Scoticam doctrinam, quam in Collegio audiuerũt
semper, & vbique professi sunt. Hæc veritas probatur in-
ductione eorum, qui elaboratos fructus suorum ingeniorũ
prodidere. De Patre Magistro Ioanne Feretto Regiensi, Se-
raphici Collegij olim alumno, Tu Ferchi ad finẽ Vitę Scoti
hæc scribis " qui nostro tempore in Scoto clarè auditoribus
„ imprimendo, & exprimẽdo parẽ quantũ credo non habet"
De Filippo Fabro Fauentino, Collegij Seraphici olim Bacca-
laureo in Vita ipsius, Te authore typis data habes " Ari-
„ stotelem immitatus est Fauentinus, præcellens in palestra
„ subtili Scotista; alij Scotistarum in Vnum, vel alterum;
„ Filippus in omnes Scoti aduersarios insurgit, fortissimè
„ preliatur, vt iurè propugnaculum subtiliũ dici mereatur."
Hæc Tu de Patre Fauentino æternæ memoriæ Viro vera-
citer scribis.

Ex eodem Collegio Romano tanquam ex Aequo Troiano
plures alij fortissimi Scotistæ prodiere quorum scripta in
elucidanda Scotica Doctrina, aduersarijs confutandis,
con-

contrarijs opinionibus conuellendis, fœlicissimè insudãt.
Legantur Opera Fauẽtini paulò antè memorati, quorum Tu in Vita ipsius, hoc contexis elogium " Fauentinus per
" libros suę mentis foetus generosos in Hispania, Gallia, Ger-
" mania, Italia legitur, & omnibus locis, omnibus tempori-
" bus, Christianum per Orbem legetur. Etenim Operum
" multitudine, claritate dicendi, varietate rerum, omnes
" Antecessores suos in Cathedra Patauina facilè superauit.
" Nemo Conuentualium à pretensa Vnione, verè à diuisione
" Ordinis in Conuentuales, & Obseruantes nuncupatos, tot
" tantaque scripsit Volumina. "

Legatur Summa Theologiæ Scoti Adm. R. P. Mag. Angeli à Montepilloso, quondã Baccalaurei Collegij Serafici; Opus à nemine adhæcusque tempora, sicuti planè immensum, ita tentatum; & quam doctrinam in Collegio audiuit, eam subtilissime, æque ac robustissime propagatam percipiet.

Legantur Opera Adm. RR. PP. Magistrorum Mauritij Centini, Francisci Antonij Blundi, Bonauenturæ Nolani, Gaspari Panormitani, Modesti Ferrariensis; Vno verbo Eorũ omnium, qui prædicto Collegio adscripti fuere Baccalaurei, & perspicies, quam verè à Te declamatum. quotquot
" Seraphicus Ordo post Scotum genuit, non Doctores, sed
" Scoti discipulos genuit. "

Nunc lineas, à circumferentia Veritatum pręmissarũ ad punctum nostræ intentionis protrahamus. En primo quam iniustè quereris; eo quod Nos Seraphici Doctoris doctrinã non sequamur, quin potius cum Scoticæ Subtilitati aduersatur, si concordare non possumus eam, qua religiosa modestia decet, ommittimus. Causa est, quoniam Scotum

communem Præceptorem ordinis defendere tenemur, & eius Vestigia sequi, vinculo obedientiæ obstricti, iuxta sanctiones nostrorum studiorum.

Sic Nobis precepit Reuerendissimus Pater Generalis de Bagnacaballo in suis Decretis pro reformatione studiorum editis anno 1620 pag. 102 n.7. illis verbis. (In omnibus Gymnasijs prælegatur, defendaturque Doctor noster subtilis Scotus (quem pag. 89. & ij. in Epist. liminari) Principem Academiæ nostræ Seraphicæ prætitulauerat.) Item pag. 127. n. 4 præcipitur. (tres anni in studio Logicæ, & Philosophiæ, totidemque in Gymnasijs secundæ Classis Metaphisicę, & sacrę Theologiæ cōpendiosis lectionibus, in Via tamen Scoti, auscultandæ ponantur. Rursus pag. 131. n. 12. replicatur (in Gymnasijs generalibus in quibus ad Methodum præscriptam, Theologia in Via Scoti exactè docebitur.

Et tamen Reuerendissimus ille Pater Generalis, fuerat Baccalaureus Conuentus Collegij seraphici Romani; quæ sanctissima Decreta, postmodùm à constitutionibus Vrbanis in cap. 5. Regulæ tit. 4. n. 11. 12. 13 14. confirmata fuere, (quando Logicam, Physicam, cæterasq; philosophiæ partes iuxta Scoti sententiam legi iubeant in studijs 2. & 3. Classis. in Gymnasijs verò primæ Classis, non nisi libros sententiarum Scoti interpretari.

En secundo quàm iniquè Nos traducas ex eo, quod Collegiales Romani fuerimus, sancti Bonauenturæ Doctrinam, nō propagemus, non doceamus; cum " à morte Scoti, omnes, Te assertore, Doctores fuerint Scoti discipuli, atque ab eo tempore, fons inuētionis in Franciscana exarmit progenie.

Sum-

Summum, ac primarium Religionis Doctorem, meritò ergo sequimur, " è cuius Cathedra, ad illam Petri, maxima Ordinis nostri luminaria fœliciter ascenderunt. illius diui-
" ni ingenij scrutamur arcana, ad quæ percipienda (Te re-
" ferente in Vita scoti ad finem) non omnes sunt apti .
" seraphicus Doctor pro his erit, Te Iudice loc. cit. quibus nō
" est intellectus ad acumina Scoti Acumina sanè fecundis-
" sima, quibus Philosophia, ac Theologia magnum sumpsit
" incrementum.

Verum enimuerò, si stomachum haberes legendi nostra scripta, ea que fixis, & non (volantibus oculis) videres cū honore citatum Seraficum Doctorem; ab eo responsiones acceptas, quinimò cum in aliquo dubio graui, principia, & fundamenta, siue explicita, siue implicita nobis desint in Via Scoti, certamque resolutionem ex Scoto non habeamus, eam à sancto Doctore depromimus; sic factum est in disp: 10. phys. q 2. a 2. n. 34. an sit possibilis suprema Creatura in perfectione essentiali, & alijs in locis; ita iubente Reuerendiss. P. Generali à Bagnacaballo loc. supra cit pag. 105. n. 12.

Tandem, sit dictum ad æternam confusionem tuam, in paucissimis pagellis Tomi nostri de Cœlo, quatuor vicibus videbis citatum seraphicum Doctorem. Primo disp. p. q. 5. a. p. n. 51. vbi adducitur responsio, & explicatio sancti Bonauenturæ. Secundo q 5. eiusd. disp: a 2. n. 55. vbi respondemus ex D. Doctore. Tertio eadem disput: q. 5. a. 2. n 53. Quarto disp: 2. q. 1. a. 2 n. 51. quo loco defenditur opinio Diui Bonauenturæ.

Cum Tamen Tù, qui Apol. in Matenens. n. 64 pag. 73. ampullosè

pullosè reiectas seraphicæ Doctrinæ cultorem illis verbis.
„ scotista non sum. seraphici Collegij Romani D.Bonauē-
„ turæ Baccalaureus fui; ex eo Collegio Doctor prodij. Ve-
„ netijs Regens, D. Bonauenturam declaraui. Prouinciæ
„ D.Bonauenturæ Minister sum, & doctrinæ D.Bonauen-
„ turæ professor: proque B. Bonauentura, etiam contra Sco-
„ tum, publicè in Comitijs Generalibus Min: Conu: anno
„ 1617. Romæ coactis, Conclusiones vt cunque defendi. "
Ille Tu inquam in mari magno tuarum Vestigationum Pe-
ripateticarum hoc est illarum decem quæstionum (cum
Scotum cites septuagies septies, atque integras pagellas ab
eo decerpas) vix septies nomines sanctum Doctorem, id-
que tam ieiunè, vt nihil vltra. Primò in Vestig: p. cap. 13.
n 38. secundo in Vestig: 2: cap. 2. n. 6. Tertio in eadem
Vestig. cap. 7. n. 22. Quarto in eadem Vestigat. cap. p.
n. p. Quinto in Vestig: 6 lib 2. cap. 10. n 224. sexto in
Vestig. 9 cap. 7. n. 35. septimo in Vestig 4. cap. 3. n. 6.
sed quid dixi ieiunè citas sanctum Bonauenturam! immo
Doctrinam eius frequenter conuellis, vituperas.

Primo dum pag. 249. sanctum Doctorē, cum omnibus Theologis scholasticis in 2. d p. q. 2. nomen Creationis ex sacra scriptura, non tantum assecutum, quinimò, Deū Theologum esse negantem criminaris.

Secundo Vestig. p. cap. 10. contra sanctum Doctorem 2. d. p. q. p. de pr. art. in fine corporis, quærentem, (an Arist. posuerit productionem ex nihilo) & respondentem. (hoc ego nescio, credo tamē, quod non peruenit ad hoc) affirmas Tu, Arist. agnouisse creationem ex nihilo.

Tertio dum pag. 347. contendis nobiscum, opinionem transmigationis

ſmigationis animarum non eſſe Platonis; quam tamē ſan-
ctus Doctor 2. d 18 q 2. de 2. art. vult eſſe Platonis.

Quarto dum pag. 72. ſcribis in margine " quidam Anaxa-
" goræ tribuunt latitationem formarum, ſed in textu Ariſt:
" non apparet, " quod eſt carpere D. Bonauenturam 2. d.
p. q. p n. 7. qui dicit fuerunt etiam alij, qui dixerunt mun-
dum factum eſſe ex principijs præxiſtentibus, ſcilicet ex
materia & forma, ſed formæ latebant in materia, & hoc
ponit Anaxagoras.)

Quinto Veſtig. 6. lib. 2. cap. 14. amplecteris errorem circula-
tionis animarum, compulſus ab argumento ex æternitate
motus deducto contra id, quod docet D. Bonauentura 2.
d. p. q. 2. in fine n 14.

Sexto Veſtg 6. lib. 2. cap. 11. nu 136. & Veſtig. p. cap. 17.
n. 52. Mordicus defendis Ariſt: (populariter,) & non
(philoſophicè) locutum fuiſſe de æternitate Mundi,
contra id, quod docet S. Doctor 2. d. p. n. 2

Septimo Veſtig. 6. lib. 2. cap. 14. n 145 ſcribis. " nouiſſi-
" mè hanc opinionem (circulationem animarum) per
" me excogitatam, comperi fuiſſe à Beſſarione, & Contare-
" no, & Lagalla, & Camutio Inclytis Viris indicatam, ob
" quorum authoritatem Virorum vehementer exhilaratus
ſum " Id quod, multum detrahit aſſertioni D. Bonauen-
turæ, cum ab ipſo in 2. d p q. 2 in fine n. 14. ante Natiui-
tatem Beſſarionis, Contareni, Lagallæ Camutij, & Fer-
chij indicata fuiſſet, tanquam ab alijs excogitata, ab ipſo
tamen S. Doctore, veluti error deteſtata, quod forte in ca-
uſa fuit, quando Doctorem ſeraphicum citaſti pag. 472.
malitioſè tacueris, quem errorem, & abſurditatem eo loco
abho-

abhominatus fuerit.

Octauo pag 250. expendens illam authoritatem Ecclesiastici cap. p. (prior omnium creata est sapientia.) contendis intelligi de Verbo Dei; vndè pag. 251. resolutè dicis, „ si loquamur de rebus creatis; prima rerum creatarum est „ sapientia Dei primo genita " quæ explicatio tua, est directè contra sanctum Bonauenturam 2. d. 17. q. 3. de pr. ar. n. 31. exponentem, (ideò inter omnes Creaturas, prior omnium creata est sapientia; siue creatura Angelica, & dignitate, & origine, & post omnium producta est anima humana.

Nono dum pag. 379. scribis " Scotum Magistrum nostrum „ in 4. d. 45. q. 2. k. fallasse Textum Arist: 66. primi li- „ bri de Anima, cum legit (intellectus corrumpitur in „ nobis, quodam interiori corrupto. " quod est perlatus criminari sanctum Bonauenturam, textus eiusdem falsatorem, à quò (tanquam ab ærario suæ Doctrinæ) vt inquit Reuerendissimus Pater Generalis à Bagnacaballo in opusc: pro Refor: studiorum pag. 105. n. 12.) Scotus ita legere didicit in 2. d. 18. q. p. de pr. art. in corpore quæriti, referendo opinionem Comentatoris, & d. 19. q. p. de pr. art. in tertio argumento ab initio.

Hoc modo Ferchius in Collegium D. Bonauenturæ quondam cooptatus, ad illius doctrinam propagandam, gratitudinis ergo, & debiti, verius ad illam profligandam desudat.

At, quid stellas pergo dinumerare, cum loca, vbi doctrinam sancti Doctoris confutas, conuellis, vituperas, proferre intendo! I nunc Zelator propagandæ seraphicæ doctrinæ,

&

& nos criminare scotistas, tanquam ingratos, iniuriosos in sanctum Doctorem? trabem in occulo tuo non vidisti, qui fæstucam in nostris, curiosus nimis rimatus fuisti, vt Verissimum sit, quod Poeta cæcinit: ad delicta nostra Talpæ, ad aliena serpentes sumus.

O vtinam Tu Scoti publicus interpres Patauinus, è cuius munere tot ac talia publica pinguiaque stipendia Tibi proueniunt, Communem Ordinis Præceptorem, ita coleres, ac obseruares, quemadmodum Nos veneramur seraphicum Doctorem D. Bonauenturam.

Sed quid coleres dixi? dictum volui, non blasfemares saltē, atque ferali calamo in hoc tuo Volumine ingenti scommatum, subtilissimum Præceptorem non lacesseres, ipsum conniciando, tanquā Alexandreum pag. 285. & 387. Assertorem mortalitatis Animæ pag. 371. 372. & 423. Do-
„ ctrina inconstantem pag. 37. Falsatorem Arist. textuum
„ pag. 379. Non bonum Philosophum, neque bonum The-
„ ologum pag. 287. Doctorem mali exēpli pag. 288. De-
„ sertorē defensionis Veritatis Catholicæ pag. 287. Epicu-
„ reum pag. 358. Defensorem opinionis porcinæ, exitialis,
„ & absurdissimæ supra omnem absurditatem, sentinæ Vi-
„ tiorum, fundamentique Atheistarum pag 423. qui scripse-
„ rit contra fidem Catholicam pag. 287. discesserit à sacra
„ scriptura pag. 284. probauerit falsitates capitales, & pro-
„ batas reliquerit insolutas, in quibus salus cuiusque hominis
„ tum Ecclesiæ Christianæ conseruatio consistit pag. 291.
„ contra veritatem fidei Catholicæ probauerit hæresim, ar-
„ gumenta contra Veritatem Catholicam construxerit, con
„ structa reliquerit, & in finæ, quatuor bona verba protu-

„ lerit ad deliniendum Lectorem, cuius exemplum imitan-
„ tur Atheistæ pag. 288

Has, & alias sexcentas contumelias, sacrilego calamo, pesti-
„ lentissimo stilo eructas contra „ nitidissimum candorem innocentiæ (in oratione habita pro Scoto à Ferchio in Vniuersitate Patauina die 3. Nouemb. 1634.) lectissime probitatis Heroem, Regularis Vitæ normam, Christianę
„ Charitatis Speculum, Euangelicæ perfectionis culmen,
„ Diuinarum literarum sacrarum, Scholasticæ Theologiæ
„ propugnaculum, Academiæ subtilis Coripheum, Franci-
„ scanæ Religionis Doctorem supremum, Vniuersitatū Ca-
„ tholicarum Ornamentum, Christianę Ecclesiæ scutum in-
„ expugnabile, atque Humanæ sapientiæ, siue naturalis, siue
„ moralis, siue rationalis apicem Eminentissimum.

Ità ne Ferchi, è doctrina Seraphica, quam profiteri gloriaris, talia didicisti? è doctrina, in quam seraphica, affectum, deuotionem, suauitatem, humilitatem, amorem cælestem spirante? Siccine in summum Præceptorem Religionis, noctua in lumen Solis insurgis? cuius doctrina sacra, subtilis, profunda, Orbem partes per omnes resonare facit, & factura est? Memineris velim, quod seraphicus Doctor 2 d 6. q p. de p. a. n. 11. affectuosissima speculatione, Te monitum voluit. (Si Deus inquit non pepercit Nobilissimo Angelo superbienti, quid erit de vilissimo cinere, & abiectissimo, in altum se extollente?) Superbis resistit Deus, humilibns dat gratiam, diuina intonat voce Princeps Apost. Petrus Epist: p.

An non, & Tu (beneficium vsurpas Ecclesiasticum, si Officiū propter quod datum est non exerces?) Non ne Tu, pe-
cuniam

cuniam Serenissimæ Reipublicæ Venetæ in vsum tuũ consumis, panem deuoras inutiliter, quando tam ignominiosè proscindis famam, & doctrinam subtilissimi Præceptoris, ad quam interpretandam, dilucidandam, defendendã pro rostris, publico stipendio conductus, sub pœna fraudatoris adstringeris?

(Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.)

Plura mens congesta iubet: at quia, tuæ feracitati in vituperanda scotica doctrina, occurrendum alibi euocor; hæc ad immortalem gloriam subtilissimæ scholæ; ad expurgationem meam; ad æternam tuam confusionem, pro nunc, quã seriò, & veraciter dicta sufficiant.

Secunda Querela Ferchij.

Quod cum Peripateticis Christianis, & Theologis Scholasticis; Conceptum Creationis non assecuti simus.

SCripsimus in lib. de Gen: & Corrup: disp: 5. q. p. a. p. n. 15. sed cuiuscunque sit hæc doctrina, sanè falsissima est, & adhuc falsius illatum indè à Ferchio deductum (nam illatum à Contar: impugnabimus infra q. 6.) est enim contra communem Philosophorum assentientium formas materiales non fieri ex nihilo, quia fiunt ex præiacente subiecto; ac etiam Theologorum, qui dum deffiniunt (Creationem, esse factionem entis ex nihilo) communiter aiunt hy (ex) excludere habitudinem nedum partis, sed etiam subiecti præiacentis.

Ferchius; ex eo, quod diximus, secundum communem Theologorum (Creationem esse factionem Entis ex nihilo) mirabiliter offensus, queritur supra modum contra NOS, & scholasticos Theologos, quos omnes acriter carpit pag. 18. quoniam hoc sacrum vocabulum Creationis non per-
„ ceperint ex sacra Scriptura, quin potius in assequenda eius
„ intelligentia ab ipsa recesserint, vnde nobiscum excludunt
„ à numero Theologorum S. Augustinum, Sacræ Scripturæ
„ Authores Canonicos, tum Prophetas; tum historicos, ac
„ item tam Euangelistas, quam Apostolos; insuper, &
„ Deum ipsum Theologum esse negant; quoniam, quan-
„ do locutus est in sacris Scripturis, & in Filio suo incarnato,
„ non accepit vocabulum Creationis, sicuti NOS volumus,

&

„ & nostræ Classis Theologi; cum ex oraculo expresso Dei
„ (inquit ipse) (Creatio sit productio entis de aliquo prin-
„ cipio præsupposito, & interno ipsi rei productæ.] Factio vero
„ Entis ex nihilo,) ac proinde (Creatio) Theologicè ad
„ intra extendatur, vt verum sit, (primam rerum creata-
„ rum) esse sapientissimam Dei primogenitam, non tamen
„ (factarum,) cum non sit (facta, sed creata.) quam par-
„ ticulam, inquit, non negauerunt Sancti Patres de Filio
„ Dei, sed solum (factum) esse negauerunt. " quæ om-
nia, & singula, in fine lib. 2. pag. 242. instituta disputatio-
ne de Vocabulis (factione ex nihilo, & Creatione") col-
lectis omnibus authoritatibus. Vtriusque Testamenti,
ex Concordantijs Biblicis, conatur pro Viribus persua-
dere.

Tandem pag 254 n. 102. iam fessus in colligendo, ad Nos
côuersus, ita alloquitur. " Interrogo Vos offensores meos,
„ Vtrum ista locutio (Creare de aliquo præsupposito subie-
„ cto) sit in istis libris citatis, à Deo, an ab hominibus. Si à
„ Deo dixeritis, optimè respondebitis; nam Lucæ p. (locu-
„ tus est Deus per os sanctorû &c.) Hac igitur habita respon-
„ sione à Vobis, Vos humiliter obsecro, ne Deo loquenti resi-
„ statis, sed fateamini, quod dictio, (Creare) vel semper,
„ vel frequenter significat producere de aliquo præsupposito,
„ & inexistente in re producta. si igitur vocabula ex placito
„ primi Institumentis, vel ex Vsu primi vtentis accipiuntur.
„ iam Deo cedite, qui primus significationes omnibus lin-
„ guis imposuit tribusque linguis vsus est ad loquendum in
„ scripturis sanctis. Gognoscite quoque, quod ista vocabu-
„ la, Creare, Creatio, Creator, Creatura, ex legitima, propria

prime-

„ primæua, & natiua ſignificatione, ſignificant productionE
„ ex aliquo, & non ex nihilo. Si autem reſponderitis hunc
„ modum accipiendi prędicta Vocabula, non eſſe à Deo, ſed
„ ab homine. Rurſus dicam, ne tantum Vobis arrogetis, vt
„ in lingua hæbraica credatis Vos ipſos Sapientiores, atque
„ in proprietate vocabulorum hæbraicorum diſcernenda do-
„ ctiores, quam fuerint Moyſes hiſtoricus præcellens, Dauid
„ poeta celeberrimus, Iſaias, & Ieſus Syrach Doctores ſapien-
„ tiſſimi. Ne puteris Vos peritiores in Græco, quàm Ioannes,
„ vel Paulus Apoſtolus; aut in Latino, quam Marcus Euan-
„ geliſta.

„ Si quis verò tenax ſui placiti, ad propria voluntatem trahat
„ has Voces, atque dicat, & Deum Sacrarum Vocum, immò
„ & omnium Authorem, & ſanctos ſcripturæ Doctores, im-
„ propriè, & abuſiuè locutos: Se autem legitimè, & propriè
„ loqui; hunc ego dicam licenter nimium, & irreuerenter
„ loqui. Nam & ſi in ſacra ſcriptura ſint locutiones figura-
„ tę aliquando, propriæ tamen ſunt in hiſtoria, in præceptis,
„ in fidei dogmatibus tradendis; & ſcripturæ ſunt propriè ex-
„ ponendæ, ne aperiamus portas Hæreticis euertendi omnia
„ Sacramenta, & dogmata Chriſtiana. Metaphoræ quoq;
„ ſunt accipiendæ primo in proprio ſenſu; deinde ſunt ex-
„ plicandæ ratione ſimilitudinis, &c. Nunc autem in locis
„ citatis, hiſtoriæ & dogmata fidei traduntur, dum agitur de
„ Creatione: ergo propriè, non figuratè vocabula ſunt acci-
„ pienda; quamobrem, ex inſtitutione primæua Dei, & ex
„ Vſu ſacrorum ſcriptorum (Creatio eſt productio de aliquo
„ principio pręſuppoſito, & interno ipſi rei productę &c.)
„ Deniquè concludit. " Hæc mihi de Creatione, atque ani-
hilatione

" hilatione sint explicata, ex Doctrina Christi Domini, &
" Arist: vt ostenderem offensores meos, nec in Theologia
" Christi, nec in Philosophia Arist: intellexisse Creationis
" nomen. Vnde Scholastici suum significatum acceperint,
" quia nec Vicomercatus, nec Pererius dixere, neque ego
" dicere audeo. locutus sum cum Arist; & regente Deo locu-
" tio mea fuit conformis dictis Dei, qui factionem ex nihilo
" Nos docuit; Creationem ex nihilo, non expressit. "
Hæc Ferchius; qui, & plurima fusissimè prosequitur, vt inanissimam hanc, fantasticamque distinctionem suam, in Liceo Theologico persuadeat; (Creationem .s. vel Theologicè, vel Scholasticè accipi deberet pag. 34. quasi vero Theologi Scolastici in Theologia, Creationem (theologicè) non pertractauerint.

Secunda Expurgatio Mastrij.

HOC aliud est Ferchij, quam totum Peripatum perstrepere, ob peregrinam illam Enuntiationem (ex nihilo naturaliter aliquid fit) è Cathedra Patauina anno 1629. personatam. Aliud genus atrocius iniuriæ hoc est, quam seminaristas, & inchoatores formarum, sic opinantes denominare " Omnes Theologi scholastici,
" atq; Philosophi Christani recesserunt à Doctrina Christi,
" & ab Arist: in explicando Creationis conceptu, quinimo
" Deum ipsum, Theologum esse negant. " Papè! redolet ne temeritatem, audax nimis hoc tuum Assertum!
O'quam iustè Tibi modo quadrat inuectiua illa, quã in Nos,

Tu homo bombylius, extra propositũ, declamasti pag. 36
Quid dicent Patres Dominicani, respicientes D. Thomã Doctorem Angelicum in Doctrina Christi, & Arist: versatissimum, per Te ignominosè traduci, eo quod in p.p. q. 45. a. p. (Theologicè) rectam Creationis Diffinitionẽ non expresserit, atque ita, neque boni Theologi, neque boni Philosophi functum officio?

Quid Patres Carmelitani sentient, quando Ioannem Bacconum sui Ordinis sapientum Coripheum per Te audient non assecutum intelligentiam huius Vocabuli creationis! Quid P. P. Franciscani! quid Serafici! quid Scotistæ! quid Nominales! quid Patres Seruitæ! quid Inclytæ societatis Iesu Patres! quid, vno verbo, tota Scholasticorum Theologorum, ac Philosophorum Respublica! cum intelligent vnà cum Petro Lombardo Magistro Sentent: Alexãdrum Alensem Doctorem irrefragabilem, ac fontem Vitæ nuncupatum, Diuum Bonauenturam Doctorem seraphicum, Ioannem Dunsium Doctorem Subtilem, Guglielmũ Occã Florem Modernorum, ac Nominalium Principem, Henricum de Gandauo Doctorem Sollemnem, Franciscum Suáreziũ, Gabriellem Vasquezium, Philosophiæ, ac Theologiæ laude probatissimos & quotquot à primordijs exoriẽtis scholę scholasticæ, adhæc vsq; tempora eruditissimis elucubrationibus, Orbem literariũ rutilantẽ reddiderunt, ignorantiæ tenebris damnari, cum nec in Doctrina Christi, nec in Doctrina Arist: verbi Creationis, Iudice Ferchio, Theologicum, ac Aristotelicũ conceptum assecuti fuerint?

Huc Te impulit hostilis animi tui lubido, vt " verè insipiens fięres " sicuti Tumet, Tibi contigisse protestaris

pag.

pag. 244. atque vt Nos offenderes, Tuorum, ac nostrorum Doctissimorum Præceptorum inclytam doctrinam turpiter læderes.

Sed quoniam hæc tua iniustissima Querela (propter quam, & Tumet iustissimè scribis pag. 244. " Angebar etiam, " ac pudore suffusus videbam oportere me ostendere, quod " scholastici Theologi in isto sacro vocabulo Creationis cō- " muniter discedunt à sacra scriptura, " spectat ad publicā causam, hoc est ad communem doctrinam totius Scholasticæ scholæ Theologicæ, ac Philosophicæ sartam tectam tuendam; Propositiones Tuas eam concernentes hic obiter discutiam, cum fusius eas oppugnare, & expugnare pro virili conatus fuerim in 2. Tom: Metaph: disp: 12. q.4. a. pr. Sit itaque.

Prima propositio. "Christiani Peripatetici, non cum Arist: " creationem, aut anichilationem ponunt, aut negant: sed " ex proprio genio, ac ingenio Arist: suas opiniones affin- " gunt. " Hæc Ferchius pag. 259. linea 5. Quam falsa sit hæc tua prima propositio, in testem falsitatis eius produco Teipsum, qui Vestig: p. cap. 10. n. 27. ita scribis. " Cō- " clamabunt in me Peripateticorum plurimi, criminantes, " quod Aristot: quam ignorauit, ascribam Creationem ex " nihilo. Respondeo, me ægre ferre, quod Arist. sapientissi- " mum Virum, ignarum dictitent. Nam, quod Philosophus " agnouerit Creationem ex nihilo, indubitatum est. Sanè in " libro de Xenophane, refert de sententia Empedoclis, Crea- " tionem ex nihilo esse impossibilem. Verba text: hæc sunt. " (quemadmodum etiam Empedocles inquit; Nam cum " omnia etiam ille eadem concesserit, & quidquam esse

impossibile ex non ente creari) & è contra, paulò antè
„ retulerat Hesiodi placitum asserentis Creationem ex nihi-
„ lo. (Iam vero Hesiodus, primum ante omne aliud, inquit,
„ Chaos extitit inde patenti. Pectore cunctorum sedes fir-
„ missima tellus. Atque amor, is cunctis specie immortalibus
„ anteit. Ex quibus alia, ait, genita fuisse, ipsa autem ex ni-
„ hilo.) Hæc Arist: qui cum vel aduersarijs testibus, neget,
„ aut affirmet aliquid fieri ex nihilo. si Arist; id quod nega-
„ ret, vel affirmaret, non ignorabat, non est dicendum (Crea-
„ tionem ex nihilo,) ignorasse.
„ Preterea cum in 3. Metaph: t. p. scripserit. (illum se ha-
„ bere melius ad iudicandum, qui tanquam aduersarios om-
„ nes, vtrimque rationes oppositas audiat.) atque ipsemet
„ audiuerit negatiuam Empedoclis, audiuerit affirmatiuam
„ Hesiodi, iudiciumque tulerit pro Hesiodo, Eumque supra
„ Vulgus inter sapientes extulerit, propterea quod, prima ex
„ nihilo fieri censuerit, reliqua ex primis generari asseruerit;
„ consequitur, Philosophum auditis partibus optime cogno-
„ uisse illam factionem ex nihilo, & optimè iudicasse, cum
„ reprobauit illam propositionē ex nihilo nihil fit. " Hucusq;
„ Tu Ferchi; quod ratum pariter habes lib. 2. de Cœli ortu
„ ad mentem Anaxagoræ cap. 9. pag: 204.

Nunc sic pacatè discurramus. Si ergo per Te, Arist. iudicauit cum Hesiodo contra Empedoclem (quicquam posse ex non Ente creari. qua fronte audes Tu affirmare Philosophos Christianos, non cum Aristotele, sed ex proprio ingenio, ac genio, Aristoteli affingere Creationē esse factionē entis ex non ente?

Non ne Tu ille idē es, qui paulo antè, hoc est, in fine cap. 9. n. 26.

n. 26. productâ ex Ioanne Pico Mirandulano authoritate Theophrasti Auditoris Arist: ac Successoris in Liceo quæ in lib. de Saporibus sic scripta legitur. (Deum ex nihilo nullaque præiacente materia cuncta creasse:) Subdis "
" quare si ex præstantissimo Discipulorum, de Arist: mente
" est coniectura sumenda; coniector Aristotelē agnouisse ex
" nihilo aliquid fieri. "

Quomodo ergo in hoc Tuo Libello Famoso palinodiam cātas, vt scribere non erubescas, Peripateticos Christianos de mente, ac doctrina Arist: Creationē entis ex nihilo, non rectè percepisse.

Non ne Tu ille idem es, qui ad finem nu. 26. proximè citati scripsisti " profectò si duo asserta essent in schola Arist:
" probata. Creatio posset esse demonstrata. Asserta hæc
" sunt: (Vnum tantum est Ens in effectum. Et omnia Entia
" secunda sunt effecta " & paulò infra scribis " Porrò as-
" serta illa omnibus Thomistis, & Scotistis, omnibus Auicen-
" næ, & Simplicij assectis, pluribusque alijs, probata fore
" non dubito; " hæc Tu: ergo subinfero ego. omnibus istis à Te recensitis, Creatio in Schola, & Doctrina Arist: est demonstrata. Illa autem duo Asserta, Tu luculentissimè probas cap. 11. 12. 13. 14. atque seq: alijs, respondes argumentis Pererij, Vicomercati, Ragusei Picolominei, probantibus [Creationē Factionem Entis de nihilo] non posse subsistere cum principijs Arist: Ergo infero Ego, etiā Tibi in doctrina Arist: quod Creatio (sit factio Entis ex nihilo] est demonstrata; quemadmum veritate conuictus fateris cap. 17. n. 52. illis verbis. Auicenna, & Scotus, Creationem æternam sustinent. Ego temporariam quoq; pro-

babiliter sustineo, quam Suessanus tandem conuictus asseruit. "

„ Suessanus autem Te referente cap. 9. n. 25. " in lib. 2. de
„ gen. animaliũ cap.3. accerrimus quodã impugnator factio-
„ nis de nihilo, tandem manus dare cocatus, concessit Arist.
„ ex professo de Creatione non tractauisse, sed obiter Creationem Animæ intellectiuæ, seu quod idem est, intellectus humani concessisse. " quale ergo delirium tibi in mentem venit in hoc tuo Libello, vt proferres hanc mirabilem fantasiam. " Peripateticos Christianos ex proprio genio,
„ & ingenio, & non ex Aristotele tradidisse quidditatiuum
„ conceptũ Creationis, quinimo illum Aristotelicæ doctrinę
„ affinxisse? "

At dices " quoniam Arist: in 4. de hist: animal. cap. 3. scri-
„ bit (neque enim aliquid eiusmodi est, quod animal creet,
„ nisi prius generarit ouum,) & in 2. de part: animalium
„ cap. 1. habet, (at vero cor, quia Venarum principium
„ est, & vim creandi primam obtinet.) Item in 2. de gen:
„ animalium cap. 4. inquit (fœmina semper materiã præ-
„ bet, mas vim creandi) rursus in 4. de gen: animaliũ cap.
„ p. dicit (quod cum ab eo separetur à quo conditur, siue
„ creatur. "

Poteras addere loca 7. moralium ad Nicom: cap. 7. vbi legitur (deliciæ enim, mollitia quædam est, qui scilicet pallium trahit, ne seipsum tollat dolorem sibi laborando creet.) & lib de gen: animalium cap 18. (at qui sine ea simile esse nihil poterit: si quid eam postea creat, id causa similitudinis fuerit, non secessio ex toto.) quibus in locis Aristot: per verbum (Creationis,) intelligit factionem

entis

entis ex præsupposito subiecto. " (quapropter Creatio
„ semper præsupponit subiectum, vel partem subiecti) pag.
„ 218. n. 67.
„ Ferchij, senectute, & ægretudine præpeditis & quod maxi-
„ mum est officio legendi sacra dogmata, quæ sunt abyssus
„ impermeabilis, reuincti à multis annis, honestos labores in
„ afferendis his quatuor locis, agnoscere sufficiat Aequus Le-
„ ctor, herbam in hac pugna, ei porrigere, non placet.
Etenim recordor, Ferchi, Te scripsisse Vestig: p. cap. 11. n. 30.
„ multas veritates, nec attigit quidem Arist: multas quoque
„ omnium consensu scripsit, quæ ad Nos non peruenerunt :
„ Nihil igitur nisi dicta dicere, est Nos veritate, ac iudicio
„ priuare. Verumtamen cum indicauerim loca, in quibus
„ Arist: indicauit aliquid ex nihilo fieri; satis quoque osten-
„ di, ab Arist: concedi efficiens, non per motum, non ex ali-
„ qua parte præexistente " Hæc Tu rectissimè.
Quænam autem sint ea loca, quæ indicasti cap. 10. vestig: p. certè, etiam Te Iudice, non sunt quatuor hæc, per Te allata ex libris animalium.
Ergo producatur authoritas illius libri, qui anno 1629. in Vniuersitate Patauina, vt primum è Cathedra publicè enũtiatus fuit " magnam commouit Peripateticorum mul-
„ titudinem, vnde variæ responsiones, & fugæ inueniebantur
„ tur ad authoritates per Ferchium obseruatas in Arist: qui
„ plures coegit negare libros esse Arist: multos impulit ad af-
„ firmandum textus à Ferchio non penetratos; alios noluisse
„ recedere à Sententia Auerois, & communi, nam tempore
„ procedente inueniri posse responsa ad textus per Ferchium
„ allatos; qua de re, opus fuit recurrere ad Peritiores, scribere

ad

ad absentes " Producatur inquam, peregrina, atque inuicta illa authoritas ex lib. de Xenophane quæ indicata per Te in cap. 11. fuerat accuratissimè ponderata in cap. 10. Verba textus hæc sunt. (quemadmodum etiam Empedocles, inquit, nam cum omnia etiam ille eadem concesserit, & quidquam esse impossibile, ex non ente creari, &c.) quid ad hanc patentissimam authoritatem, qua Verbum (Creare) esse factionem ex nihilo, ex scribitur ab Arist: respondes?

Respondeo, inquis in fine lib. 2. tui Libelli pag. 259. " solum in lib. contra Xenophanem inuenio ipsum (Creari „ ex nihilo,) ab interprete tribui Empedocli, quem Aristot: „ affirmationē ex nihilo coniungit cum Xenophane, appro„ bante illud assertum ex nihilo nihil fit. Vnde Arist. repro„ bat vtrumque. "

Quid " reprobat, dicis, Aristot: vtrumque " est ne hæc solutio conformis ijs, quæ scripsisti cap. 10. iam præcitato " „ Iudicauit Vtrumque, asseris eo loco atque Sententiam tu„ lit Arist: pro Hesiodo. " ex quo, Tu in hæc formalia verba resoluis. " Non est dicendum Arist: Creationem ex „ nihilo ignorasse. Partes audiuit Philosophus Empedoclis, „ & Hesiodi; huius asserentis Creationem esse factionem ex „ nihilo; illius negantis. Iudicauit pro Hesiodo, eumque su„ pra Vulgus, propter hoc, quod prima ex nihilo fieri censue„ rit, inter Sabientes extulit. "

Optime ergo consensit Arist: in cōceptum vocabuli Creationis expresè, quod sit factio entis ex nihilo; & proindè Christiani Peripatetici, non ex proprio genio, ac ingenio, Creationem affinxerunt Aristot: sed ex doctrina eius expressa,

perce-

percepto hoc Verbo, docuerunt esse factionem Entis de nihilo.

Verùm, quando etiam præallegata authoritas istius libri de Exenophane per Te in Scenam Philosophicam, vt gloriaris Vestig. p. cap. p. nouiter producti à quoppiam obseruata non fuisset. Numquid Te Iudice, authoritas Theofrasti in lib. de Saporibus scribentis (Deum ex nihilo, nullaq; præiacente materia, cuncta creasse.)

Sufficientissima coniectura fuisset, Philosophis Christianis, quomodo Creationis nomen exprimendum foret ex Arist: doctrina? Certè si ex præstantissimo Discipulorum, de Arist: mente est coniectura sumenda, inquis vestig: p. cap. p. citat: coniector Arist: agnouisse ex nihilo aliquid fieri. "

„ Rectè autem coniectaris, dum per Vocabulum Creationis expressum à Theofrasto asseritur (Deum ex nihilo, nullaque præiacente materia cuncta creasse.

De Aristotelica mente circa Creationem, videatur doctissimus Suarez Tom: p. Metph: disp. 20. Sect: p. n. 25. & Hieronymus Fasol: 3. in p. par: q. 45. a. 2. dub. 4. à n. 31. vsque ad 37 inclusiuè.

Interim, hoc certissimum est, (referente Iustino Martyre in admonitorio contra Gentes) Platonem Arist: Præceptorem distinxisse inter Creatorem, & opificem, quod Creator ex nihilo producit rem; Opifex vero, qui ex subiecta materia operatur. Vnde non mirum, si hanc doctrinam, quam à Præceptore audiuerat, in Hesiodo laudauit (laudamus enim quæ probamus.)

Maneat igitur confutata euidentissimè falsitas huius Tuæ propositionis, atque ratum sit in Liceo Philosophico, Arist:

ver-

„ verbum (creationis) non ignorasse, & per id factionem Entis ex nihilo dari, consensisse; sicque ex Arist: doctrina expressa, Creationem sic deffinitam à Peripateticis Christianis, & non ex proprio ingenio, ac genio Aristoteli affixam; & hoc ad hominem sit dictum, nam, & ad rem ipsam, qui plura desiderat, adeat Disp: 12.q.4. a. p. Tomi secundi meæ Metaphisicæ. atque hæc pro communi Peripateticorum honore discussa sint. Nunc etiam prò Theologis certandum.

Secunda Propositio. " Diuus Augustinus, vt acuratissimus sacrorum scrutator, & supremus sacrorum Theologorum Doctor, ex professo quæsiuit significata istarum duarum Vocum (facere,) & (creare) ex sacra scriptura noui, & veteris Testamenti Tom. 7. in lib. p. contra aduers: legis, & Prophetarum, atque in dicto libro cap. 23. Duo significata ponit istorum Verborum. primo vt (Crare,) & (facere) promiscuè accipiantur, atque idem significent. secunda significatio est determinata, vt (facere) sit ex eo quod omnino non erat, (Creare) vero sit ex eo, quod erat, & in aliam faciem mutetur; quò circa iuxtà sacros Theologos (Creare) est de aliquo præsupposito, & ipsi quod producitur interno aliquid producere ad mẽtem August: qui tom: p. lib. 12. confess:) vbi toto libro disputat de Origine Cœli, & Terræ, ac Vniuersorum) frequenter adhibet illam locutionem (facere de nihilo) hanc autem locutionem (Creare de nihilo, (vmquam habet toto illo libro, quamuis vtatur Verbo (Creationis.

Ad ostendendam palpabiliter imbeciclitatem huius Tuæ speculationis; relicta suo loco doctrina subtilissimi Præceptoris

ris in 3. d. 11. q p. A. vbi egregiè docet, Craturam dici, vel (generaliter,) vel (Specialiter. Cerari ſpecialiter,) eſt fieri: ſed duos reſpectus infert, primum vt ſit fieri à ſolo primo efficiente. ſecundum, vt ſit rei factæ in eſſe immediatè poſt omnino non eſſe. (generaliter) quod eſt factum à prima Cauſa ſola, vel à ſecunda cum prima, dicitur (Creatura.) licet dicatur (Creatura) præcisè in reſpectu de cauſam primam: quemadmodũ, & Tu doces in Epitm: 3. d. 11. q.p. Not. 2. Ex qua doctrina applicata fulcrũ Tuæ ſpeculationis in D. Auguſtini rueret, ne mihi obijcias petere principium, dum contra, non Interpretem, ſed Scoti aduerſarium adduco ipſius textum, quem tamen Tu contra nos adducere non vereris pag 267. n 8.

Relicta itidem ſuo loco Doctrina D. Bonauenturæ 2. d. 12. q 2. n. 14. vbi reſpondendo ad illud Eccleſiaſtici cap. 18. (qui viuit in æternum creauit omnia ſimul) inquis. Dicendum, quod (Scriptura) facit Vin inter (Creare, & facere,) Nam [Creationem] vocat productionem ex nihilo. [Factionem] verò, ipſam diſtinctionem; & hoc benè ſignificatur Gen: 2. vbi dicitur, quod (ceſſauit ab omni opere, quod fecerat) omnes igitur Sancti in hoc concordant, quod omnia ſunt ſimul producta in materia, & ideo concedunt omnia eſſe ſimul creata; ſed tamen non ſimul facta. Hæc D. Bonauentura; cuius Doctrinam, cum Tu hoc loco repudies, non adduco ex profeſſo, ne mihi iterum opponas, me petere principium, vt frequenter aſſeris me ſolere. Adduxi in eum finem, vt omnes legentes videant, quam benè Patauinus Scoticus Interpres, & Seraphicę Doctrinæ cultor, Scotum, & D. Bonauenturam tractet.

Obseruo igitur; quæ Tu scripsisti Vestig: p. cap. 18: in responsione ad tertium Piccolom: Dum enim Piccol: (tertio arguit, quia Creatio ex Sententia Arist: euertit conditiones effectionis rerum, & propterea euertit seipsam, quæ effectio dicitur.) Inquis " Respondeo ex Piccolominei, non „ ex Arist sententia, per factionem ex nihilo, euerti effectio- „ nem. " quo loco consentis (Creationem,) quam Piccolom: vrgebat [esse factionem ex nihilo,] & paulò infra, distinguis de duplici factione " alia est, scilicet factio „ ex nihilo; alia ex aliquo præsupposito subiecto. " Ergo per Te [Creatio] dupliciter se habebit. Vel enim aliquando, propriè vsurpabitur pro factione ex nihilo immediatè; vel pro factione ex aliquo præsupposito subiecto immediatè, & de nihilo mediatè.

Quam doctrinam esse de fide, sustinet cum D. Thoma, doctissimus Banez. p. p q. 45. a. 2. & Greg: de Val: Tom. p. disp. 3. q. 2. punct. p. & 2 qui & asserit, hæresim fuisse Vviclephi dicentis [Creationem non esse productionem ex nihilo simpliciter] ex Toma Vvaldensi tom. p. cap. 17. & est cōmunis doctrina apud omnes Scholasticos Theologos, qui cum Mag: Sent: 2. d. p. optimè norunt, [Creare] esse de nihilo aliquid immediatè, vel mediatè facere [Facere] verò non modo de nihilo operari, sed etiam de materia.

Hoc obseruato, conuertor me ad tuam propositionem, & quā insulsè perceperis D. Augustinum eo loco à Te citato, facillimè ostendo. Itaq; vt probes contra Theologos Scholasticos, Creationem [Theologicè] non esse factionē Entis ex nihilo in sententia D. Augustini, adducis authoritatem eius ex lib. contra aduers: legis, & Prophetarū cap. 23.

quo

quò loco, tantum abest, vt D. August: loquatur de Creatione, prout est rei secundũ esse effectio; vt D. Thomas Doctor Angelicus, Sacrorum Theologorum summus, atque in D. Augustini Doctrina versatissimus, in p. p q 45. a. p. hanc ipsissimam authoritatem afferens. [Ad primum respondet, [quod D. Augustinus eo loco æquiuocè vtitur nomine Creationis, secundum quod, Creari dicuntur ea, quæ in melius reformantur; vt cum dicitur aliquis creari in Episcopum, sic autem hic non loquimur de Creatione) inquit S. Thomas;] Cuius doctissimo iudicio, & Ego subscribo; Vndè prouerbio dedisti locum. [de alijs loquor de Cæpis respondes.

Atque insuper falsa deprehenditur illatio tua, cum dicis, "
„ quocirca iuxta Sacros Theologos, [creare] est de ali-
„ quo præsupposito, & ipsi quod producitur interno aliquid
„ producere ad mentem Augustini. " legatur Valent: citat: & videbitur, quàm inepta intelligentia tua fuerit ad illam authoritatem Augustini.

De Creatione tali modo sumpta, vti eam accepit ibi D. Aug. legatur Arist: 2. lib Reth: cap. 27.

At dices Euolui totum lib. 12. confess: vbi ex professo dispu-
„ tatur de Origine Cœli, & Terræ, ac omnium Elementa-
„ torum & cum frequenter D. August: adhibeat illam locu-
„ tionem [facere de nihilo] nunquam in toto libro ha-
„ bet hanc [creari] de nihilo; quæ res sanè admiranda
„ est, nec sine iustissima causa facta ab Augustino Sapiente
„ accuratissimo. Signum euidentissimum, quod ad mentem
„ D. August: creare [Theologicè] est ex præsupposito princi-
„ pio intrinseco inexistente; facere autem ex nihilo. "

Respondeo, me pariter singulare quid in illo libro obseruasse, absque tamen admiratione; nimirum, cum frequentissimè D. August: adducat principium Geneseos, nunqnam talem locutionem secundum Vulgatam profert [in principio creauit Deus Cœlum, & Terram.] sed semper vtitur hac phrasi [in principio fecit Deus Cœlum, & Terram.] Vnde etiam in lib. 7. de Ciuit: cap. 11. sic Genescos lib. incipere dicit [in priocipio fecit Deus Cœlum, & Terram; Terra autem erat inuisibilis, & incomposita, & tenebræ erant super abyssum] quàuis lib 12 de Ciuit: Dei cap 15. dicat [in principio creauit Deus Cælum, & Terram] quã superam translationem aduertit D. Bonauentura in 2 d. 12 q. 3. Quid ergo mirum Ferchi, si D. Augustinus consequenter loquitur toto illo lib. 12 confess: quando secundũ eius translationem legit [in principio fecit Deus Cœlum, & Terram.] Non infertur per hoc quod verbum [creare] ex Augustino non præseferat productionem ex nihilo, sed solum id importet vocabulum [facere;] cum August: in eodem lib. 12. cap 8. scribat Tu enim [Domine fecisti Mundum de materia informi, quam fecisti de nulla re] ex quibus verbis, euidétissimè conuincitur [factionem] etiam secundum Augustinum, tam importare productionem alicuius ex præsupposito subiecto, quàm alicuius ex nihilo.

Res tamen consideratione digna est, quod in illo Libro, ea, quæ ex nihilo [facta] dicit Augustinus, frequenter appellat [Creatas res Creaturas] ipsumque de nihilo [facienté,] nuncupat [Creatorem] cap. 9. 15. 17. & 20. Signũ clarissimum, adhibere voluisse locutioné diffinitionis in hoc

libro

libro 12. Confessionum pro locutione rei diffinitæ, scilicet Creationis.

Sed dato etiam, quod toto libro 12. Confess: vbi expresse disputat de origine Cœli, & Terræ D. August: non adhibuisset hanc phrasim [Creare de nihilo,] quod Tibi mirãdum, quid visum est. Nunquid in eo solo libro ex tot eruditissimis tanti Doctoris, disputatur de origine Cœli, & Terræ? clauditur ne Augustiniana Theologia, acutissima, profundissima solo confess: opusculo? lege, ac relege Vndecimum, ac duodecimum lib. de Ciuit: Dei, vbi fusissimè audies D. Augustinum disputantẽ contra Philosophos Platonicos de Origine Mundi, atque ab ipso distinctissimè adhibitam vocem [creare ex nihilo]

Produco textum, is est lib. 12. de Ciuitate Dei cap. p. [Non est [inquit Augustinus [Creaturæ rationalis, vel intellectualis bonum, quo beata sit, nisi Deus. Itaque, quamuis, non omnis beata possit esse Creatura, neque enim hoc munus adipiscuntur, aut capiunt feræ, ligna, saxa, & si quid huiusmodi est, ea tamẽ, quæ potest, non ex se ipsa potest, quia ex nihilo Creata est, sed ex illo, à quo creata) Hęc Augustinus.

Verum ne mihi obijcias vulgatum illud prouerbium [Vnus flos non facit Ver,] quando tamen Tumet Vnum Solum locum, eumque malè intellectum ex Augustino deprompseris Quinque Textus ex eodem D Augustino profero, in quibus expresè vox [Creare de nihilo] adhibetur, adeo vt in ore duorum, vel trium testium, & vltra, stet omne verbum.

Primus textus, is est in lib. de fide ad Petrũ p p. cap. 3. Tom. 3.

Prin-

[Principaliter tene] inquit Scholasticorum Princeps, [omnem naturam, quæ non est Trinitas Deus, ab ipsa Sancta Trinitate, quæ Solus verus, & Aeternus est Deus, Creatam ex nihilo.

Alter Text: est in primo libro Dialogi ad Orosium Tom: 3. [de corpore & animæ substantia] scribit Augustinus [factus est homo Corpus de limo Terrę formatum est; Anima vero ex nihilo, Deo inspirante, creata est.]

Tertius Tex: est in lib. p. de libero arbitrio Tom. p. [quempiam optimè de Deo existimare, qui censet eum Rectorem esse iustissimum omnium eorũ, quæ creauit, nec vlla adiutum esse natura in creando, quasi qui non sibi sufficeret; ex quo fit, vt de nihilo creauit omnia, de se autem non creauit, sed genuit, quod sibi par esset, quod Filium Dei Vnicum esse credimus. hæc August:]

Quartus textus est in libro de speculo cap. 16. tom. 9. Vbi scribit. [Te quippe Vnigenitum Verbum Pater genuit de seipso, per quod omnia creauit ex nihilo.]

Quintus textus habetur super Psalm: 121. tom. 8. vbi clementiam Domini exorans, inquit [Omnipotens Deus, qui cuncta ex nihilo creasti, quique nos Vnigeniti tui Sanguine pretioso redemisti &c.] Hæc Augustinus, quę sufficiant in præsenti, ne ipsum totum compillare videar. Ista loca, Ferchi, adducenda erant, & non locus ille lib. contra legis aduersarium cap. 23. à Te relatus, vbi de creatione, provt est productio esse rei, minus fit sermo; atque percepisses, in Vocabulo creationis D. Augustinum cum Aristotele concordasse.

At vrges, sed quid ad Sacram Scripturam Respondetur, Vbi

Deus

Deus per os Sanctorum locutus est, & in qua nunquam expresse ista locutio (Creare ex nihilo) habetur; cum tamẽ habeatur expresse (factio ex nihilo;) & nihilominus, ex Moyse, Dauide Ecclesiastico, Isaia, & Sacris Scriptoribus, Græcis, atque Latinis Scripturis. Voces (Creator) vndecies (Creatio) Semel (Creatura) quadragies (Creare) octuagies septies Scribantur.

Sed quid, Tu Ferchi, ad authoritatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ respondes? quæ in orat: p. in Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis publicè decantat. (Domine Sancte Pater Omnipotens ęterne Deus, qui omnia ex nihilo creasti, &c. Certè Sancta Romana Ecclesia, quæ est fundamentum, & Columna Veritatis, nostraque pijssima Magistra, apud quam residet infalibilis authoritas docendi Nos, verum Scripturarum sensum; cuius inquam authoritas præstantior est, quam sit Dauidis, Moysis, Isaiæ Ecclesiastici, & quotquot Sanctorum Hominum locuti sunt, Deo inspirante, verbum eius, dicente Augustino lib. II. contra Faustum cap 5 tom. 6. (Ego Euangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoneret authoritas;) Certè replico, Catholica Ecclesia expressè habet istam locutionẽ (Creare ex nihilo,) quod est apertum signum, esse pariter locutionem sui Sponsi Dei, & Domini Nostri Iesu Christi, quando per os seruorum suorum locutus est. quis enim ambigit, Eamdem esse intelligentiam Vocum Sponsi, & Sponsæ? dubio procul, Nullus, nisi fortè impius; igitur in Doctrina Catholicæ Ecclesiæ Dei Sponsæ [creatio est ex nihilo] hoc est sub hac loquendi formula (expresse) tradita est, atque ita nostra locutio Catholichissima est. De

præ-

præstantia authoritatis Ecclesiæ supra authoritatem Scripturarum Sacrarum, videatur noster Corduba lib. 4. q. q. theologic: q p. de Armis fidei pag. 218. & infra.

Sed redeat Sermo noster, vnde digressus est. Antequam huic Tuæ faragini tot authoritatum Sacræ Scripturæ assignem Cathegoricum responsum. præmonitum Lectorem volo. Moysen fidelissimum Dei famulum, primum fuisse, qui rerum omniũ à Deo productionem in lib. Genesios expresserit; à quo deinde edocti Dauid, Ecclesiasticus, Isaias, Græci, atque Latini Sacri Scriptores, sensum, & verba imitantes Sacri Historiographi, & ipsi expresserunt pari loquendi formula. quapropter, tota Vocis (Creationis) intelligentia, pendet ex significatione, quam primus, qui Vocabulũ (creare) protulit, intelligere voluit.

Moyses autem per vocabulum hæbraicum [Bara,] quod Latinus interpræs vertit (creauit) & quidem optimè, quemadmodum etiam aduertit Ioannes Picus Mirandulanus, in lingua hæbraica disertissimus in suo Heptaplo, primam dictionem [Berescit] exponens (in principio creauit) immediatam Entis de nihilo productionem, in potiori significatione intellexisse, licet clarè non expresserit, ob ruditatem populi, non ita subtiliter intelligentis, docet erüditissimus Gabriel Pennotus lib. 8 cap. 5. n. 4. Propugnaculi humanæ Libertatis pag. 456. atque hunc sensum, omnes Christianos, & Hæbreos illi Verbo (Bara) tribuisse scribit; quinimo, & Infideles Philosophos idem sensisse, colligit, ex Galeno lib p. de Vsu partinm cap. 10. vbi propter hanc causam, Galenus reprehendit Moysen, quod dixerit (Deum suo Imperio omnia de nihilo condidisse.)

Comen-

Comentatorque non semel tres leges loquentium subsannat; quod dicant [Deum in principio temporis Cœlum, & Terram de nihilo creauisse.] & quamuis iuxta hæbraicam Veritatem, Scriptura eodem verbo vtatur, cum verba facit de productione rerum quas constat ex materia productas fuisse; non tamen sequitur quod Verbum (Bara) secundum propriam significationem, non importet producere rem ex nihilo, vt putat Pererius in illa prima verba Genesis quod probat Pennotus ex D. Augustino lib de Gen: contra Manicheos cap 6.

Vnde idem D. Augustinus lib. 12. confess: dolet summopere, quod tempore Moysis natus non fuerit, adeo vt vice ipsius, Sacræ Historiæ Scriptor constitui potuisset à Deo; quocirca ad Deum conuersus, ita alloquitur. (Vellem quippe si tunc Ego essem Moyses, ex eadem namque massa omnes venimus, & quid est homo, nisi quia memor es eius? Vellem Ego si tunc Ego essem, quod ille, & mihi abs Te liber Geneseos scribendus adiungeretur talem mihi eloquendi facultatem dari, & eum texendi sermonis modum, vt neque illi, qui nondum queunt intelligere, quemadmodum creat Deus, tanquam excedentia vires suas, dicta recusarent; & ille qui iam hoc possunt, in quamlibet veram sententiam cogitando venissent; Eam non prætermissam in paucis verbis tui famuli reperirent; & si alius aliam vidisset in luce veritatis, nec ipsa in eisdem verbis, intelligenda deesset.) hæc Augustinus. Ex cuius verbis euidentissime pattet, per verbum [creauit, seu Bara] prolatum à Moyse, intellectam eam Entis productionē, quæ ab aliquibus nondum poterat intelligi, tanquam dicta excedentia Vires

M suas

suas. Non enim ex D. Chrisostomo hom. 2. in Genes: inuestigandus est creationis modus, quia nobis imperceptibilis est, sed simpliciter Moysi credendum dicenti [Deus creauit] Legatur etiam D. Augustinus lib. 12. confess. ca. 26. Videatur itidē D. Antoninus in prologo primæ par: histor. fac. 2. super illud [Pates nostri annuntiauerunt Nobis.) Quod intelligit de Patriarchis, & Prophetis, qui varias Dei laudes in suis scriptis ānuntiauerūt nobis, & primo inpuit Antoninus [narrant virtutē potentię Dei in creatione rerum, quam referunt cuncta ex nihilo creando] Hæc Antoninus, dum Ferchianæ attestationi mentitur.

Insuper videatur doctissimus Ascanius Martinengus tom. p. Glossæ magnæ litteralis in cap. p. Geneseos ad Verbū [creauit] à pag. 115. vsq; ad 121. vbi pro dignitate ex Patribus, Iustino, Athanasio, Cyrillo, Ruperto, Hugone Victorino Beda, & alijs probat vocabulum [creauit] propriè significare (de nihilo fecit) rationibusq; id euincit; nec non luculentissimè ostendit, quam impudenter quidam petulantes Pedagogi Scholasticos Theologos, atque Ducem eorum Magistrum Sent: redarguant ex eo, quod verbum [creauit] ad illud genus efficientiæ trahant, quod ex nulla fit substracta, aut præiacente materia; cum ex Sacra Scriptura, & ab Ecclesia Dei hoc suum significatum i jdē Scholastici acceperint. Videatur inquam hic doctissimus Vir, si responsiones solidas ad Ferchij pedagogicas rationes, quas hoc loco quasi ex proprio pænu aggerat, Lector eruditus videre exoptat. Hoc præmonito.

Respondeo nihilominus ex Mag: Sent: 2. d. p. in Sacra Scriptura. Hæc duo vocabula [creare, & facere] sæpe accipi sine

sine distinctione significationis; adeo vt tam [creare] communiter accipiatur pro factione ex præsupposito subiecto immediatè, quam pro factione ex nihilo immediatè, & mediatè. Sicuti [factio] capitur strictè pro Creatione ex nihilo, & largè pro productione ex aliquo præsup posito principio intrinseco.

Notissima sunt loca in Sacra Scriptura. Gen: p. [in principio creauit Deus Cœlum, & Terram] Vbi Lyranus exponit [creauit] idest, de nihilo produxit; & cap. 2. nu. 4. [in die, quo fecit Dominus Deus Cœlum, & Terram] Item n. 26. [faciamus hominem ad imaginem, & similitudinē nostram;) & n. 28. & creauit Deus hominem ad imaginē, & similitudinem nostram;] Psalm: 32. ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt] & alibi frequenter. Vnum tamen singulare exemplum est illud à Te allatum ex 2. Mach: cap 7. [Peto nate, vt aspicias ad Cælum, & Terram, & ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus.]

Quæ tamen verba longe aliter legit Durand: 2. d. p. q. p. §. incontrarium est, quod dicitur Mach: 7. [Peto nate vt aspicias in Cælum, & Terram, & inspicias vel intelligas, quod ex nihilo creauit illa Deus,) sed valdè ad propositū meū.

Nunc, quid sibi volunt hæc verba Sanctissimæ Martyris Machabeæ (ex nihilo fecit Deus Cœlum, & Terram, & omnia in eis contenta, atque insuper hominium genus :) nisi illud, quod ipsa met legerat in Sacra Historia (Creauit Deus Cœlum, & Terram) gen: p. (Creauit Deus cete grādia, & omnem animam viuentem, atq; motabilem, quam produxerant aquę) gen: p. n. 21. (in die, qua Deus creauit

uit hominem) gen: p. n. 6. Quæ omnia, strictim Ioannes in Apoc: cap. 10. n. 6. exarauit, (qui creauit Cœlum, & quæ in eo sunt. Terram, & quæ in ea sunt. Mare, & quæ in eo sunt.)

An autem hæc omnia fecerit illa Deus immediatè ex nihilo, quemadmodum locutio Machabea Tibi exprimere videtur; appello Te Iudicem, qui singillatim omnia reprobas, & exploratum habes, isthæc omnia, non esse facta immediatè de nihilo, sed ex aliquo. Vnde pag: 246. producta authoritate Sapientiæ cap. 11. " (Cœlum,) & (Terram) " ex materia inuisa effecta dicis, & pag: 247. (hominum " genus) vel de Sanguine, seu semine parentum, aut ex limo, " & costa producta, pro comperto habes.

En ergo, quanta sit vis facienda in verbis, vocabulis, Vocibus, & quam futilis sit illa Euasio, quam habes pag. 256. dum " scribis, quia [facere] potest esse, tam ex aliquo, quam ex " nihilo, ideo ratione adiuncti Creare potest significare idē, " quod facere ex nihilo, sicuti accepit Augustinus in lib. de " Fide, & Symbolo cap. 4. & de Gen: ad literam imperfecto cap. p. " Nam [creare] propriè ratione sui formalis, quod imbibit, factionem ex nihilo præsefert. Quomodo luculenter docuit D. Ambros: lib. 3. de Fide S. Trinitatis cap. 5. Tom. 2. in illis verbis. (quod autem, & factum est, idem est, ac creatum. Dixit enim, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.] quicquid dicat Mayro. 2. d. p. q. 9. §. [est igitur aliquid annexum] quo loco, tu fortè didicisti peregrinam tuam opinionem, de factione naturaliter ex nihilo; ex non bene percepta Mayronis doctrina.]

Præfato Ambrosiano sensu, intellexit D. August: loco proximè

mè citato, [quem tu cautissimè tacuisti] dum non longe à principio habet. [Deum creasse omnia, quæ sunt in quātum sunt, Catholica disciplina dici iubet, ita vt Creatura omnis, siue inuisibilis, siue visibilis non de Dei natura, sed à Deo facta de nihilo.] quēadmodū Esaias cap. 41. protestatus fuerat dicens. (Ecce Vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est.)

Hinc acutè ponderauit D. Augustinus lib. pr. de gen. contra Manich: cap. 5. (& ideo Deus rectissimè creditur de nihilo omnia fecisse, quia & si omnia formata de ista materia sunt, hæc ipsa tamen materia de omnino nihil facta est.

Ita pariter intellexit lib. 13. confess. cap. 33. dum scripsit (De nihilo enim à Te non de Te facta sunt, non de Te aliqua. non de tua, vel quæ antea fuerit; sed de concreata, i. simul à Te creata materia, quia eius informitatem, sine vlla temporis interpositione formasti; nam cum sit aliud Cæli, & Terræ materies, aliud Cæli & Terræ species. Materiem quidem de omnino nihilo. Mundi autem speciem de informi materia, simul tamen vtrunque fecisti) hæc Augustinus; quod est expresissimè dictum; Cæli; & Terræ materiem de nihilo omnino creasti.

Id quod iam docuerat libro de Symbolo tract. 2. cap. 3. inquiens. (Deus est Omnipotens, quia de nihilo fecit, quæcumque fecit; non enim eum aliqua materies adiuuit, ex qua demonstraret artis suæ potentiam, sed de nihilo cuncta creauit.) quod item repetit contra Fælicem Manicheum lib. 2. cap. 18. tom. 6. vbi probans Dei Omnipotentiam, præmissa nobili doctrina de triplici acceptione ipsius (Fieri) se resoluit in hæc verba. [Sed ipse fecit, & quod non

erat

erat, vt esset, & quod inde rursus aliquod esset, quod ipse iam de nihilo creauerat, & esset.

Vnde est articulus condemnatus (quem contra Te adduco, vt par pari referam pag. 142.) ab Episcopo Stephano parisiensi, & à tota Vniuersitate anno 1226. (Asserere in prima rerum creatione non esse factas de nihilo.) quod certè de hominis parte meliore, creata ad Imaginem Dei; De Angelis (per creatum Cælum.] De materia prima per (Terram) creata ante omnem diem, ad sensum D. Augustini negari non potest, ex nihilo creata immediatè nō fuisse, reliqua verò mediatè ex nihilo creata, condita, facta, plasmata, formata; qua de re meritò fateatur. Mayro loc. cit. (Non est inuenire aliquid, quod Deus facit supernaturaliter quin sit creatum.)

Si enim D. Augustinus intelligeret, creationē non esse productionem rei ex nihilo, sed productionem alicuius præsupposito principio intrinseco; quomodo deffēdere posset, quæ scripsit lib. 9. super Gen: ad litterā c. 15. dicens. (Nullā Creaturam posse creare quidpiam, siue magnum, siue paruum. Quando omnis Creatura, de facto, magnum, & paruum producat, ex præsupposito principio intrinseco, vel subiecto; quemadmodum tota natura testatur; & esse de fide, tenet Valentia tom. p. disp. 3. qu. 2. puncto 4. pag. 962.

Sic Creationē pariter intellexerūt D. Greg: Hum: l. 26. in euāgelia, non longe à fine. (Deus simul omnia ex nihilo creauit Cælum & Terram, ex nullis existentibus condidit) & lib. 16. moral. (cuncta creata ex nihilo facta sunt.) D. Cyrillus lib. 5. Thesauri cap. 3. paulò post principium crean-

(creandi Virtus ipsam rerum substantiam à nihilo ad esse producit.) & cap. 4. aliquando post principium. (Ea creari dicuntur, quæ ex nihilo ad esse procedere intelligũtur.) Damasc: lib p. fidei paulò ante medium. probat filium Dei non esse per creationem productum, (non enim) inquit, (ex non ente, ad esse deductus est Filius Dei.) & post medium; Creatura facta est, non ex Dei substantia, quippeque ex nihilo ad esse, Voluntate eius atque virtute producta est,) hinc Concil: Tolet: XI. in professione fidei, (Filium Dei, ait, nec factum, nec de nihilo, hoc est, nec creatum. & Lateran: sub Innocentio III. cap. circa principium, fidei certitudine, credendum esse deffinit, quod, (Deus simul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit naturam.)

Nunc interrogo Te Ferchi, an, Te ipsum existimes Sapientiorem Diuis Augustino, Græ gorio, Damasceno, Cyrillo, atque P.P. Conciliorum Toletani, & Lateran qui Spiritu Sancto dictante Vocẽ (creationis) in potiori suo significato, [productionẽ esse de nihilo) intellexerunt, ac decreuerunt intelligi?

(Arrogantissimus iurè censebitur,) exclamat Alphonsus de Castro lib. p aduersus hæreses cap. 7. pag. 78. (qui sibi tantum tribuit, vt Sacris Doctoribus post habitis, tot Sapientibus, quorum doctrina fulget Ecclesia, vt Sol, & Luna contemptis, propriæ hereat sententiæ.] Vnde Ascanius Martinengus Tom. p. glos. magnæ literalis cit. pag. 604. scribit indolescendum certè est ijs Doctoribus, qui pro arbitratu leuibus suffulti coniecturis à vetusta, œcumenicaque Patrum doctrina recedunt.

Verum

Verum reclamas. " Sacra Scriptura, nihilominus, in omnibus locis à me citatis in Disceptatione de Vocabulis [Factione] ex nihilo; & [Creatione] per Vocem [creare] semper intelligit productionem alicuius ex præsupposito subiecto " pag. 154. linea 12.

At contra dicunt Tibi in faciē duo clarissimi Theologi, quorum nomini [imitor phrasim tuam pag 271) Tu non es comparandus. Seraphicus Doctor D. Bonauentura, & Illustrissimus Diuus Antoninus Archiepiscopus Florentinus, Ordinis Prædicatorij maximum iubar. ille in 2. d. 12. q. 2. n. 14. apertissimè asserens (Sacram Scripturam vim facere inter creare, & hoc verbum facere; atque creationem vocare productionem ex nihilo. facere vero ipsam distinctionem rerum] D. Antoninus vero, in prolog. histor: loco supra cit: dum testatur; Patriarchas, & Prophetas, qui Spiritu Sancto dictante Sacram Scripturā, scribere, per [creationem,] ex nihilo productionem, intelligi voluisse. & audes Tu, pudore seposito, contra tantorum Doctorum asserta reclamare?

Ad elidendum tamen hoc tuum vltimum effugium. Duo, vel tria præcipua loca ex iam à Te citatis, ponderemus; nam de alijs non sum sollicitus: vt conuincaris, non semper vocem (Creare) in ijs locis Scripturæ à Te relatis, sensum obtinere " productionis ex præsupposito principio intrinseco, " queādmodū nimis audacter asseris pag: 251. linea p.

Scribis itaque Primo " ex Ecclesiastico cap. p. (Sapientiā " Dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Prior omnium " creata est Sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo) Ma- " gister sent: 2. d p. hanc authoritatem intelligi vult de Angelis

„ gelis. Sed tu negas, ne cogaris Vocem (Creare) fateri adhibitam fuisse à Deo in productione Angelorum, qui certè ex nullo præsupposito principio intrinseco producti fuere, quemadmodum Tu doces in epitom. 2. d. p. q. v. pag. „ 5. lin. 4. atque mauis commodiori explicatione intelligi „ de Verbo Dei Aeternaliter à Patre per Te creato.

Sed huic tuæ cerebrosæ explicationi refragatur Diuus Augu-„ stinus ille acuratissimus Sacrorum Scrutator, & Supre-„ mus Theologorum Doctor post Canonicos Authores, qui „ à Deo illustratus, semper locutus est consequenter in nego-„ tio Creationis ad sensum Scripturarum, & omnino sic intelligi negat. Nam Summus Theologus in lib. 12 confess: cap. 15. explanans hanc ipsissimam authoritatem à Te allatam [prior omnibus creata est sapientia,] inquit. [Nec vtique illa sapientia Tibi Deus noster Patri suo planè coeterna, & coequalis, & per quam creata sunt omnia, & in quo principio fecisti Cœlum, & Terram. sed profectò sapientia, quæ creata est intellectualis natura, scilicet, quæ contemplatione luminis, lumen est. dicitur enim, & ipsa, quamuis creata sapientia. sed quantum interest inter lumen, quod illuminat, & quod illuminatur tantum inter sapientiam, quæ creat, & istam, quæ creata est.

Audisti Ferchi quod sapientia illa, quæ prior dicitur creata, non est sapientia coeterna, & coequalis Patri suo; sed est natura intellectualis, quæ creata est, & non creans?

Cui expositioni subscribit D. Bonauentura 2. d. 17. q. 3. de primo art. n. 31. his verbis. [ideo inter omnes creaturas prior omnium creata est sapientia, siue Creatura Angelica, & dignitate, & origine, & post omnia producta est

anima humana, tanquam finis omnium, & consumatio.] incommodissima ergò, atque è directo contra D. Augustinum, & Seraphicum Doctorem, est explicatio tua de verbo Dei, cum de Natura Angelica omninò intelligi debeat, sicuti Magister exponit, non quomodo Tu Discipulus mavis [non est Discipulus supra Magistrum.] adeo, vt hæc authoritas Ecclesiastici [prior omnium creata est sapientia] præseferat per vocem [creare] productionem alicuius ex nihilo contra tuam assertionem, qua contendis, semper in locis per Te adductis Sacræ Scripturæ, significare effectionem ex præsupposito principio intrinseco.

Proindè hic perfunctoriè obseruo, & detego artificium tuum in colligendis authoritatibus Sacræ Scripturæ ex concordantijs Biblicis [in quibus vocabula [Creator, Creatura, Create, Creatio,] exprimuntur; nimirum, Te sollertissimum collectorem fuisse earum dumtaxat authoritatum, " quarum vox [creare,] & eius coniugata, vt Tu scribis " pag. 54. lin 12. numquam quatenus huiusmodi significant " factionem ex nihilo: sed productionem ex aliquo præsupposito principio. " Verum eas authoritates, in quibus vocabulum [creare] significat factionem ex nihilo immediatè [quamquam optime deprehendatur Te eas legisse] artificiosè taces.

Experimentum sit in qag. 254. vbi authoritatem, inter plurimas D. Pauli ad Coloss. cap. p. adducis. " [Prædicatum est Euangelium in vniuersa Creatura. "] quæ vox [creatura,] dicis. " accipitur pro quacunque re præexistente " in vniuerso. Ista verò, subiungis, non sunt ex nihilo facta " immediatè, sed ex materia. " Optimè ais; non abiuro.

Sed

Sed cur ex eodem cap. p. ad Coloss. quod profectò legisti, non affers hanc præclarā authoritatem (in ipso) (idest in Christo, inquit Apostolus) [condita sunt vniuersa in Cœlis, & terra, visibilia, & inuisibilia, siue Troni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates; omnia per ipsū, & in ipso creata sunt.] Cur inquam, in illa ingenti farragine, tot authoritatum collectarum, vt vltra summam sexaginta ascendant hanc pariter non attulisti? fortè quia fessus eras in colligendo, vti scribis pag. cit. num. 102? " Compatior labori tuo; absterge frontem (licet tecum iocari, sicuti nobiscum Tu facis pag. 217.) nimis sudasti. Interim edisseram Ego causam, quare præfatam authoritatem ad Coloss: cap. p. n. 16 non citasti. Ea nempe causa est, quam Tu scribis in Epitome 2. d. p. q. v. quoniā hac authoritate conuincenter probatur, Angelos ex nihilo immediatè esse creatos; quā si adduxisses, ventosam illam iactantiam addere haud poteras pag. cit. ad finem. " Cognoscite quoque, quod ista vocabula (creare, creator, creatura, creatio,) ex legitima, propria, primeua, & natiua significatione, significant productionem ex aliquo, & non ex nihilo. " Hanc authoritatem ad Coloss: à Bellarm: lib. p. de Christo cap. 6. pag. 260 contra Hæreticos explicatam, ac defensam ad sensum nostrum, videat Lector fusius apud ipsum. Cęterum ad alia pergamus.

Secundo scribis pag. 242. " Ex Ecclesiastico Iesus Filius Sirach. in lib. Ecclesiastici frequenter arcessit hoc verbum (creare) applicat hoc verbum (creare) secundæ personę Diuinissimę trinitatis, idest Sapientiæ dicenti de se Ecclesiastici 24. (Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita

,, ante omnem creaturam) Nam hæc eadem sapientia de ſe
,, dicit [ab initio, & ante ſæcula creata ſum, & qui creauit
,, me, requieuit in Tabernaculo meo. "

Sed huic Tuæ voluntariæ explicationi aduerſatur D. Thomas Doctor Angelicus, qui in 3. d. 11. q. 1. art. 1. ad primum, hanc authoritatem applicat Naturæ Angelicæ, quæ eſt ante tempora ſæcularia, & ſi non duratione, tamen ordine naturæ.

Cui concinit Hugo Cardinalis ad illum locum Eccleſiaſtici; atqui natura Angelica, ex vllo præſuppoſito principio creata fuit, ſed omnino de nihilo, vt ſupra dictum eſt; non ergo in iis locis per Te citatis verbum [creare] ſemper ſignificat productionem ex principio intrinſeco.

Quapropter repeto ea, quæ Tu contra Nos ſcripſiſti pag. 330 etenim tam bene quadrant hoc loco, [ſicuti Rhombus ad patellam] " Quare hoc loco D. Thomam grauiſſimum
,, Doctorem, non recipis, non approbas? Cur Tibi licebit,
,, explicationem ſapientiſſimi hominis reiicere, & non lice-
,, bit mihi, voluntariam tuam expoſitionem repellere, quã-
,, do non ſis claſſicus ſed ſeruilis Doctor? " Hæc obiter, non tamen extra propoſitum exprobrata ſint.

Tertio ſcribis pag. 249. Salomon in prouerbiis cap. 8. inquit [Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio.) Vbi legunt Septuaginta [Dominus creauit me initium Viarum ſuarum.) quibus locis, certum eſt, Verbum Dei eſſe genitum de Subſtantia Patris, tanquam de principio præſuppoſito, ſed interno ipſi Filio producto, non autem eſſe genitum ex nihilo. quare in iſtis locis [creari] non ſignificat produci ex nihilo.

Ea

Ea propter in Symbolo Niceno primo ex primo Tomo Concil: car: 523. dicitur (Filius Dei natus non factus homousios Patri, hoc est eiusdem cum patre substantiæ, per
„ quem omnia facta sunt] Cautè Sanctissimi Patres dixe-
„ runt (natum:) sed negauerunt [factum.] Non nega-
„ uerunt, nec affirmauerunt [creatum.] Negauerunt Ver-
„ bum Dei esse factum, probantes ex Euangelio Ioannis ,
„ [quoniam per ipsum facta sunt omnia.) Non dixerunt
„ esse creatum, ne loquentiæ cum Ario, qui dicebat Filium
„ Dei esse creatum, intelligens, quod creare sit species quædã
„ ipsius facere. Volebat enim Arius, quod creare sit facere
„ ex nihilo. Noluerunt negare esse creatum, quia Sacra Scri
„ ptura attribuit Vocem creati ipsi sapientiæ genitæ. " Hęc Tu hucusq; Ferchi. quoniam verò in hoc tuo dicterio aliquot falsa asseris, & quidem grauissima, acuratè ea discutiamus.

Primò itaque obseruo. Certum esse apud Sanctos Patres ; Codices hębreos (qua lingua locutus est, & scripsit Salomon, habere (Dominus possedit me ab initio viarum suarum) quemadmodum vertit Aquila teste D. Chrisostomo serm: de trinit: post medium; quod luculenter cõtestati sunt D. Hyeronimus in ea verba ad ephes: cap. 2. [ipsius factura creati, &c.] (In hæbreis inquit, codicibus nõ habetur creauit, sed possedit.) & in lib. 2. Micheæ in principio (in hæbreo scribitur; Dominus possedit me. Vox enim hæbrea, inquit, [non creauit me, sed possedit me , habuitque, significat.] D. Basil lib. 2. contra Eunomium circa medium, ita habet. (Alij interpretes, qui commodius significationes Vocum hæbreicarum assequuntur ;

posse-

possedit me, procreauit me reddiderunt; id quod maximũ ipsis [hoc est Arianis) impedimentum ad creaturæ blasphemiam erit, qui enim dixit possedi hominem per Deum, non vt qui creauit, sed vt qui genuit, hac voce vsus esse videtur) Item Epiphanius contra hæreses lib. 3. ton. p. hæresi 69. multo post principium & hæresi 73. multo ante medium, agens contra Arianos, arguentes filium esse creaturam ex illis verbis [Dominus creauit me, ait, hæbraica lingua, non sic habet, vnde, & Aquila dicit, Dominus possedit me. semper autem hi, qui filios generant, dicunt possedi, vel adeptus sum filium,] ita etiã legit [possedit me] Clemens Romanus lib. Constit: Apost: cap. 21. circa medium; nec non alij plures, quos fusè citat Hieronimus Fasol: tom. 3. in p. p. q. 27. 2 p. n. 6.

Secundo obseruo circa versionẽ huius loci [Dominus possedit me] per 70 Interpretes Græco idiomate factam, variè sentire Sanctos Patres.

Aliqui enim negant septuaginta Interprætes vertisse (Dominus creauit me.] (sed Dominus possedit me,) nam verbũ Grecum εκτισε, dicunt hoc loco significare [præficere:] vt sit sensus, [Dominus in initio, præfecit me omnibus operibus eius creandis] ita Dionisius Romanus, referente Athanasio in lib. de decretis Nicenæ Synodi.

Alij asserunt, septuaginta Inteprætes, quatenus ita verterint, [Dominus creauit me,) malè vertisse, ita D. Hieronymus Græcè, & hæbraicè omnium hominum disertissimus in ca. 26. Isaiæ super illa verba (Domine Deus noster, possederunt nos Domini,) & Epist: 139. ad Cyprianum aliquanto post principium: nam loc: cit: Isaiæ scribit. (iuxta hæbraicum

cum, Dominus possedit me in initio viarum suarum, licet quædã exemplaria, male pro possessione habeant craturam & probat ex eo, quod post hæc verba sequatur [ante omnes colles generauit me quomodo .n. creaturæ generatio poterit cooptari, quæ magis possessio in congruit? Scriptum est enim in Deuteron. Non ne iste pater tuus possedit te?] & ad Cyprianum supra. [nullum debet verbum creationis mouere, cum in hæbreo, non sit creauit, sed possessio. Dominus possedit me initium viarum suarum inter possessionem autem, & Creationem, multa diuersitas est; possessio, significat, quod semper Filius in Patre, & pater in Filio fuerit. Creatio autem eius, qui prius non erat exordium.

Hinc doctissimus Bellarm. Controu: 2. de Christo capite lib. p cap. 18 pag 206. § (quarta est Basilij.] aduertit, quod septuaginta Interpætes fortè, ita verterunt, (Dominus possedit me:] sed modo deprouatus est codex mutatio vnius literulæ, nam ἔκτισε est creauit; ἔκτησε est possedit mutata ergo fortè fuit per errorem amanuensium litera Græca Ita in Iota, quod facillimè contingere potuit.

Tertio Obseruo, quotquot Sancti Patres hunc locum Prou: cap. 8 interpretantur de Secunda Persona Sanctissimę Trinitatis, seu de sapientia increata personali, legunt secundum Codices hæbreos [Dominus possedit me.) non legunt secundum translationem per septuaginta Interpætes factam Græco idiomate, (Dominus creauit me] abhorentes maxime hanc vocem [creare] tribuere verbo Dei in æternitate à Patre per generationem procedenti; quæ generatio, rectè explicatur per illam Vocẽ (possedit.)

Hi

Hi verò Sancti Patres, qui legunt secundum (fortè) corruptum textum [Dominus creauit me] interpraetantur de Christo homine, siue de Verbo per ordinem ad Incarnationem & Vnionem hyppostaticam cum natura humana. Vnde de hac Græca translatione loquens Epiphanius heresi 69. multo post principium, ait [quidam ex Patribus nostris, & orthodoxis retulerunt hanc dictionem ad aduentum in carne, & hæc est pia ratiocinatio. Nam ante ipsum Athanas: serm. 3. contra Arianos multo post medium scripserat. (verbum, cum aliud esset ab hominibus, & ante omnia, postea incæpit creari initium Viarum ad opera, per assumptionem humanæ naturæ) & Epist: de decretis Nicenæ Synodi. ante medium inquit, [vt filio Dei probè conuenit perpetuo esse, & in sinu Patris esse, ita quoque homini facto, probè conueniebat ea Vox, Dominus creauit me, quam æquum est, non imputari diuinitati, cum id minimè conueniat; sed carni admetiri, quam propter nos gestauit.)

Hyeronimus loc: supracit: ad Ephes: 2. exponens eadem verba ait, (ad incarnationis mysterium, non ad naturam Dei referenda sunt.)

D. Augustinus lib. de Fide, & Symbolo cap 4 circa principiũ scribit [quoniam Verbum caro factum est; eadem Sapiẽtia, quæ de Deo genita est, dignata est etiam in hominib⁹ creari, quo pertinet illud, Dominus creauit me in principio viarum suarum.) D. Ambrosius lib. 2. de fide Sanctæ Trinit: (facessat igitur] inquit & illud quo calumniari solent, scilicet Ariani (& discant quemadmodum dictũ sit Dominus creauit me. Non dixit Pater creauit, sed

Domi-

Dominus creauit me. Caro Dominum agnoscit, gloria Patrem significat.] Cyrillus lib. 5. Thæsauri cap. 4. initio, [Christus iam homo factus, de se dixit, Deus creauit me in quantum factus est caro,) & cap. 4. circa principium. (Ratione incarnationis, initium viarum Domini in opera eius creari, vt homo dicitur.) D. Fulgentius in responsione ad tertiam obiectionem Arianorum paulo post principium inquit. (Non illius æternæ natiuitatis est, quod creata dicitur; sed huius temporis, quo carnem suscepisse Dei Filius inuenitur.)

Athanas. serm. 3. contra Arianos circa medium. Illud creauit, dictum esse de eius humanitate sentire; humanitatis enim proprium est creari,] Ita Chrisostom. Nyssenus, & alij Patres interpretantur apud Fasol: loco cit:

His obseruatis; deduco primo; falsum esse, quod tu asseris Salomonem explicâsse generationem Verbi increati per vocem [creare] quæ significat productionem ex præsupposito principio intrinseco, & non productionem ex nihilo. quoniam Sancti Patres citati in primo obseru: id, aperte negant, & monent recurrendũ esse ad fontem hæbraicum, qua lingua loculus est, & scripsit Salomon in quo fonte non hauritur, [creabit, sed bene possedit.] quo verbo solet explicari verã generatiõ, quemadmodũ Gen: 4. dixit Eua quando genuit Cain. [possedi hominem per Deum.]

Rursus falsitatis conuinceris, ex Patribus citatis in 2. obser: affirmantibus septuaginta Interpretes, vel non sic vertisse per vocem [creauit,] vel textum modo esse corruptum. Vel si ita verterunt, male vertisse [

Tertio falsitas tui dicti, etiam commonstratur ex Patribus citatis in 3. obseru: qui interpretantur, Salomonem locutum de Verbo Incarnato, nec illud verbum (creauit) posse adaptari æternę Natiuitati, sed temporali, quando secundum hanc, de non homine factus est homo, quod est creaturam fieri, & esse, atque sic, hoc loco (creatio) per septuaginta Interpretes, vel quomodocumque expressa per errorem, significabit productionem entis de non ente, cum sic humanæ naturæ proprię conueniat ad sensum prædictorum Patrum.

Secundo, falsum esse, quod Tu affirmas. " Patres noluerint " negare esse creatum, quia Sacra Scriptura attribuit vocem " [creari] ipsi sapientiæ genitæ. " Patet enim ex supradictis, & inferius patebit ex mox adducendis, an Patres negauerint Verbum esse creatum.

Præterquam quod, hic sensus tuus Arianissimum redolet: Etenim locus iste prou: 8. fuit etiá occasio errandi Ario, vt docet Epiphanius lib. de hęresib' hęresi 69, & aduertit Basi: lib. 2. contra Eunomium, de Arianis loquens. (Ad Salomonis verba confugiunt, atq; illinc, vel vti ex propugnaculo fidem impetunt.

Hoc eodem modo, contendebat in Concil: Niceno primo, vt habetur ex Tom. p. Concil: à car. 521. vsque ad 525. Philosophus ille Arianus, hanc ipsissimam authoritatem ex prou: 8. [Dominus creauit me initium viarum suarum] adducens, atque vim faciebat, vt intelligeretur Salomoné locutum de Verbo Dei; quam authoritatem pluriès à Philosopho inculcatam [tanquam locum, qui semper Arianis in promptu fuit] quemadmodum testatur D. Greg: Na-

Nazianzenus in orat. 4. de Theologia initio; semper exposuerunt Patres: eam intelligi debere, non de Sapientia Dei primogenita, sed de rationali sapientia creata.

Verba Patrum Nicenæ Synodi, per Eusebium Pamphilum relata, hæc sunt: (Non est itaque Filij Dei, illud, Dominus condidit me, sed rationalis sapientiæ, quam ipse Dominus homini dedit, ac præparauit, propterquem Mundus factus est: & paulò supra habent, (illud ergo Dominus condidit me, de ratione, ac sapientia Hominibus concessa explicandum est.) quam expositionem citatis locis repetunt Patres frequenter contra repetita à Philosopho; vnde tandem per tæsi repetitionum eius, sic alloquuntur, (audi ergo à nobis ò Philosophe, si tamen Philosophus es, & crede, non ipsum Filium Dei esse sapientiam creatam rationalem, ab ipso Filio Dei, qui fecit Terram, & in habitabilia, homini datum. Animam tuam conuerte, non ad odium respiciens, sed ad Veritatem, & ipsa Veritas ducet Te, atque agnosces Filium Dei Vnigenitum, non esse Creaturam, sed ipsum Creatorem & Opificem omnium Creatarum naturarum; sicuti & ipse parum respiciens intellexisti, & intelliges vt ego credidi, si saluari desideras.]. Hæc Patres per Eusebium Pamphilium.

Ergo ex intellectu Patrum Nicenæ Synodi Oecumenicę, Spiritu Sancto regente, ac dictante, illa authoritas, non potest exponi de Verbo Dei, à Patre naturaliter procedente sicuti volebant ariani, & Tu modo contendis; adeo vt inferatur, Verbum Dei esse Creaturam primam: Sed explicāda est ex Spiritus Sancti sensu, de rationali sapientia, quæ principium viarum Dei ad extra fuit, quemadmodum

loco cit: eggregiè demonstrant patres.

Certissimũ enim est, asserere, vt Tu scribis pag. 251. si loquamur de reb⁹ creatis primarũ rerum Creatarũ, esse Sapientiã Dei primogenitã esse Arianorum dogma, ex Ambr: lib. p. de Fide Ortodoxa ad Imperatricem cap. p. vbi inquit (Ariana dogmata reprobando.) (nec non, & primogenitus totius Creaturæ quasi in ordine factarum primogenitus filius habeatur, & ex eo scilicet quamdam creandis mundi rebus assignent.) Scilicet sic docebant Ariani. Vnde lib 5. de Fide cap 4. pulcrè intulit [Pater dicit genui, nõ dicit creaui; & Filius non Creatorem suum, Deum, secundũ aeternitatẽ Diuinæ generationis, sed Patrem, nominat.

Alias responsiones Sanctorum Patrum ad illud Prou: 8. vide apud doctissimum Bellarm: lib. p. de Christo cap. 18. versus finem, & aduerte nullam concordare cum solitaria Ferchiana Sententia. fusius etiã videas apud Valentiam disp. 2. de Deo Vno, & Trino q. p. (de processione Diuinarum Personarum) puncto primo §. (tertio nobis obijciunt) pag. 665 & aduertes pulcherrimas expositiones ad illud Prou: 8. Sanctorum Patrum Athanasij, Gregorij Nazianzeni, Basilij Dionisij Romani, Hilarij, & aliorum contradicentes Ferchianæ Intelligentiæ super illum locum.

Negauerunt ergo Patres, Verbum esse creatum, quia Sacra Scriptura, numquam attribuit Vocem (Creari) Sapientiæ genitæ: quemadmodum Tu violenter interpretatis: sicuti negauerunt Verbum factum, quamuis Sacra Scriptura Ioannis primo aperte dicat. (Venit post me, qui ante me factus est.) exponentes, idest, (de Patre genitus ante me.) videatur D. Antoninus p. p. historiã tit. 4 cap. 5. §. secundo.

Benè

Benè, Ferchi, nouerant Patres illi doctissimi, Nicenæ Magnæ Synodi, quid præseferret hæc Vox [Creare] strictè in suo conceptu formali; atque optime perspectum habebant, Creationem, non includere productionem ex præsupposito principio intrinseco ad mentem Sacræ Scripturæ. Nam sic æquiuoco detecto in locutione Arij, vltrò concessissent Verbum posse dici, & esse Creatum, quemadmodum Tu affirmas, nunc esse primam rerum Creatarum.

Atqui Patres, eumdem cum Ario conceptum Creationis tenebant, sicuti testatur D. Ambrosius lib. 2. de fide orthodoxa ad Imperatricem; quare suspectam hanc Vocem, nó solum non affirmarunt, sed apertissime negauerunt, dum Symbolo conclamato confessi sunt, [genitum non factum] hoc est vt Toletanum XI. in sua formula declarauit, [nec de nihilo creatum.]

Quapropter Athanas: Archidiaconus tunc temporis Alexandrinus, qui in eo Concilio interfuit [legatur oratio prima contra Arium, & Epist: ad Ioulanum Imperatorem] accepta à Patribus ea Catholicissima doctrina, [Osio Episcopo dictante] in Symbolo fidei à se edito, expressit: [Filius à Patre solo est non factus, nec creatus, est genitus,) quam fidei veritatem à Concilio Nicenno deffinitá, testatus fuerat in epist: ad Episcopos Aphricanos aliquanto post principium, inquiens; (cum Patres Nicenæ docuissent, non esse nec Creaturam, nec facturam Verbum Dei &c.

Cui concinnit Scholasticorum Parens D. Augustinus lib. de speculo cap. 17. tom 9 illis verbis (Confiteor & verum Te Filium ex Patre sine Initio ineffabiliter natum, verum Deum Vnigenitum, per quem omnia facta sunt, & Verum

Patris

Patris Verbum, non factum, non creatum, non adoptatū; sed genitum, & vnius cum Patre substantiæ)

Subscribit Sanctissimus eius Præceptor Ambrosius lib. 2. de Trinitate cap. 7. vbi postquam cap. 6. dixisset, (quis huic induxit errorem, vt eum, qui creauit omnia, quique fecit omnia, diceret Creaturam?]

Sequitur (legimus generationem eius quis enarabit? generationem, inquit, non creationem.) Pergit cap. 7. (Nunc ipsos Arianos interrogo. Vtrum idem putent esse genitū, quod creatum! Si enim idem dicunt; nihil vtique distat inter generare, & creare; ergo quoniā & Nos creati sumus; inter nos, & Christum, inter Christum, & elementa, nulla distantia est; sed quamuis amentes sint, id tamen non audebunt dicere. si autem distat inter Creatum, & genitū, vt ego arbitror; cum legerimus genitum, non vtique idem, & genitum intelligimus creatum. Dicant igitur generatum ex Patre, ex Virgine procreatum. Aut dicant, quomodo Dei Filius, & genitus, & Creatus est. Vna natura, & maximè Deus, diuersitatem non recipit. Fauesset certè nostra Sententia. Paulum interrogemus, qui Spiritu Dei plenus, has quæstiones præuidens; generaliter contra gentes, specialiter contra Arianos locutus, ait. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, vt contumeliis afficiant corpora sua inter semetipsos, qui commutauerunt Veritatem Dei in medacium, & volyerunt, & seruient Creaturæ potius, quam Creatori, qui est benedictus in sæcula:) Prohibuit itaque Paulus, me Creaturæ seruire, sed Christo admonet seruiendum, non ergo Creatura Christus. Bonus seruus, qui Dominum recognoscet, ipse Creaturæ seruire

nos

nos prohibet: quemadmodum ergo Christo ipse seruiret, si Creaturam filium putaret? Aut igitur desinant colere, quē creaturam appellant, aut desinant, quem colere se simulāt, dicere creaturam; ne sub appellatione Cultorum, Sacrilegia grauiora committant. detestabilior enim domesticus hostis, quam extraneus, & grauius scellus aduersus Christum, cum abutuntur Christi nomine. quem ergo meliorē interpretem quærimus Scripturarum, quam illum Doctorē gentium, Vas electionis, electum de persecutoribus, qui Iesum, quem persecutus fuerat, fatetur? legerat vtique Salomonem plusquam Arius, & erat peritus in lege: & quia legerat, non creatum, dixit esse, sed genitum. Legerat enim, ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. nunquid dicto factus est Christus? nunquid mandato creatus est Christus?] hæc D. Ambrosius luculentissime contra Arianos disputans. Videatur Idem, discertissimè probans, Filium Dei non esse, nec minus dici debere creatum lib. 2. de fide orthodoxa ad Imperatricem; & lib. p. de Fide Sanctæ Trinit; cap 5. & lib. de Incarnatione Dominica cap 9. Hinc D. Damasus Papa in eius professione fidei, relata à Bartholomeo Caranza in eius Summa Concil: habet (Anatematizamus Arium, atque Eunomium, qui pari impietatè] licet dissimili sermone (Filium, & Spiritum Sanctum asserunt esse Creaturas.) In Concil. 3. Romano tom p. pag. 507.

Quapropter doctissimus Banez. in p. p q. 27. a. p. in respōsione ad argumenta hæreticorū, à quibus prefate authoritates Ecclesiastici 24. & pro. 8. referuntur in Catholicos postquā ex Hilario lib. de Synodis diffinionē supra docuisset aliqua

lem

lem modum explicandi eas de Filio Dei, [qui tamen modus, totaliter distat à Ferchiano intellectu] scribit F. [At vero, si quis voluerit illa loca explicare de Filio Dei, necesse est, vt metaphoricè dicta accipiat.] Atque tandem pag. 403. eiusdem articuli, & quæstio: B. in hæc verba se resoluit (Circa huiusmodi locutiones Sacrarum literarum, cauendum est nobis, ne illas phrases extendamus, & eis vtamur in communibus locutionibus, & disputationibus, ne cum hæreticis conueniamus, saltem in Voce, & quamuis in Scriptura Sacra, ex antecedentibus, & consequentibus, & Spiritus Sancti authoritate, huiusmodi phrases piè intelligantur, tamen in vulgari Sermone, non est decens, neq; pium talibus vti locutionibus.) hæc pijssimus Thomista. Quod sumpsit à Nostro Nicolao de Lyra in cap. p. Ecclesiastici prohibente hanc extensionem Vocis (Creationis) his verbis [Locutiones tamen istæ, & consimiles, non sunt extendendæ, sed magis cauendæ à fidelibus, quia videntur fauere errori Arij, qui dixit Dei Filium esse puram Creaturam.] Si tamen inueniatur in dictis Sanctorum, vel libris Sacrę Scripturę Canonicis, vel nō Canonicis, receptis tamē ab Ecclesia, qualis est iste, vt dicit Hieronimus in prologo Galeato, piè sunt exponendæ. quod præstat Fasol. in p par: q. 27. a p. à nu 6 vsque ad 17.

Vide igitur Ferchi, quam falsò asseras, "Patres cautè, nec ,, affirmasse, nec negasse creatum, quia Sacra Scriptura tribuit ,, vocem (creari) ipsi sapientiæ genitæ! Sed dices. At ego dico filium genitum, & creatum; quia hoc fides in Symbolo, & Sacra Scriptura ex Ecclesiastici citata exprimit. Respondeo, hoc, & Arius dicebat, teste D. Ambrosio

brosio in lib de Incarn: cap. 9 his verbis. (Nam Arius dixit ingenitum Patrem, & genitum, & creatum Filium.) quod tamen, tanquam hæretice sonans respuit D. Ambros: Replicabis genitum, & creatum, vtique censura Ambrosiana digna sunt, cum genitum, & creatum, distent in conceptibus, & volebat Arius, & ipse præmonui pag 249. n. 97. at ego, nihil hæc distare in conceptibus formalibus profiteor pag 250 lin: 3." in quo sensu, scribo, & Salomon & Ecc: dixerunt diuinam sapientiam esse creatam. " Respondeo, quamuis Arius hoc senserit aliquando; Certum tamen est Arianos, vt Creaturam filium dicerent, quemadmodum Tu contendis, Teste eodem D. Ambrosio loc: supra cit: idem iudicasse, ac Tu censes de Vocibus genitum, & creatum, scilicet inter se non distare. Audiatur D. Ambros: loc: superius cit: (Neque enim discretionem faciunt ingeniti, & inoperati; neque distantiam volunt esse inter genitum, & creatum, modò, vt Creaturam filium dicant.)

En ergo Ferchi, qualis doctrinæ in campo Theologico sis Sator, quando saltem vna cum Arianis voce, Filium Dei, sapientiam primogenitā Patris, Creaturam esse blasphemes? contestāte Athan. lib. 3. contra Arianos pag. 93 Blasphemum item & stolidum est creaturam illum appellare, quamquam non talem, quales cætere creaturæ.

Audi quam egregiè totum hucusque præfatum edisserat D. Bonauentura 3. d. 11. q. p de secūdo ar. dum quærit (Vtrū hæc sit concedenda Christus est Creatura.) Respondeo dicendum, inquit sanctus Doctor, quod prædictus sermo, à Doctoribus Theologiæ, communiter non recipitur, (Christus, siue Filius Dei est Creatura;) adhęrēt enim verbis

P Magi-

Magiſtri in litera. Ratio autem quare non recipitur eſt quia talis ſermo eſt propinquus errori.

Errori autē appropinquat, & quia malè aliquando intellectus eſt ab hæreticis Arianis, & etiā quia de ſe male intelligibilis eſt. Arius nāque dixit, Filium Dei eſſe Creaturā; & quoniā Chriſtus nominat perſonā filij Dei, qui dicit Chriſtum eſſe Creaturā, nō determinans ſecundū quam Naturam intelligat, videtur idem dicere, quod Arius impiè ſenſit. eſt etiam male intelligibilis de ſe, propter repugnantiam intellectuū. Creatura enim quātū eſt de ratione ſui nominis (hic bene nota Ferchi, Seraphicę Doctrinę profeſſor)dicit reſpectū ad Creatorem; dicit etiam aliquid, quod habet eſſe poſt non eſſe; dicit etiā aliquid, quod habet eſſe aliundè per Voluntatem procedens; ergo in tali locutione, intellectus prædicati repugnare videtur intellectui ipſius ſubiecti ſecundum triplicem diſſonantiam, & propterea prædictus ſermo eſt malè intelligibilis, & fuit malè intellectus, & per hoc eſt errori propinquus. & quoniam ſermo Theologicus debet eſſe Catholicus, & Vſitatus; ab intellectu non diſſonus; & rei, de qua loquimur conſonus, propterea prædictus ſermo non recipitur, niſi determinetur. hæc D. Bonauentura, qui ægrè vult admittere hanc prædicationem (Chriſtus eſt Creatura,) vbi determinari poteſt; & poteris credere, Seraphicum Doctorem admiſſurū eam predicationem (Verbum Dei eſt Creatura !

Concordat cum Seraphico, Angelicus Doctor 3. p. q 16. art. 8. dum ſcribit. (Reſpondeo dicendum, quod ſicut Hieronymus dicit, (ex verbis inordinatè prolatis incurritur hęreſis.) Vndè cum hæreticis, nec nomina debemus habere cō-

munia, ne eorum errori fauere videamur. Ariani autem hæretici, Chriſtum dixerunt eſſe Creaturam.

Vtrique tandem ſubſcribit Subtiliſſimus Præceptor 3. d. 11. q. p. A. illis verbis (negabatur tamen cõmuniter à Sanctis propter hæreſes hæreticorum dicentium Chriſtum eſſe puram Creaturam, cum quibus noluerunt Sancti communicare in Sermone.

Ad Vmbilicum ergo deducendo hucuſque diſcuſſa. Certum eſt. Primo in Sacra Scriptura per vocem [Creare] principaliter intelligi factionem (ex nihilo.) atque hinc nõ ſine Myſterio, nunquam Voci (Creare) legetur addita particula (ex nihilo,) quemadmodum Verbo (facere;) cùm hoc ſit genus, ac proinde contrhaibile; vtque percipiatur, de qua factione ſit ſermo.

Certum eſt ſecundo Diuos Auguſtinum, & Ambroſium, atq; Patres Nicenæ Synodi, ea loca, Eccleſiaſtici, & Prou: per Te adducta, non intellexiſſe de creatione, quæ ſit productio ex præſuppoſito principio intrinſeco, neque minus de Verbo Dei è ſinu Patris in æternitate procedente; de quo præclariſſimè idem Salomon dixerat ſap. 7. (Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei Maieſtatis, & Imago bonitatis illius;] interpræte D. Paulo ad Hæbr. cap. p.

Experire ergo, ex quibus locis Theologi Scholaſtici acceperint ſignificatum Vocis Creationis; & quàm regente Deo, eorum, & noſtra locutio fuerit conformis dictis Spiritus Sancti, qui factionem alicuius rei ex nihilo, per Vocabulum (Creare) expreſſit; atq; tandẽ confutata maneat falſitas ſecundę Tuę propoſitionis, nec non Scholaſticus Theologicus honor per Te traductus, pro virili mea emaculatus.

Appendix ad Expurgationem Secundã Seu Palinodia Ferchiana de Vocabulis (Factione ex nihilo, & Creatione)

PRoperabant ad typum, impellentibus studiosissimis Viris, hæ meæ expurgationes; iamq; aliquot è manibus raptæ, per circulos Eruditorum inuulgabantur, cum ab amico transmissum fuit ad me Opusculũ prętitulatum. " Epitome Theologicum Mathei Ferchij Veglensis Min: Conu: Theologi Patauini ex Magistro Sent: & Subtiliss. Doctore Ianne Scoto à Magistro Petro Martyre Ruscæ in Patauina Dioceſi ſupremi fidei Tribunalis Vicario Generali, euulgatum Pataui j Kal: Maij 1647.
Ingenuè fateor, Eruditissimè Lector, non nihil admirationis continuò me cæpisse, quando primo obtutu comprobatum viderim Horatianum illud de Arte Poetica. [parturient montes, naſcetur ridiculus Mus.] Etenim subridendo dixi, quãdo Vota omnium scholæ Seraphicæ cultorum, Comentaria aliqua immortalitate digna super 4. lib. sent: ad mentem D Bonauenturæ, ab Authore Patre Ferchio seraphici sequace [iuxtà toties promissa] ardentissimè expetebant, ad æmulationem doctissimi P. Fauentini in Cathedra Scotica Patauina antecessoris, atque de subtilium Academia optimè meriti; En quale, & quantum in theatro literarij Orbis, exsistit Opusculum, vix dignus

fætus

fœtus alicuius Tyronis Scotistæ. [at trahit sua quemque Voluptas.]

Ergo per ocium, horis surcissiuis, cœpi illud [volantibus oculis] legere; neque enim pretiosiora temporis momenta; studijs grauioribus addicta, circa leuem Lecturam, me posse impendere, absque fructuosioris Aeui dispendio arbitrabar. Casu occurrit videre dist: quintam primi sent: Vbi quæritur [Vtrum Filius in Diuinis generetur de substantia Patris] lego, atque Vocabula de factione ex nihilo, & creatione, de quibus Ferchius ad finem secundi libri sui Libelli pag. 242. disputationem instituit Theologicè, ac Aristotelicè, vix vno elapso anno, video, vim significationis mutasse, in hoc Epitome, Theologicè discussa: quidquod? obseruo Principes authoritates, super quas fundabat Ferchius suam doctrinam de creatione [Theologicè] accepta, contrariam interpretationem admisisse. multa insuper in Epitome affirmari, quæ in præcitata disput: & Libello negabantur; Rursusque negari, quæ inibi affirmabantur.

Placuit igitur ad ostendendam Vim incomparabilem Veritatis, hanc Ferchianam Palinodiam texere, in qua, tanquā Speculo (erudite Lector,) quęcunque in expurgatione mea, siue apponendo, siue respondendo dixi, clarissimè, vix post annum elapsum à Ferchio, approbata conspicies; adeout verissimè enuntiauerit Salomon Ecclesiastici cap. 27. n. 12. (Tam proprium esse stulto vt Luna mutari,) quam sapiēti mutare consilium.

Primo itaque Ferchius pag. 34. ad finem n. 27. scribit " quod „ Theologi, ac Philosophi, non acceperunt significatum

crea-

" (creationis,) scilicet esse factionem rei ex nihilo, ex diuina
" Scriptura, hoc est ex Sacra Theologia, prout dicit se adno-
" tasse n. 9. cum Vicomercato, & Pererio.

Sed hoc recantat in Epitome 2. d. p vbi ex Magistro Scholasticorum Thelogorum Principe, adducta authoritate Gen: cap. p. (in principio creauit Deus Cœlum, & Terram.) scribit. " In qua authoritate, quatuor explicantur. Pri-
" mum est Vniuersitas rerum à Deo distinctarum, &c. Secū-
" dum est principium effectiuum, & modus effectiui, &c.
" Tertium est species effectionis; quia facere potest esse de ali-
" quo, vel de nihilo. [significatur factio de nihilo per Verbum Creauit.] Quartum denique, est initium temporis determinatum.

Ergo Scholastici Theologi, vnà cum Magistro acceperunt significatum Creationis ex Diuina Scriptura; & ita falsissima erit consequentia Ferchiana, quam intulit pag. 17. cū scripsit." Ergo facere propriè accipitur, quando dicitur facere aliquid ex nihilo, sed (creare) ex aliquo. "

Secundo pag. præcitata 34 ad finem supradicti n. 27. scribit, quod " Creatio, vel [Theologicè] accipitur, vel (scho-
" lasticè.] Creatio (Theologicè) inquit, est productio entis
" ex aliquo principio præsupposito, & interno ipsi producto,
" & genus creationis est productio, extenditurque creatio ad
" intra in Deo, & ad extra in creaturis.
" Ad intra; Sapientia primogenita ante omnem Creaturam
" in Ecclesiastico cap. 24. de se loquitur [ab initio, & ante
" sæcula creata sum,) & cum septuaginta Interprætes Prou:
" 8. (Dominus creauit me principium Viarum suarum ,]
" vt est apud Cyril. lib. 5. Thesauri cap. p. 804. quoniam Fi-

lius

„ lius Dei, non ex nihilo, sed ex substantia Patris præsuppo-
„ sita, & inexistente ipsi Filio productus est, idcirco dicitur
„ (Creatus.)
„ Ad extra. Sapientiæ cap. 11. (non enim erat impotens
„ manus tua, quæ creauit Orbem Terrarum de materia in-
„ formi,] & Gen. 5. [masculum, & fœminam creauit eos.)
„ de luto nimirum, & costa. Hebreos 9. [Tabernaculum
„ non manufactum, idest non huius creationis;) quæ crea-
„ ta dicuntur, quia producta sunt de principio præexistente,
„ & inexistente.
„ Creatio (scholasticè) est factio alicuius entis ex nihilo
„ sui. genus vero Creationis in hoc sensu est (factio;) quæ
„ distinguitur in factionem ex aliquo, & in factionem ex ni-
„ hilo. Vndecunque sit hoc significatum acceptum, ex sa-
„ cra scriptura non est, in qua; nunquam reperitur, hæc lo-
„ quendi formula [Creatio est ex nihilo.]
„ Verum, hoc recantat in Epitome p. d. 5. q. v. Vbi disputa-
„ tur Theologicè contra Arium [Vtrum filius in diuinis
„ generetur de substantia Patris] an potius cum Ario sit cre-
„ atus, " quia Filius est sapientia Dei, quæ in Ecclesiastici
cap. 24. ait (ab initio, & ante sæcula creata sum) " & fir-
mata hac Conclusione theologica. Filius Diuinus gene-
ratur de substantia Patris] quemadmodum conclama-
tum fuit in Concil: Niceno primo aduersus Arium (ex Pa-
tre natum ante omnia sæcula consubstantialem Patri,]
octigentis annis, & vltra, antequam scholasticorum Res-
pub: literaria Parisijs, & Mundo apparuisset, secundum
eos, qui Petrum Lombardum Principem Scholasticorum
volunt, aut annis 52. ante ortum D. Augustini, in sententia
illo-

illorum, qui eximium, Doctorem Scholasticorum Parẽtem esse opinantur; pro quibus stare videtur Ecclesia Romana, cum in Vita Diui Augustini lect: 3. legi præcipiat. (quem in primis secuti sunt, qui postea Theologicam disciplinam via, & ratione tradiderunt.) & hoc iuxtà computum eruditissimi Patris Pennoti in sua Defens: Censuræ Baronij, Bellarmini, & Doctorum Louan: in sermones ad Hæremitas D. Augustino suppositos cap. 21. pag. 427. probantis D. Augustini obitum anno 377. quam sententiam Ferchius sequitur Apol: in Bzouium n. 29. pag. 47.

Scribit. " tertio Filius Dei, aut est de nihilo, aut de aliquo. Si „ primum esset creatus, non genitus, nec filius, quoniam Cre- „ atura est, quæ habet esse post nihil sui, & cuiuscumque in „ ea: hæc Ferchius.

Sed quæ consequentia est ista? si de nihilo, ergo creatus? quãdo verbum creare [Theologicè] est produci de aliquo principio intrinseco. [facere] vero de nihilo. Videtur potios, iuxta doctrinam libelli, debere inferri. Si de nihilo, ergo factus; si de aliquo, ergo creatus.

Nec valet, fortè responsio, ita profecto dicendum [Theologicè. secus Scolasticè,) etenim planè ridicula est hæc distinctio nouiter incursa. Siquidem, antequam Scholasticorum Nomen esset agnitum in Ecclesia Dei, vt superius dixi, controuersia exorta de productione Filij Dei, contẽdente Ario, Filiũ Dei nõ esse (homousion) Patri, circa annũ Domini 325. coacta Oecumenica prima Synodo Nicena, operà Constantini Magni, principatus eius anno 20. & Siluestri Papæ primi anno XI. a trecentis decẽ, & octo Patribus, hæresis Ariana [quæ Verbum Dei esse Creaturam pro-

profitebatur] [theologicè,] non [Scolasticè] condẽnata fuit, atque conuicta, illa præcitata ratione (Filius Dei aut est de nihilo, aut de aliquo.] quam rationem postea egregie vrsit D. Augustinus lib. 2. contra Maximinum Arianum; quemadmodum & D. Hilarius lib. 12. de Trinit. aduersus Arianos, attestante Magistro sent: p d. 5 pro vberiori huius rei notitia: obseruo mirabile dissidium inter Ariũ, & sequaces Arianos in defensione huius impij dogmatis (Filius Dei est Creatura,] vt verissimum appareat, hoc proprium habere hæresim, vt pugnantia dicat, quando [veritas vna est.] Etenim Ariani, quamquam profiterentur Filium Dei esse Creaturam cum Ario, non tamen dicebant Filium Dei esse de nihilo. Audiatur irrefragabile testimonium D. Augustini loc: proxime cit: à Magistro sent. [sed ne crederemus,) inquit Augustinus, (vos putare de nihilo esse Filium Dei, affirmatis nõ dicere de nihilo esse Dei Filim.] & infra (Dicite ergo nobis, vtrum iste verus Filius Dei ab ijs, qui gratia Filij sunt, quadam proprietate discretus, de nulla substantia sit, an de aliqua? Non dico inquis, de nulla, ne dicam de nihilo; ergo de aliqua substãtia est. quæro de qua. Si non de Patris substantia est, aliã quære. si aliam non inuenis, Patris agnosce substantiam, & Filium cum Patre homousion confitere.)

Rursus in eodem loco, ita scribit: [Item dico, quod sępe dictum est, aut de aliqua substantia est natus Filius Dei; aut de nulla. si de nulla, ergo ex nihilo, quod Vos iam non dictis. si vero de aliqua, nec tamen de Patris substantia, non est verus Filius. Hæc D. August: qui plurima accutissimè prosequitur contra Arianos,

Arius vero impij dogmatis author, affirmabat Filium Dei esse Creaturam, quoniam ex alia substantia, & quia de nihilo factus. Audiatur Augustini Sanctissimus Præceptor Ambrosius lib. p. de Fide Sanctæ Trinitatis cap. 9. [Arius dicit ex alia substantia; quæ ergo alia substantia æquatur Dei Filio, vt ex ipsa Dei Filius sit? Item eodem lib. p. de fide cit. [Arius dixit ex nihilo Dei Filium, quomodo ergo Dei Filius? quomodo ergo Paterno generatus ex Vtero? quomodo Eructatum ex corde Verbum legitur, nisi vt ex interno, & inæstimabili Patris itelligatur, vt scriptum est, prodi jste secreto? filius enim, aut per addoptionem, aut per naturam est. Per adoptionem, nos filij dicimur. Ille per veritatem naturæ est. Quomodo ergo ex nihilo ille, qui ex nihilo fecit omnia. Non habet filium, qui nescit, vnde sit.]) Hæc D. Ambrosius; qui & longe plurima contra Arianam luem ijs libris doctissimè disputat; quemadmodum, & lib. 2. de fide orthodoxa ad Imperatricem scripserat. (Si fecit eum ex nihilo,] inquiens, [Creatura est, & non filius: & quid est, quod filium dicis, quem Creaturam esse confirmas, cum dicis eum factum ex nihilo, non ergo potes dicere filium, & creaturam. Flius enim ex natiuitate consistit; Creatura autem ex factura; quid tibi contrarium profiteris. Vnum elige ex duobus. dic, aut filium verè filium, aut creaturam, verè creaturam. Si ita filium dicis, vt verè filium dicas, negasti eum esse creaturam, & quomodo de nihilo esse factum dicis, quem verè filium confiteris? Si autem sic dicis eum esse creaturam, cur eum filium nominas, cum in eo illius nominis abneges Veritatem]

Ex

Ex quibus Ambrosianis rationibus contra Arium, clarissimè liquet Sanctissimum Doctorem verè sentisse, creationem esse factionem ex nihilo, directèque pugnare cum naturali generatione, nec vnquam posse dici, quod genitum est, & filius esse creatum.

Ex quibus, inquã, euincitur Patres [Theologicè Creationẽ] accepisse sẽper pro productione rei ex nihilo, quod est proprium ipsius significatum. Si namque arbitrati fuissent, creationem, ex Diuina Scriptura, proprio significato, accipi pro productione ex aliquo principio intrinseco, quemadmodum Tu dicis, emendassent sensum, sed non linguã Arij, quæ adeo blasphema fuit, vt cũ eius blasphemiæ ad eas excutiendas, in Concilio legerentur (Diui Athanasij testimonio) (Patrum non nullos exhorruisse, aurésque obstruxisse, certissimum est. videatur Baron: Annal: Ecclesiast: tom 3: ad annum 325. Insuper, & dilemma eorum non vrsisset Hæreticos Arianos, qui negassent creationẽ [Theologicè) ex Diuina Scriptura, esse productionem rei de nihilo. Quinimmo mirificè hæc distinctio, seu creationis acceptio, fouisset & Arij, atque Arianorum hæresim.

Catholicè itaque Athanasius professus est. (Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.] Hoc est vt Tu dicis Epitome p. d. 4. q. v, not. 3: filius non est, factus in
,, Diuinis, quod enim est effectum, essentialiter differt ab efficiente, sed Filius Dei, essentialiter non differt à Deo generante. Item effectus est posterior natura efficiente; sed filius genitus, est simul natura cum Patre generante. Rursus nec [creatus,] quia de nihilo productus esset; sicque
,, non eiusdem cum Patre substantiæ. Vnde relinquitur vt

„ sit genitus de substantia Patris, coæternus Patri, " Atque hoc modo Vocabula [factio, & creatio) à Patribus accepta; negantur de Verbo Dei, quando alium sensum legitimum proprium non habeant.

Videatur recantata doctrina, quam habet in epitome 3. d. 11 q. (Vtrum Christus sit Creatura.] Vbi quid præseferat creari (generaliter, & specialiter;) qui due creatura (Theholocicè) demonstratur.

Item legantur, quæ docet Epitom: 2. d p. q. (Vtrum Angelus sit creatus, vel increatus] not: p. 2. 3. quo loco, doctus Lector, reuocatam doctrinam aduertet de creatione propriè accepta. " nam si sumatur, inquis, (extensè „ metaphoricè, moraliter,] non est ad rem. " ergo per Te creatio [Theologicè] accepta { extensè) ad intra in Deo, vt scribis n. 28. pag. cit. non est ad rem.

Nec valet dicere. " Vndecunque sit hoc significatum acceptum, ex Sacra Scriptura non est, in qua nunquam reperitur, hæc eloquendi forma, (Creatio est ex nihilo] Quoniá vt Tu scribis in responsione ad primum loc: cit: " Vel „ Moyses in Gen: sufficienter exprimere debebat omnia sim- „ pliciter; vel omnia ad subiectum propositum sibi spectan- „ tia. Non vtique primum. Historiographi enim hoc non „ est munus. Si secundum, quemadmodum, & præstitit , „ etiam sufficienter per Verbum (creauit) absque addito „ [ex nihilo,] modum effectionis ex nihilo expressit, sicu- „ ti testatur D. Bonauentura 2. d. 12. q. 2. nu. 14. & hanc esse intelligentiam D Augustini lib. de fide, & symbolo , ait Banez. p. p. q. 27. a. p. E. nec enim rudi populo, non ita subtiliter intelligenti, modum effectiuum, difficillimum

capta

captu exprimere debebat, ex D. Augustino lib. 12. Confess. cap. 26.

Præterquamquod, commisisset nugationem apertè, eo modo si quis scripsisset [homo animal rationale,] benè, necessum erat Vocabulo (factionis) addere ly [ex nihilo,] cũ factio sit genus ad creationem, quod & fecit Sacra Scriptura in verbis Santæ Martyris Machabeæ 2. Machab: c.7.

Addo, Theologos Scholasticos, prædictam formam loquendi, accepisse à Magistro sent: 2. d. p. & ex D. Augustino lib. 12. de Ciuitate Dei cap. 25. sicuti scribit Banez: loc: cit: Hos autem, eam eruisse ex Sacris literis censendum est; cũ hoc sit proprium munus Theologorum, inquit Cano lib. 8. de locis Theologicis cap. 2. ab initio, & expressè id testantur D. August. lib. 12. confess: cap. 12. & Athanas: lib. de Incarnatione Verbi in principio.

Scribis Tu contra Nos pag. 216. asserentes, nullibi Arist: vti hac phrasi loquendi. (forma fit ex nihilo.) " Vos pro-
" batis formam non fieri ex nihilo ab authoritate negatiuè. "
" atque n. 66. respondes: " Cæterum quædam sunt à Phi-
" losopho dicta explicitè, & formaliter; quædam implicitè,
" & virtualiter. sunt dicenda, tanquam Aristotelica illa, quę
" expressè, & formaliter Arist: dixit. sunt neganda expressè
" illa, quæ expressè, & formaliter negauit. Præter hæc tamẽ,
" recognoscenda sunt tanquam Aristotelica, quæcumq; im-
" plicitè, & virtualiter affirmauit, vel negauit; talis est ista
" enuntiatio (forma fit ex nihilo.) Hæc Tu.

Nunc concede mihi licentiam, vt imiter Te in respondendo.

Imitor. Tù probas ò Ferchi, Creationem non esse productionem ex nihilo, ab authoritate negatiuè, cum inquis,

Sacram

„ Sacram Scripturam non exprimere hoc significatum." Cęterum, memento etiam τύ, quod quædam sunt à Scriptura dicta explicitè, & formaliter, quædam implicitè, & virtualiter: Sunt dicenda tanquam ex Sacra Scriptura illa, quæ expressè, & formaliter sacri Scriptores expressere. Preter hęc tamen, recognoscenda sunt tanquam ex Sacra Scriptura, quęcumque implicitè & virtualiter Sacri Scriptores scripsere; quemadmodum Nos cognoscimus, & nostræ Classis Theologi, per Verbum [Creare,] expręssam saltim implicitè, & virtualiter.

Tertio scribit pag. 249. " Iesus Filius Syrach in lib. Ecclesia„ stici frequenter arcessit Verbum [Creare.] applicat hoc „ verbum Creare Sęcundæ Personæ Diuinissimæ Trinitatis, „ idest, Sapientiæ dicenti de se Ecclesiastici 24. [Ego ex „ ore altissimi prodiui primogenita ante omnem Creaturā] „ nam hæc eadem Sapientia, de se dicit. (ab initio, & ante „ Sæcula creata sum, & qui creauit me, requieuit in taberna„ culo meo.) " quare concludit post longam contentionē, quod Salomon dixerit diuinam Sapientiam esse creatam „ pag. 251. " Ergo si loquamur de rebus creatis, prima rerum „ Creatarum est Sapientia Dei primogenita."

Sed totam hanc doctrinam recantat in epitome p. d. 5. 9. v. Vbi formans hanc rationē pro parte negatiua, (quod filius in diuinis generetur de Substantia Patris) inquit. " Nullū „ creatum est de substantia Patris, Filius autem est creatus, „ quia, Filius est Sapientia Dei, quæ in Ecclesiastico 24 ait „ [ab initio, & ante sęcula creata sum.]

Respondet pag. 34. " Ad tertium Patres in Concilio Ni„ cæno, cuidam Philosopho pro Ario disputanti, dixerunt

illam

„ illam authoritatem non esse intelligendam de Sapientia
„ increata, sed de Sapientia humana creata, quæ pro Verita-
„ tibus reuelatis à principio Mundi creata est ; & congruo
„ tempore fuit Israeli reuelata. Vnde, & ipsa Sapientia lo-
„ quens, aut per Prosoppopeïam, aut conformationem dicit
„ [qui creauit me requieuit in tabernaculo meo , & dixit
„ mihi in Iacob inhabita, & in Israel hæreditare) Hæc Fer-
chius in Epitome Patrum magnæ Nicæne Synodi Inter-
prætationem acceptans,contra Philosophum Arianum cō-
tendentem sicuti ipse fecit in Libello; illas authoritates in-
tellige de secunda persona Diuinissimæ Trinitatis ; aliam
responsionem huic authoritati ex Ecclesiastico 24. vide
apud Bellarm: lib. p. de Christo cap. 18. versus finem, de-
promptam ex Diuis Ambrosio, & Chrisostomo.

Quarto in præfata pag 249 scribit: “ Ea propter in Sym-
„ bolo Niceno primo, ex pr. Tomo Concil: car. 523 dicitur
„ [Filius Dei non factus homousios Patri, hoc est eiusdem
„ cum Patre Substantiæ, per quem omnia facta sunt.] eautè
„ Sanctissimi Patres dixerunt (natum ,) sed negauerunt
„ [factum.] Non negauerunt, nec affirmauerunt (Creatū,)
„ & paulò infra, “ noluerunt negare esse [Creatum,] quia
„ Sacra Scriptura attribuit Vocem [Creari] ipsi genitæ
„ Sapientiæ.

Totum hoc recantat; Epitome p. d. 4. ad finem not: 3. Vbi do-
cens, quamobrem Filius non possit dici factus; tum quia es-
sentialiter differret à Patre; tum quia esset natura posterior:
addit. “ exactè igitur Athanasius dixit (Filius à Patre
„ solo est non factus, non creatus, sed genitus.) “ En ex-
ploratum, Catholicè Lector, si Sanctissimi Patres negauerūt

Filium

Filium Dei esse creatum, videatur Tom: p. Concil: à car: 511 vsque ad 525. in Expurg:

Quinto scribit pag. 250. " Ex qua animaduersione, (scilicet præfatarum authoritatum Ecclesiastici 24. & Prou: 8)
" Duo mihi videntur colligi. Primum, quod [creare] abstrahit ab ipso facere, & includit ipsum producere, sic enim
" (Creare) significat producere ex principio presupposito ordine naturæ, vel temporis, & interno ipsi producto. In quo
" sensu, & Salomon & Ecclesiasticus dixerunt diuinam Sapientiam esse creatam. in quo etiam omnia composita, facta ex aliquo præsuppofito, sed interno ipsi rei productæ,
" dicuntur esse creata."

Sed hanc doctrinam recantat in Epitome p d. 13. q. v. supra secundum. Vbi inquit " duplex est productio ad substantiam. Vna per modum naturæ, quæ est generatio; alia per
" modum voluntatis, quæ non est generatio; sed ad intra est
" spiratio; ad extrà est creatio, vt quando materia est creata
" de nihilo. ex D. Augustino lib de mirabilibus sacræ scripturæ. " hæc Ferchius.

Clarè igitur conuincitur. Primò, Filium Dei per modum naturæ productum, Creatum dici non posse; cum productio ad substantiam per modum naturę, sit generatio, non creatio. secundo, Creationem, quæ est productio ad substantiam per modum voluntatis, in suo conceptu formali, includere tanquam genus, ipsum [facere;] quod teste Ferchio, [Theologicè,] acceptum sonat effectionem ex nihilo. Eomodo, quo homo in suo conceptu formali includit Animal rationale, quapropter ipsemet fatetur p. d. 30. epitom: conclude secunda: " Creatio vt in nobis, est relatio factionis

passiuę

passiuę de nihilo. " Tertio euincitur, omnia co mposita, quæ fiunt ex aliquo supposito, sed interno ipsis principio, debere dici, non creata, sed verè genita; cum productione ad substantiam, per modum naturæ verè producantur.

Aque hæc obseruata sufficiant circa recantata Vocabula [factionis ex nihilo, & creationis] in hoc epitome Theologico Ferchiano.

Vnum tamen adhuc obseruatione dignissimum præterire nō debeo; plurimū scilicet cauere sibi fideles Schotistas oportere, ne totā doctrinā in Epitome contentā, tanquam Scoticam hauriant, quemadmodum titulus Epitome præfulget. Etenim experiri potuerunt, an de illo vere enuntiari possit, quod Horat: cecinit de Arte Poetica. (Desinit in piscem Mulier formosa supernè.]

Omnes si quidem subtilissimi Præceptoris Sequaces. Primo optimè nôrunt, etiam ipsismet Aduersarijs testibus. Vnā ex principibus Scoti Opinionibus, eam esse. (Beatissimam Virginem à peccati originalis labe immaculatam prorsus fuisse.) 3. d. 3. qu. p. Hanc autem quæstionem, Ferchius Scoti Epitomatarius, non solum profundissiomo silentio inuoluit in 3. d. 3. quo loco discutit solum qu. 2. eiusdem dist. (vtrum Christus contraxerit peccatum originale,) [de qua nulla est controuersia] Verum orta occasione 2. d. 10. q. v. (Vtrum omnes Angeli boni à Deo mittantur) not: 2. exponendi authoritatem Apost: ad Romanos 5. toties à nostris aduersarijs inculcatam. (In quo omnes peccauerunt.) quid sentiat de Immaculato Beatissimæ Virginis conceptù, his verbis aperit. " Excipe, inquit, " Euam, quæ peccauit ante Adamum, [Fortè, & Maria Dei-

R para

„ para excipienda est.) " O quam bellè, Eua absolutè ex-
„ cepta est; quæ Mater fuit peccati, & mortis; Maria verò „
„ genitrix authoris gratiæ, & Vitæ sub, dubio [Fortè] ex-
cipitur à peccato Originali, à patre Ferchio Scoti publico
interprete !

Secundo, omnes Schotistæ defendunt cum Subtilissimo Præceptore 3.d 12.q. v. Christum de potentia Dei absoluta potusse peccare. Ferchius in Epitome (memor eorum, quæ scripsisti in Vita Scoti pag. 47. scribit eadem dist: not: p in hæc verba. " De potentia absoluta, est controuersia)
„ inter Theologos (idest an Christus potuerit peccare.)
„ probabilior tamen est pars negans humanitatem posse pec-
„ care. "

Nulli dubium est cordate Lector, plura eiusdem farinæ dogmata in hoc Epitome contineri; sed mihi placuit, quemadmodum de nostro lib. de Gen: & Corupt: se fecisse.

Ferchius dixit pag 200. ad n. 46 hoc Epitome claudere, dicens. Si quid boni est ex Scoto in hoc Opusculo, illud in Scoto legam; vel si libebit summatim; in Epitomatibus Doctissimorum Virorum; Nicolai de Orbellis, Petri de Aquila, Nicolai de Nysse, Antonij Andreæ, Ioseph Angles, Guglielmi Gorris, & aliorum :illud adnotabo, qui fœliciori stylo compendiario, quam Ferchius fecerit, Scotum concinarunt.

Tertia Querela Ferchij.

Quod in tradenda Philosophia, Rationes Theologicas malè induxerimus.

PLurib⁹ rationibus philosophicis, impugnata à Nobis Cremonini opinione de formis elemẽtorũ disp.lib. de Gen:& Corrup: q.2.a.p.n.14. Visum est, hàc etiã Theologica eam oppugnare. Tum quia, in Eucharistia videmus has qualitates remanere; vbi tamen omnis Substantia dæperit; quod tamen magis vrget, si cum probabili sententia teneatur, aquam etiam in Vinum, non transmutatam conuerti in sanguinem; quia tunc, non sola mixiti frigiditas remaneret, sed etiam elementaris aquæ. Vnde opinio Cremonini videtur in fide suspecta.

Ferchius mirumimmodum detestatur, rationibus theologicis placita naturalia probare, roborare; quapropter pluribus in locis huius sui Libelli queritur, &c.

„ Primo pag 105. exclamat. " Rursus supernaturalia con„ funditis cum naturalibus. Rursus, quæ supernaturalia sũt, „ dicitis Vos videre; igitur ineptè canit Ecclesia de hoc „ Mysteriorum Mysterio, [quod non capis, quod non vi„ des, animosa firma fides præter rerum ordinem;] quæ igi„ tur spectant ad hoc Sacramentum, sunt extra rerum ordi„ nem naturalium, nec sunt ad propositum. "

Item contra hanc eamdem rationem Theologicam acerbè queritur pag.113. his verbis. " disputat Cremoninus de „ formis elementorum inter Philosophos Peripateticos, vt

, Peripateticus. Offensores litem mouent Theologicã, quasi
,, ex opinione illius, sequatur aliquid suspectum in fide Ca-
,, tholica circa Sacramentum Eucharistiæ Diuinissimum.
,, Si alieni à Christo, & à Christi Ecclesia dicant aliena, non
,, est mirandum, mirandum esset si non dicerent. Vnde Cre-
,, moninus in hac parte, proferens sententiam Arist: & Græco-
,, rum, qui solo lumine naturæ ducti loquuntur, non est ex
,, supernaturali lumine confutandus. Non esse sacra dicta, &
,, dogmata inter naturalia dogmata cõmiscenda, manifestũ
,, est per ea, quæ dixit D. Paulus p. ad Corinth: c. 2. & secũda
,, ad Corinth: ca. 6. Cæterũ hoc præclarè Bartholom: Spina,
,, olim publicus in hac Vniuersitate Patauina Metaphisicus,
,, atq; Theologus ex Ordine prædicatorũ, postea Episcopus
,, transigit in 12. Metaphys: ad tit: 38. contra Antonium
,, Andream, qui aduersus D. Thomam, Metaphisicè ex Arist:
,, ductu locutus erat; Antonius Andreas argumentabatur,
,, prolato dicto Sacræ Scripturæ, (in quem desiderant angeli
,, prospicere.) Defendit Aquinatem Spina & corripit Anto-
,, nium Andream his verbis (Dedecus) quippe maximum
,, est, quòd præcipuè illi homines in astruendis falsitatibus cõ-
,, funduntur, quod vbi desunt rationes naturales in corde
,, Philosophiæ, recurrant ad Sacras literas pro subsidio: sed si-
,, cuti nescit Diuina Bonitas, patrocinium præstare crimini-
,, bus, sic nescit Diuina sapientia subsidium præbere Philoso-
,, phicis erroribus. Quomodo autem potest per sacras Literas
,, probari Philosophũ in verbis suis, hausisse hunc, vel illum
,, sensum, cum Philosophus sacris Litteris non inhæreat, &c.
,, Ex quibus pattet, quam nulla sit in naturalibus probatio
,, procedens ex supernaturalibus. Vt minimũ est, ex ignotis

pro-

„ proceditur, & petitur principiũ in probando. At maximũ „ est, quod fidei Veritates exponuntur derisui, dũ opponun- „ tur eis qui fidem non habent: authoritas diuina, tanquam „ humana contemnitur, quoniam diuina esse proponitur ; „ nec probatur, dicetque Aduersarius, quemlibet mendacem „ posse sua placita pro diuinis venditare, si credantur esse di- „ uina, ad placitum proferendis. “

Rursus pag 331. contra distinctionem de potentia Dei absoluta & ordinata, ita clamitat. “ Vnde irrumpit in scho- „ lam Arist:? extranea est, & peregrina ab Arist: sicuti & Vos „ estis. Ita soletis, quando desunt rationes naturales, con- „ fugere ad sacramentum Eucharistiæ, ad sacramentũ Bap- „ tismi, ad sacras scripturas, contra fas, & Ius. „ S. Bernardus serm: 5 in cant: cum fecisset sibi obiectionẽ „ de paruulis regeneratis scribit. [Breuiter respondeo, hoc „ illis conferre gratiam, non naturam; & quid ad me de mi- „ raculo Dei, qui de naturalibus dissero. Philosophia na- „ turali lumini nixa est. Theologica, supernaturali; quid „ ad me de supernaturalibus, qui de naturalibus dissero ? „ Quid ad me de diuinis reuelationibus, qui Aristotelem ve- „ stigo? nunquid Arist: est Deus. Scribantur ergo sacra in „ Theologia, & ibi potentia absoluta consideretur. „

Hæc & similia repetit pag. 139. 431. 432. & pag. 97. Vbi cõ- „ tra ea; quæ scripsimus ad quintum effugium Cremonini „ scilicet, quod quidem certissimè constat ex Eucharistiæ Sa- „ cramento. Si namque substantia per se sensibilis esset ; „ tunc vt arguit Doctor in p. d. 3. q. 3. K. & d. 22. qu. p. in „ corpore, posset eius præsentia directè, & absentia saltem „ indirectè percipi, sicuti inquit Aristot: 2. de anima tex. 113.

quod

" quod visus est tenebræ perceptiuus, quando scilicet lux
" non est præsens, atque ita posset sensu percipi absentia sub
" stantiæ in hostia consecrata, quod est erroneum, & contra
" experientiam. " respondens Ferchius ex persona Cremo-
" nini, inquit. Cremoninus diceret: Primo citari falsò tex-
" tum Arist: nam in 2. de anima t. 113. nihil tale est, quale
" asseritur.
" Secundo diceret; se cum omni reuerentia, & adoratione de-
" bita Sanctissimum Sacramentum venerari, atque à se non
" semel in anno, maiore, qua potest præparatione recipi so-
" litũ fuisse: Sed Sacratissimã rem, intra sacrariũ retinendã, &
" in sacra sciẽtia tractãndã [Non esse Sanctũ canib⁹ proi-
" ciẽdũ, neq; Margaritas ãte porcos. Se non agere de opinio-
" nẽ, nisi Arist: & Sequacium, qui sunt pleriq; Pagani, Mau-
" metani, Hæretici, & sequuntur sensum, & rationem sen-
" sibus inixum, nec tenent reuelationes supernaturales. Ex-
" ponitur sanctissima Eucharistia derisui ipsorum, vt Auero-
" es derisit, dicens, se nullam gentem inuenisse tam stultam,
" quàm gentem Christianorum, quæ manducat Deum suũ.
" subiungetque cum sancto Bernardo. (quid mihi de mi-
" raculis, qui naturam quæro?)
" Tertio dicet, credi quidem certissimè, post Consecrationẽ,
" Christum adsse in Sacramento Sacramentorum; sed falsò
" dici à Vobis (hoc constare.) cum neque sensui, neque
" intellectui, hoc sit manifestum, &c.
" Et in fine concludit " sed quoniam Sacramentum Eucha-
" ristiæ quater accipitis in hac disput: mementote Scoti in p.
" prol: reprehendentis Auicennam, qui sectæ suæ dogmata
" miscuit cum philosophicis, sicuti, & Vos facitis, " His

Fer-

Ferchius fusissimè quæritur; ad summum, quæ prætendit, non esse in libertate Philosophi Christiani, etiam Theologicas rationes miscere Philosophicis, quando naturalia probantur, vel reprobantur asserta.

Tertia Expurgatio Mastrij.

HOC Dogma (non debere philosophū Christianū, etiā rationibus Theologicis, naturalia asserta probare, vel reprobare;) quàmmaximè propagatū desiderat Ferchius, ad id quæ persuadendum, defendendum, vires omnes exerit; nimirum, vt libertate conscientiæ philosophicæ, suam animarum circulationem, impunè docere, tueri, possit, ac valeat: Hinc Cremoninum consortem dogmatis defendit, miris laudibus extollit, aliàs pietatem laudat, Religionem commendat, atque Deuotum erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod Nos ferialiter nimis tractamus, deprædicat.

Hunc tendit Ferchiana vafrities, scilicet, purum se Philosophū ostentare, puræ mentis Aristotelicæ Vestigatorem, vt eo licentius cum Paganis Maumethanis, Hæreticis; retentis Arist: prophanis assertis, possit ex persona Cremonini, sacra deridere, supernaturale lumen contemnere, Catholicas Veritates subsannare. è Cœlo delapsas reuelationes aspernari. solum sensum, ac rationes sensui innixas probare. cum Auerroe, gentem Christianam, quæ Deum suum manducat iocari; atque vno verbo, pro Christiano impuro, Philosophum purum, se Auditoribus suis profiteri.

Verum

Verùm quoniam in hac Querela, (quæ est Vnus principalis cardo totius Ferchianæ Philosophiæ] Ferchius de more suo quædam à Nobis falsò scripta imponit; dehinc probationes adfert, quibus nititur principem dignitatem eius Philosophiæ tueri. Optimè facturum arbitror. Si primo expurgatum me ab ipsius imposturis reddam. postmodum ad rem veniens contra ipsum, solidè probauero. Nos iurè merito debuisse, inter naturales rationes, quibus Philosophicę Thæses roborantur, etiam Theologicas adhibere; atque tandem leuibus eius obiectiunculis; faciles responsiones adduxero.

Primo itaque Aduocatus Cremonini, Nobis imponit, cū scripsimus. Tum quia in Euchatistia videmus has qualitates &c. quod supernaturalia Mysteria oculis mentis facialiter, atque corporis sensibiliter videamus, quando tunc inептè caneret Ecclesia, [quod non capis, quod non vides &c.

Falsissimum etenim est, hoc à nobis dici, sed affirmamus, Sacramentum, quod est signum sensibile pro materiali à nobis videri, sicuti videndum exibetur adstantibus Sacrificio Altaris, hoc est sensibiles illas qualitates Hostiæ, sub quibus manet Christus, inuisibilis oculis corporeis quidem; sed non fidei, cum nunc videamus per speculum in enigmate. quę sensibilia accidentia, non sunt ea Mysteria, de quibus canit Ecclesia, [quod non capis, quod non vides.) nisi vt præseferunt rationem signorum, sub quibus latent res eximiæ.

Ita disertissimè scripsit D. Bernardus de Cena Domini. (Hostia quam vides,) inquit, (iam non est panis, sed caro mea.

Simi-

Similiter liquor iste, quem vides, iam non est Vinum, sed sanguis meus.) Hæc Bernardus. Vnde doctissimus Caiet: 3. Tom: de Eucharistia in Instructione Nuntij circa errores Libelli de Cæna Domini ad 4. scribit. (Nō credimus, sed videmus species Sacramenti Eucharistiæ, credimus autē præsentiā Christi sub illis speciebꝰ; ita quod coniunctio ineffabilis illarum specierum ad Corpus Christi sub fide cadit, & non species ipsa, quæ palpatur, videtur.] legatur Cardinalis Cameracensis in 4. sent: q. p. in fine literæ N. apertissimè scribens. (apparere sensui humano, quod auidentia in Sacramento Altaris conseruantur à Creatura, sicuti antequam erant sine subiecto;) quod & doctissimè probat Qua propter in q. 5. eiusdem 4 sent. litteris V.V. expones, quomodo intelligatur illud, quod solet communiter dici [Hodie vidi Corpus Christi) scribit. Hic dico, quod istæ propositiones, video Corpus Christi, vel tangō; non sunt veræ nisi ad istum sensum, video, & tango species, sub quibus est Corpus Christi, & sic intelligitur illud cap. Ego Berēgarius de Consecrat: dist. 5. Legatur item Cano lib. 5. de locis theolog. cap. vlt. ad vltimum argumentum pag. 361. eruditissimè de hac materia discurrens; & nobiscum hac forma loquendi prorsus conueniens.

Secundo imponit, cum scripsimus. Certissimè constare ex Sacramento Eucharistiæ, substantiam non esse per se sensibilem, contra quintum effugium Cremonini &c. quasi existimauerimus, modò rem sic se habere in Venerabili Sacramento. Falsum est, hoc à nobis iudicari. Tuemur, [& est argumentum Scoti p. d. 3. qu. 3. k. de quo Ferchius verbum vllum dicit, vt nos solos calumaietur) concesso

effugio Cremonini, quod substantia si per se esset sensibilis, tunc præsentia substantiæ panis in Hostia consecrata dependeretur, sicuti & eius absentia, quod non contigit cum substantia non sit per se sensibilis; iuxta ea, quæ Tumet doces in Epitome 3. sent. d. 13. q.v. pag. 77. cum scribis. " substantia non est per se sensibilis, neque enim sẽ-
„ su percipitur, vel digito monostratur per 2. post: t. 31 Vn-
„ de falsitas effugij Cremonini, etiam secundum principia fi-
„ dei nostræ manifestè conuincitur. Videatur Aretinus in 4. d. 10 q. 9. a. 4. hæc omnia optimè elucidans

Tertio imponit, quod falsò citauerimus text. 2. de Anima. "
„ Etenim in tex. 113. nihil tale habetur." Tota falsitas consistit, Ferchi, in numero; quando ea doctrina reperiatur in textu 103. qui textus pluries adducitur à Scoto p. d. 3. q. 3. k & in 4. d. 10. q. 8. F quod mendum, à Te non volantibus oculis obseruatum, placuit minus impressori, sed nobis adscribere, vt maiorẽ ansam Cremonista haberet Nos lacessendi, paruula [Omicron,] & minima [Iota,] huius grauissimæ falsitatis sunt criminalissima causa. Vhe Nobis, atque iterum Vhe nobis; si textus corruptus, vel quid tale non repertum.

Pudet Nos obijcere. Te pag. 307. falsò etiam citasse arist: ex 7. Methaph. t.15. ad probandam separabilitatem formę substantialis à materia; cum illa verba philosophi. (Accidit igitur duobus modis.] Sint quidem in tex. 15. sed nõ septimi libri, sed quinti metaphisices; qui lapsus grauior est nostro, vt consideranti patet.

Quarto imponit quod quando Nobis desunt rationes natu-
„ rales, " confugimus ad Sacramentum Eucharistiæ quater

„ ter à Nobis in hac q. deformis elemẽtorũ obiectum ad Sa-
„ cramentum Baptismi; ad sacras scripturas, cõtra fas, & Ius.

Apertum mendacium est, in hac quæst: Nobis, rationes naturales defuisse; atque ex inopia earum confugisse ad Theologicas; legatur articulus ille, & putidum mendacium deprehendetur. Benè, Ferchi, ridiculum confugium tuum ad solam Anaxagoræ authoritatem, legitur in tuo Epitome Theologico, p. d. 38. q. v. cum probas hanc veritatẽ Theologicam (Deum cognoscere infallibiliter, & immutabiliter futura contingentia omnia.) Relictis Sacræ Scripturæ authoritatibus psalm. 138. v. 2. Ecclesiast: ca. 23 v. 29. & Ioannis 14. v. 29. etiam veritatem irrefragabiliter probantibus. quid roboris ad fidei dogmata confirmãda, Anaxagoræ authoritas poterit conferre?

Ita pariter falsum est, à nobis quater obiectum Sacramentum Eucharistiæ, cum non nisi bis; idque diuersa ratione obiectum legatur. Sed parcendum lecturienti [volantibus oculis,] quo ad Sacramentum Baptismi. potuisses addere, etiam Matrimoni Ordinis, Chismatis, Pænitentiæ, & Extremæ Vnctionis; vt melius mendatium Tuum adornasses. De Sacramento Baptismi, certe nulla habita mentio.

An tandem contra fas, & Ius, sacram scripturam in philosophia adducamus. legas Decretum Concilij Lateran: sub Leone X. infrà pluries citandum, & eo mentitum Tibi à Concilio generali audies; dum contra Philosophos puros; Patres, Sacram Scripturam, Spiritus Sancto edocti obijciunt. Legas eruditissimam D. Hieronimi Epist. 84. & audies Doctorẽ maximum Ecclesię, post enumeratos plu-

rimos Sanctos Patres, qui hac nostra philosophandi Methodo fælicissimè vtebantur, hæc scripsisse; [qui omnes in tantum, Philosophorum Doctrinis, atque sententi js suos reficiunt libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum. Item legas Io: Ludouicum de la Cerda in suo opere Aduersariorum sacrorum, quod Lugduni anno 1626. in lucem emisit cap. 154. pag. 380. n. 21. col p. & videbis hanc nostram methodum apprimè commendatam; ex sacra scriptura nimirũ philosophica asserta approbata, vel reprobata.

His imposturis probè reiectis; nunc ad rem venio; & primo hoc loco apperio mentem nostram. Vt primum suscepimus onus tradendi cursum philosophicum in Via Scoti, palam fecimus. [Quęst: proemiali ad Vniuersam philosophiam.] Quamuis Arist: philosophiam sumpserimus, & Commentari js illustrandam, & disputationibus enucleandam. Tamen, quia eam Philosophiam conscribere intendimus, quæ Nostræ Theologiæ famulari possit, ac debeat, cum Philosophus in multis errauerit, variaq; principi js fidei nostræ repugnantia asseruerit, ideo postquam sensum Philosophi breuiter explicauerimus, si principi js fidei non erit consentaneus, limites Aristotelicæ philosophiæ egrediemur, & Philosophiam secundum se trademus. hoc idem protestati fuimus quæst: proemiali ad Vniuersã Arist. Logicam; vt apertissimè constaret, quod protestatus fuerat D. Ambrosius Epist: 3. ad Simplicianum, illis verbis. [Agnoscant Philosophi, de nostris se habere, quæcumque præstantiora locuti sunt.]

Quod laudabile institutum, & quod maximè decet Philoso-

phos

phos Christianos, & arctiori iure Religiosos Franciscanos, ex Constit: Vrbanis in cap. V. Regulæ tit: 4. n. 12. docuit iam pridem Pater Suarez: initio primi Tomi Metaph: ad Lectorem his verbis. (Ita vero in hoc opere Philosophum ago, vt semper tamen præ occulis habeam, nostram Philosophiam debere esse Christianam, ac diuinæ Theologiæ ministram, quem mihi Scopum præfixi, non solum in quęstionibus pertractandis, sed multo magis in sententijs, seu opinionibus seligendis, in eas propendens, quæ pietati, ac doctrinæ reuelatæ subseruire magis videntur. Eamque ob causam Philosophico Cursu, nonnunquam intermisso, ad quædam Theologica diuerto, non tam, vt in illis examinãdis, aut accuratè explicandis immorer (quod esset absre, de qua nunc ago,) quam vt veluti digito indicem Lectori, quanam ratione, principia Metaphisicæ sint ad veritates Theologicas confirmandas, referenda, & accomodanda.) hæc doctissimus Suarez: quod, & obseruasse, videatur disput: 28. sect: 2. n. 4.

Hoc illud est, quod prudentissimè D. Hieronymus Pamachiũ admonuit; vt scilicet [si adamauerit captiuam Mulierem, idest sapientiam sęcularem, decaluet eam, & illecebras crinium, atque ornamenta Verborum, cum emortuis vnguibus amputet; multos enim tunc fætus captiua dabit, & de Moabitide efficietur Israelitis; quod est dictu; egrediatur limites Aristotelicos, cum fidei obstant Pamachius; & tunc Moabitis, hoc est Pagana Philosophia, Israelitis, hoc est, Christiana efficietur.

Scribit Cano lib. 9. de Locis Theologicis cap 9. quoniam ancillas vt vocarent ad arcem, Sapientia misit; admonuerunt

Pa-

Patres, disciplinas, quas vocant Liberales, Theologiæ subseruire oportere, non dominari.

Curaturum, atque illarum studiosum, ne ancillarum amatoricijs delectatus, Dominam, hoc est, veram sapientiam negligat. Affligat Ancillam Domina, & corrigat; habeat in manibus, vtatur ea, vt libitum fuerit; sic enim modesta erit, vtilis, quæ cum ei præter modum indulgetur est etiam perniciosa; hæc eruditissimè Magister Cano.

Audisti Ferchi à Confratre Bartholomei Spinæ, Philosophiam subseruire debere Tyeologiæ, eamque affligendam, corripiendam, non nimium ei indulgendum, ne perniciosa euadat Scribis Tu Vestig: 6. lib. cap. 7. n. 22. de Theologia „ naturali. " Metaphisicæ est limitare scibilia scientiarum „ inferiorum. Suprema enim Scientia, tanquam Domina „ reliquis ancillis præscribit officia, neque illis permissum est „ contradicere, ità sanè.

Sic Catholicissimus Raguseus philosophabatur, cum Sapientissimo Peripatetico Zabarella in disput: Philosophica de existentia materiæ à cap. 11. vsque ad 15. legantur, quæ ipse calamo verè Christiano exarauit disp 5. cap p. & disp. 7. cap. 19 & disp: 10. cap. 3. & 4. nec non disp 14 ca. 26. pag. 249. atq; munus Christiani Peripatetici ediscet, legãtur item quæ scribit in disp. 17. de pluralitate formarum, quæ inter Philosophicas quæstiones celeberrima est cap. 4. & inspicientur hæc Catholichissima Verba. Ex duabus hisce iam recitatis opinionibus. Si ingenuè id quod sentiam fateri liceat, Scotistarum Sententiam longè probabiliorẽ, & veriorem existimo. Tum quia rationes, quæ ad eam probandam à natura depromptæ sunt, vim maximam continent

nent demonstrandi. Tum etiam, quia multa, quæ in articulis fidei continentur, sententia illa seruari facilè possunt, quæ tamen si vera esset Thomistarum opinio, haud quaquã subsisterent.

Sic doctissimus Aresius in Opusc: de Transmutatione Aquæ sect. 10. catholichissimè discurrit; dum scribit. Ex Philosophiæ principijs pendere, an Aqua possit in Vinum conuerti, nulli merito dubium est. quia tamen, nec Veritas Veritati, nec Philosophiæ veræ potest Theologia esse contraria, non mirum, si quod pendet ex Philosophiæ principijs, Theologicis rationibus probari vel improbari possit. sicuti è contra, & res Theologicæ rationibus Philosophicis, cõfirmari, vel infirmari, non rarò solent, &c.

Sic Eminenttiss. Barouius annal: Tom 5. anno 412. disceptationem inter Michaelem Mercatum Seniorem, & Marsilium Ficinum referens, grauissimè monuit illis verbis. [Accidisse autem, vt ex more quidnam post obitum supersit homini, ex eiusdem Platonis sententia, sed sine tamen trepidatione deducerent; quæ labantia, fidei Christianæ Sacramentis suffulcienda essent.

Sic tandem Subtilissimus Præceptor 2. d. 20. q. 2. philosophicam quæstionem (An idem effectus possit esse à pluribus causis tutalibus diuersim.) Theologicis, ac Physicis rationibus, mixtim exagitat:

Hæc est Ferchi, catholica philosophandi Methodus, quam D August: docuit lib. p. de Genes: ad literã cap. 18. & 19. statim scilicet illud iudicare falsum, quod Catholicæ Fidei opponitur, illudque longè probabilius, ac verius, quod veritati Catholicæ consonat; & non Philosophorum, potius nomi-

nomine, quàm Christianorum gaudere.

Lege, ac relege Tu seraphicę doctrinę cultor Epist: primam Sancti Doctoris, quæ refertur in 3. par. firmamenti Minorum pag. 78. col. 2. (ad innominatum Magistrum,) & audies Seraphicum Præceptorem, Te monentem, Philosophicas puras Curiositates, Deo, & Angeli, & sibi displicere. Vnde consulit [grana Philosophica, absque paleis colligenda. studendum esse philosophiæ quemadmodum Catholicus legit hæreticorum libros, vt eorũ, scilicet sententias declinando, Veritatem magis intelligat. Adsportandam esse Philosophicam doctrinam à Theologis, quẽadmodum filij Israel asportauerunt Vasa Aegypti; inquit D. Augustinus lib. de Doctrina Cgristiana.] Hæc, & plura Sanctus Doctor, omnino à Minosita Philosopho legenda, & obseruanda. Quemadmodum Benedictus Pererius inclytæ Societ: Iesu Philosophus eximius, in præfatione eius Philosophiæ obseruasse protestatur illis verbis (In legendis autem Philosophorum libris, temperatum quoddam, ac salutare iudicium adhibo etenim pauca illa, quæ Religioni aduersantur, repudio, alia verò quamplurima, cum ad Vsum Vitę perutilia, tum ad agnitionem animi pulcherrima, probo, ac retineo, & Viros humanarum, & diuinarũ rerum scientia exellentes, libenter sequor, qui Philosophiá cum sacris literis coniungentes, in credibiles vtilitates maximumque decus Christianæ Religioni attulerunt. Si Agar, & Ismael, Saræ, & Isaac concordes, & obedientes esse velint, maneant in Domo Abrhaę.. si autem insolescant, & repugnent, rixasque, & iurgia excitent, domo eijciantur, & exulent. sic Philosophi, hactenus legendi,

ac

ac probandi sunt, quoad Veritati, ac pietati consenserint; atque inseruierint. Sin autē quid effutierint Diuinis Decretis alienum, deserendi sunt, ac reijciendi. Hæc doctissimus Pererius.

Quod salutare tanti Viri Iudicium, in Oratione declamata in Vniuersitate Patauina 12. Martij 1631. Tumet aliàs amplexus, his verbis commendasti. " legendus Arist: sed
,, cum delectu, quæ in eo, quamplurima vera sunt, in Christi
,, obsequiū traducenda reliqua deserēda. Nūquā præponen-
,, dus est Arist: Christo: sed semper Christus Aristoteli. Vnus
,, Christus nobis debet esse magis charus, quā cētū, quā mille,
,, quàm infiniti Arist: " hæc Tu in præfata declamatione.

Apertissima illusio est; tueri falsissima dogmata, Aristotelico pallio tecti; huius farinæ sunt philosophi illi purissimi, quos Tumet eo loco pag. 288. Veritate reuinctus corripis, cum inquis " scribunt quantis possunt ingenij Viribus contra
,, Veritates creditas; deinde latenter dicunt auditoribus suis,
,, Nos lumini supernaturali, & fidei credere debere. Vos cre-
,, dite, quod nulla ratione credi debet, quod nulla ratione
,, fulcitur, quod omni ratione impugnatur, quod nulla ra-
,, tione deffenditur. "

Hæc est illa ipsissima cantilena, quam Tuus cliens Cremoninus discipulis eius intonabat, & qua multorum ingenia, & vtinam non animas perdidit. sic ille purissimus Philosophus blaterabat, quando contra fidem Catholicam, Te assertore pag. 139. scripsit ad aures Arist. " quid ad me de
,, diuinis reuelationibus, qui Arist: vestigo? numquid Arist:
,, est Deus? numquid est Christianus? scribantur sacra in
,, theologia. se sequacem esse Græcorum, Araborum, qui

T ple-

„ plerique sunt Pagani, Maumethani, Hæretici. Se sequ
„ sensum, & rationem sensui innixam: " & similia dicte
„ tia, quæ omnia, & singula, Tu Ferchi, ad memoriam im-
„ piorum reuocas, vt iterum rideantur. Veritates Catholicę
„ dum philosophicis falsitatibus opponuntur, cum scribis in
„ nos pag. 16. n. 9. " De Theologis non est ad propositū,
„ Cōtarenus, & Ferchius scripsere vt Peripatetici; quærentes
„ quid, Arist: sētiat, nō quid Veritas simplici habeat. quærunt
„ sentētiā vnius Pagani? quid ad propositū conferunt Theo-
„ logi Christiani? planè estis Doctores extra propositum. "
„ & ecce Alexandreorum triumphus ille à Te desciptus vest.
„ 6. lib. 2 n. 134. dum clamant contra Philosophos Chri-
„ stianos, se non quid fides vera doceat, sed quid arist: sen-
„ tiat asserere," sicque victoriam reportare credūnt o
Adeo abhorebat etiam purus ille Cliens tuus, sicut Crucem Diabolus, rationes Theologicas in Philosophia, ne a Veritatibus illis conuictus, recantare coatus esset, impias opiniones de mortalitate Animarum, de Cœlorum animatione, & alias, quibus Cetalles ille, Europeam Iuuentutem, ad Patauinum Liceum confluentem, maxima ex parte infecit.

Non pugnat fides cum natura, sed consentit, exclamat Cano loc: superius cit: nec dissident humana, & diuina ratio, sed cohęrent. Vtraque vera est, nec Verum Vero aduersatur. Vtraque à Deo est, nec Deus sibi contrarius est. Peruertunt itaque homines fundamenta Naturæ, cum illam, à fide seiungunt, quia fide dirigenda Naturæ ratio est; & quidem sic, vt hæc duo verba inter ise, non res discrepare videantur. Hæc Cano elegantissimè.

Qui

Quibus placitis, Tu itidem, (vel tuimet immemor, vel delirus, seu à Veritate reuinctus,] subscribis pag. 435. dum inquis. " philosophia simpliciter dicta, solum ea, quæ vera sunt approbat; quę falsa sunt reprobat, nihilque affirmat esse verum, quod Catholicæ fidei repugnat: quodnamque fides Catholica docet, sine dubio est verum. Quod philosophia simpliciter docet, est verum: at verum vero consonat, non repugnat. Quò circa nihil potest esse verum in philosophia, & falsum in Theologia, vel è contra, Philosophia secundũ quid, huius, vel illius hominis potest approbare falsũ, & reprobare verũ. Sic in philosophia Arist: plura sunt, quæ pugnant contra fidem Catholicam; qui errores nõ ex ratione philosophiæ incurrũt, sed ex ratione humani ingenij, quod ex deffectu suo, quandoque approbat falsa pro Veris, & reprobat vera pro falsis. Hoc apud omnes philosophos est confessum, dum vnus contendit alterum errasse. Vnde & natum est adagium, (facilius conuenire horologia quam Philosophos. "

Saluberima preuisio profecto esset (sunt verba Tua Votum tuum pag. 381.) ne etiam sub Arist: nomine, fides Catholica impugnetur, vel hæresis defendatur, neue fideles Hæretici fiant. Quid enim refert ad Christianam fidem, ad Christi fideles; si sub nomine Caluini, aut Arist: fideles peruertantur, hæresis propagetur. Tantundem est, propter quod optimum existimarem, si articulus in vniuersitate Oxoniensi latus, in Christiana Vniuersitate sanciretur. Ne scilicet sub quocunque nomine, etiam Arist: mortalitas animæ: (circulatio Animarũm) æternitas Mundi, probarentur, defenderentur. Nec enim facile est explicatu, quãto

„ cum periculo, & pernicie animarum, Christi Sanguine pre-
„ tioso redemptarum, hoc fiat. Rogo igitur quantum possũ
„ Superiores, quorum interest, ne dicto, aut scripto illa per-
„ mittant amplius. Hæc Tu in hoc puncto catholicissimè.
„ memor eorum, quæ scripsisti lib. p. de Cœli ortu ad men-
„ tem Anaxagoræ cap. 14. pag. 250. " Peripatetici Sacra
„ rident (paucos demo.) Deum posse Miracula facere
„ re non credunt, cum nullius rei factorem velint, vt Tho-
„ mas Gianinus, Franciscus Piccolom: Cæsar Cremoninus,
„ [qui sub Mantello Arist: propriam fidem docent (Causas
„ euentorum naturales se quærere, alias non agnoscere, dicẽ-
„ tes.) " hæc de Cliente Cremonino in specie, Ferchius
„ aduocatus.

Pergam igitur ad probandam Conclusionem meam; & audies, quàm salubritèr prouisum fuerit, atque satisfactum tuis Votis.

Philosopho Christiano licet, in philosophia, quam tradit, etiã nunc inter naturales rationes, Theologicas, [dum fert occasio,) adhibere, cum naturalia probantur, vel reprobantur asserta. Hanc Conclusiionem euidentissimè probo, non ieiuna nuda, arida, sed prægnanti ratione Concilij Laterã: sub Leone X. celebrati anno 1500. quattodecimo Kal: Ianuarij sess: 8. (in qua sess: Ioannem Franciscum Picum Mirandulanũ sedisse, & Decretũ hoc pronuntiari audiuisse, testatur ipsemet lib. p. de examine Veritatis doctrinæ gentium pag. 24.) Verba Concil: integrè, & fideliter transcribo quemadmodum Tu facis ad pag. 437. & sunt illa.

" Cum itaq; diebus nostris, Zizaniæ Seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores, à

fide-

fidelibus semper explosos, in Agro Dom: super seminare, & augere sit ausus. De Natura prçsertim Aiæ rationalis quod videlicet mortalis sit, aut Vnica in cunctis hominibus; & nonnulli temerè Philosophantes, secundum saltem Philosophiam, verum id esse asseuerent. Contra huiusmodi pestem, opportuna rimedia adhibere cupientes, hoc Sacro probante Concilio, damnamus, & reprobamus omnes asserentes Animam intellectiuam mortalem esse, aut Vnicã in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes; cum illa, non solum verè, per se, & essentialiter humani Corporis forma existat sicuti in Can. fel: recor: Clementis Papæ V. predecessoris nostri in generali Vienẽsi Concilio ædito continetur. Verum, & immortalis, & pro Corporum, quibuscunque infunditur multitudine, singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit; quod manifeste constat ex Euangelio, cum Dominus ait, [Animam autem occidere non possunt, & alibi, qui odit animam suã in hoc Mundo, in Vitam æternam custodit eam.] Et cum æterna præmia, ac æterna supplicia pro merito Vitæ, iudicandis repromittit. Alias incarnatio, & alia Christi Mysteria nobis minimè profuissent, nec ressurectio expectãda foret, ac Sancti, & Iusti miserabiliores essent, iuxta Apost: cunctis hominibus. Cumque, Verum Vero minime contradicat; omnem assertionem Veritati illuminatæ fidei cõtrariam, omnino falsam esse diffinimus, & aliter dogmatizare non liceat districtius inhibemus. Omnesq; huiusmodi erroneis assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes per omnia, vt detestabiles, ac abhominabiles Hæreticos, Infideles, Catholicam Fidem

labe-

labefactantes, vitandos, ac puniendos forè decernimus.] hactenus Concilium.

Non graueris modò Ferchi, vnà mecum hanc rationabilissimam ponderare authoritatem, vt demonstratio mei asserti propositi clarissimè appareat.

Certum est primo. Concilium per ly [temerè philosophantes secundum saltem Philosophiam,] corripere puros Philosophos Christianos, puræ mentis Arist: Vestigatores, qui sub pallio illius frigidissimæ excusationis, (secundum saltem Philosophiam,) hoc est secundum Arist: qui Paga-
„ nus fuit; quærendo quid Arist: sentiat, non quod Veritas
„ simpliciter habeat " pag. 12. impia illa dogmata disseminabant, à Concilio tamqua pestem reprobata.

Certum est secundo. Concilium firmata sua conclusione ; (Animam intellectiuam verè per se & essentialiter humani Corporis formam esse, immortalem, & pro Corporum, quibus infunditur multitudine, singulariter multiplicabilem, multiplicatam, atque multiplicandam. Contra Philosophos illos, qui sub prætextu, quod (secundum saltem philosophiam,] oppositum defenderent, quia nimirum i j dicerent, " se non agere, nisi de opinione Arist:
„ & sequacium, qui sunt plerique Pagani, Maumethani, Hę-
„ retici, quia non tenent reuelationes supernaturales, cum
„ sequantur sensum, & rationem dumtaxat sensui innexã."

Concilium, inquam, nihilominus, eam conclusionem probat expressis authoritatibus Sacræ Scripturæ, ex Euangelio deductis, & ex absurditatibus, quæ sequerentur contra articulos fidei nostræ. Num autem hoc probandi genus, sit idẽ, ac dare Sanctum Canibus, & ponere Margaritas ante

Porcos

porcos. sic credat temerarius ille, qui oppositum dogma defendit. Ego tanquam Philosophus, cum apprimè sciam, Verum Vero non apponi; atque tanquam Christianus, veraciter credam, gratiam non tollere Naturam, neque naturam repellere gratiam. Omnem assertionem Veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino esse falsam, libentissimè Sacro Sancti Concilij diffinitioni assentio, atque subscribo. Omnes scilicet puros Philosophos Christianos, falsitatibus adhærentes, sub quocumque titulo, seu Vestigatorum puræ mentis Aristotelicæ, seu colorato alio, rationes Theologicas, Veritates Catholicas in Philosophia respuentes, aspernantes, tanquam detestabiles, & abhominabiles Hæreticos, Infideles, Catholicam fidem labefactantes, esse vitandos, atque igne puniendos.

Maneat igitur inconcussa hæc assertio; quemlibet Philosophum Christianum, & maximè Religiosum, in tradenda philosophia, debere, cum occasio tulerit rationes Theologicas inter naturales adhibere. Vt studiosa Christiana iuuentus, errorum scopulos aduertens, rationes sensui innixas, quæ magimè sensum nostrum ob naturæ vulnus in primo parente acceptum [heu dolendum nimis] fortiter pelliciunt, atque rationis imperio; non infrequenter præficiunt, tamquam Scyllam & Charibdim euitare valeant. cum iudicio grauissimo Basilij Magni (similes sunt noctuæ occulis, qui in Philosophia inani sunt occupati, propterea quod nocte acriter cernunt, Sole autem splendente perobscurè.

Hinc luculentissimè probat Tertull: lib. p. de præscriptionibus hæreticorum cap. 7. (ipsas hæreses à Philosophia subornari

ornari.] quapropter ad modum piè Excellentiſs. Raguſcus ſuo Candido Lectori obteſtatus eſt illis verbis: (Ariſt: ſententias puras, ſinceras, nec ullomodo fucatas reperies; quib⁹ tamē in rebus arduis, adiecta ſemper erit veritas Catholicæ fidei, vt ſimul quid verè, ſcias, & quid veri Ariſt: docuerit. " Fortunatam commutationem à Deo Votis
,, omnibus expetendam [exclamas Tu in oratione habita
,, in Vnitate Patauina 12. Martij 1631.] pro homine er-
,, rante, Pagano, perdito, quem Præceptorem habueram,
,, Deum Verum, Veritatem ipſam, Doctorem adiſpiſci. "
Verum reclamas " Scotum repræhendere Auicenam, qui Se-
,, ctę ſuæ dogmata miſcuit Philoſophicis, ſicuti & Nos fa-
,, cimus "

Pudeat Tè adeò irreuerenter loqui de Chriſtiana philoſophia vt eam audeas comparare, cum viliſſima, mendaciſſima, porcina Secta Machometi? merito reprehendit ſubtiliſſimus Scotus Anicenam q. 2. prologi Sententiarum §. de 6. & in 4. d. 45. q. 2. B. quia Maumethicas fictiones, eiuſque impuriſſima dogmata, (quæ alias ipſemet Auicennas deſpexit, quemadmodum 9. ſuæ Metaphiſicæ cap. 7. exprobrat gulam, & coitum, Beatitudinem Maumethanam, Sapientibus, ac Theologis fælicitatem minime eſſe poſſe] aſſertionibus philoſophicis miſcuerit. Immeritò, Tu corripis nos, quod verum Vero roboremus; aut falſum, Vero [redacted]probemus.

At Solatium eſt miſeris Socios habere pœnarum. Namq; ex D. Hieronymo in Epiſt:84. ad Magnum Oratorem Romanum, legimus etiam Cyprianum, Virum eloquentia clarum, & martyrio inclytum, à Zoilis correptum fuiſſe, eo

quia

quia aduersus Demetrianum dum scriberet, testimonijs vsus fuerit prophetarum, & Apostolorum, quæ Demetrianus, ficta, & commentitia esse dicebat.

Replicas " hoc esse, notum per ignotum probare. Vnde scitè Scotus in prima prologi notauit in margine, ex super-„ naturaliter reuelatis, non esse viam probandi aliquid con-„ tra philosophum. Quod documentum, si Nos attendis-„ semus, dum philosophiam naturalem scripsimus, tam cre-„ brò naturalia asserta non fuissent terminata " pag. 432.

Et tandem concludis " Ego pro viribus laboraui philoso-„ phiam Arist: non miscere cum doctrina Christi; Aristot: „ enim non est Christianus, neque Christianæ Veritates, aut „ pręcepta, aut Sacramenta ex Arist: & sequacibus, sunt po-„ stulanda."

Respondeo primo. possem negare, Scotum annotasse in margine, sui scripti originalis, quæ Tu dicis. Etemim hoc tale, ac tantum documentum, video consideratione neglectum à tribus celeberrimis Scoti Commentatoribus, Licheto, Bargio & Tatareto; prout est legere apud ipsos. præterquamquod, quanta fides adhibenda sit illis additionib⁹. linea illa variata, ac anfractuosa interclusis, insertisq; scripto Anglicano, legantur in primis quæ annotauit frequenter in margine Mauritius Hibernicus diligentissimus Oxoniensis scripti castigator, præcipuè autem p d. 2. q. 2 pag. 27. in fine 2. col. item 2. d. 2. q 7 & d. 3. qu. p. pag. 40. Item d. 2. q. 7. pag. 31 col. 4. item d. 3 q. 2 pag 43 col 2. item d 3 q 6. pag. 57. col. 2. item d. 3. q. 7. pag 60. col. 3 item d. 17. q. 2. pag. 108 col. p. & alibi sexcenties. & legentur inquam hæc verba (hæc additio est aliorum) vel

in aliquibus originalibus notatur. vt additio aliorum, vel Doctor cancellauit totam hanc literam, vel in originali est vacat, vel non est in originali Doctoris,] & similia; quæ fortè in causa sunt, vt communiter apud Scotistas, hæ additiones seu (extra,) vt vocant, non acceptentur sicuti textus Scoti, neque parem cum eo authoritatem habeāt. Hinc Tatar: 2 d. 18 q. v. in fine ad propositū annotauit circa responsionem argumenti (de artificialibus, & naturalibus,) quod à nonnullis ponebatur [extra] melius esse, vt sit bona declaratio Scoti, per hoc indicando, has additiones dixi [extra] quasi extraneas à doctrina Scoti. Quemadmodum quis dubitat, illam esse, quæ legitur 2. d. 20. q. 2. in fine; vbi docetur fœminas in ressurectione, excepta B. Virgine, resurrecturas Viros! Quam additionem Alfonsus de Castro lib. 13. aduersus hæreses, inter hæreticas propositiones reposuit verbo (Resurectio] hæresi quinta ex D. August: lib. 22. de Ciuit: Dei cap 17. quod ideo dictum volui, vt eruditus rectos iudicet, quam fundatè Ferchius contra Nos scripserit, " quod notabile subtilis Do- „ ctoris documentum, si offensores attendissent, dum Philo- „ sophiam naturalem scribunt, supernaturalia asserta, non „ temerassent, tam crebrò. " Vnum [extra] nobis opponit: Attamen si, & inquantum hoc documentum margine citata contentum, acceptando.

Respondeo secundo. Nos Religiosos scripsisse philosophiā Christianam, ad Christianæ Iuuentutis profectum, vt de Republica Christiana mereremus. Vestigiaque nostrorum maiorum immitati sumus, quemadmodum Tu met scribis lib. p. de Cœli ortu cap. 16. pag. 155. his verbis. " Patres

Eccle-

„ Ecclesiæ ita sunt Platoni addicti, vt tamen nunquam Platonicum dogma contra Christianam assertionem defen-
„ dant, nunquam Christianam propositionem in gratiã Pla-
„ tonis impugnent; Sed Platonica, si Christi placitis aduersẽ-
„ tur, Patres deserunt, reffellunt, resoluunt. " Itaquoq; Nos primo ignota naturaliter, per nota naturaliter probãtes, hoc est per rationes philosophicas procedimus, & si aliquando occasione oblata, deprehendimus aliquam propositionem philosophicam minus cohęrere Veritati fidei nostræ, statim ratione Theologica respuimus. Qui etiam procedendi modus, non est nota per ignota probare, cum Catholica Veritas ęque, Christianis Philosophis (contra quos est nostra disputatio) patteat per lumen fidei; quod lumen, propterea quod Infidelibus Philosophis (scilicet Arist: & alijs] negatum; hinc scitè Scotus [si tamen Scot. cum illa sit vna additio in Scoto, & non textus] affirmabat non esse viam procedendi contra Philosophum scilicet Arist: per supernaturalia media.

Num verò Tu consultius feceris, non miscuisse Doctrinam Christi philosophiæ, & paganam Sophiam pro infidelibus, Maumethanis, Hæreticis, quibus supernaturalia sunt ignota elaborasse; sicque sub Arist: pallio hæreses docuisse; de Republica gentium optimè meruisse: Vno verbo, stultas opiniones dictasse, quas deuitandas iussit Apost: ad Titi cap 3. qui iudicaturus est Viuos, atque Mortuos decernet.

Legãtur interim, atque Tibi applicentur, quæ scripsisti lib. p. de Cæli ortu cit. contra Gianinum, " qui pro Arist: Christum, & Christianam Religionem deseruit.

Rursus instas " Cremoninus proferens sententiam Arist: &

V 2 Greco-

„ Grecorum; qui solo lumine Naturæ loquuntur, non est ex
„ supernaturali lumine confutandus. ‘Non esse sacra dicta,
„ & dogmata inter naturalia dogmata miscenda; manife-
„ stum est per ea, quæ dixit D. Paulus p. ad Corinth: cap. 2 &
„ 2 ad Corinth: cap. 6. „

Respondeo primo. Nos confutasse cremoninum authoritatibus Arist: quas ipse negabat posse adduci à Latinis contra opinionem Græcorum; & hoc à nom. 9. vsq; ad 11. inclusiuè. Deinde confutauimus etiam rationibus à lumine naturali petitis à n. 12 vsq; ad 15. exclusiuè; quod, nisi exocu atus negare audebit. quo præstito, n. 14. aduertimus Cremonini Opinionem de formis elementorum. videri in fide suspectam, ob Sacramentum Eucharistiæ, in opinione eorum, qui defendunt cum probabili sententia, (Aquam etiam in Vinum non transmutatam conuerti in Sanguinem in Sacrificio Altaris.] Ob rationem ibi adductã. quod omnino præstare debebamus, vt Scopum nostrum in tradenda philosophia Christiana assequeremur, quemadmodum supra diximus, scilicet, vt studiosa Christiana Iuuentus, quid vitandum, quid ve amplexandum foret, cognosceret, et ne fortè; “ quidam horrendè impij, plus
„ Arist: credant, quam Christo, “ sicuti Gianino contigisse, Tu testaris in oratione superius citata.

Respondeo secundo. quando eo loco disputabamus contra Cremoninum. Nos credidisse, disputationem nostram fore cum philosopho Christiano, à Catholichissima Republica Veneta, in Vniuersitate Patauina, conducto ad eum finem, vt philosophiam profiteretur secundum præscriptum Bullæ incipien: (Apostolici Regiminis) promulga-

ta in Concil: Lateran: sub Leone X. sess. 8. quâ præcipitur omnibus Lectoribus studiorum generalium totius Orbis Christiani; (vt cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur. Auditoribus suis legerint, siue explanauerint &c. Teneantur eiusdem Veritatẽ Religionis Catholicę omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse, docere cum omni studio, huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere, atque resoluere.) id quod, Nos loco citato pro virili fecimus; quapropter credebamus inquam, contra Philosophum Christianum susceptam disputationem; Nos iure meritò debuisse admonere eum absurditatis secuturæ in eius opinione in rem Sacratissimam, vt potè in quam tanta deuotione, & reuerentia ferebatur, sicuti Tu scribis. Neque vmquam somniauissemus, per te Cremoninum excusandum fore improba illa excusatione à Sacro Concilio damnata (licere scilicet philosophantibus secundum saltem philosophiã impia naturalia dogmata vera putare.) Quæ tamen, lumine supernaturali, hoc est, authoritatibus ex Euangelio deductis, confutat, & conuincit Concilium Sect. 8.

Respondeo tertio. Autoritates D. Pauli p. & 2. ad Corinth: cap. 2. & 6. non citari ad propositum. Verba primæ citationis hæc sunt. (Nos autem, non spiritum huius Mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt, quæ, & loquimur, non indoctis humanę scientiæ Verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes; animalis autem homo, non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. stultitia enim est illi, & non potest

test intelligere, quia spiritualiter examinatur.) quæ verba proferuntur ab Apost: contra Philosophos Gentiles, apud Corinthios degentes, vti doctissimè interpratatur Haymo Episcopus Alberstadiensis in eum locũ. Nos autem disputamus contra Philosophos Christianos, Mysteriorum Spiritualium capaciores.

Verba citationis secundæ, hæc sunt, (nolite iugum ducere cũ Infidelibus; quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad Tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? autque pars Fideli cum Infideli?) hoc est, vt interpratatur prædictus doctissimus Haymo in eum locum. nolite suscipere iugum Diaboli, neq; æquari Infidelibus, aut coniungi, ne similes illis efficiamini. quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? idest quæ societas iusto homini iustitiam habenti, cum iniusto homine, & Pagano? Nulla. quæ Societas luci idest fideli, cum tenebris, idest Infideli? Nulla. hæc Haymo. quibus deprehenditur, Apostolica verba minus ad propositum adduci, quando cõtentio nostra vergat inter Philosophos Christianos tãtum, sicuti protestati fuimus qq: proemialibus ad Vniuersam Arist: Logicam, & Philosophiam.

Respondeo quarto. Te artificiosè tacuisse verba textus Apost: primæ ad Corinth. cap. 2. nimirum, ne Clientem Cremoninum, quem defendendum suscepisti, vituperares. cum ijs verbis, (Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei.) ad viuum (interpræte Haymone) Cremoninus delineasse videatur Apostolus. Animalis autem homo dicitur, [inquit Haymo) qui Spiritum Dei non habet, qui licet ratione à pecore distet tamen ipsa ratione

non

non bene vtitur, quia non putat esse aliquid post mortem, sed secundum ritum animalium versatur.) Hæc Haymo, qua interpratatione, Cremoninus, Alexandreus, animę rationalis interemptor, atque Epicureus describitur. sequitur Apost: (stultitia est enim illi) subaudis. quod audit de Mysterijs Dei, interpretatur Haymo. atque ita en iterum Cremoninus, Penicillo Haymonis, & Ferchiano depictus pag. 97. Cui, & consortibus Paganis, nec non Maumethanis, Mysteria Dei, videlicet reuelationes supernaturales, stultitia sunt; quapropter teste Ferchio pag. 139." ad aures Arist: contra Fidem Catholicam scripsit.

Nec minus D Bernardi authoritas serm. 5. in cantica adducitur ad propositum. Contendebat Melifluus Doctor eo loco, Animam nostram corpore egere naturaliter, vt illam assequatur sciẽtiã, quæ gradũ facit ad ea, de quorum fit cognitio beata. & obijciẽti de paruulis regeneratis, quod absque tali scientia rerum corporalium exeuntes de corpore, ad beatam Vitam, nihilominus transire credantur. breuiter respondet. Hoc illis conferre gratiam, non naturam. & subiungit [(quid ad me de Miraculo Dei, qui de naturalibus dissero?) quasi dicat. Si regeneratis miraculum accidit, non est ad propositum obiectio; cum Ego contendam, naturaliter Animam corpore egere ad comparandam scientiam corporalium. Ex hoc non videtur elicienda cousequentia quam Tu intendis. igitur Theologica ratio non est adhibenda, vel ad confirmandum verum, vel ad reprobandum falsum, quale non erat assertum D. Bernardi.

Bartolomei Spine, veltuti inter concinnentes olores obstre-

pentis

pentis Anseris, cantum non recipio; & quidem potiori Iure, quam tibi liceat Scoti publico Interpreti, authoritatem Scoticam reijcere, eoque magis cum non sit ad propositum. Siquidem Spineus, eos increpet Pphilosophos, quibus cum desunt rationes naturales in corde Philosophiæ, recurrunt pro subsidio ad sacras literas; qui casus non est noster; cum Nos inter affluentes allatas rationes naturales, afferamus rationes Thelogicas, eà mente, qua supra diximus. legantur articulus ille controuersus, & aliæ quæstiones, vbi è rè nata, à nobis misentur rationes Theologicæ Philosophicis. Concludo, hæc authoritas, cum potius scandalum pariat, (si frontem haberes) quando adducatur à Scoti publico Interprete, Infidelissimum Scoti Discipulum; propterea; detestatione, non responsione est digna.

Quarta

Quarta Querela Ferchij.

Quod non rectè dicamus; Veram Philosophandi Viam, esse magis rationibus, quàm authoritatibus certare.

EXcellentissimus Georgius Raguseus, de Peripatetica philosophia optimè meritus, disputandi occasionem de formis elementorum contra Cæsarem Cremoninum referens disp: 15, inquit eam fuisse, vt Latinos Philosophos, in quos adeo acerbe, & contumeliosè inuehitur Cremon: vt eos planè negligere, atq; irridere videatur; ab iniusta contumelia vindicaret.

Etenim Cremon: Græcorum sententiam, adeo veram esse profitebatur; vt quicquid contra à Latinis allatum esset; falsum omnino, & ab Arist: alienissimum iudicaret. Potissimè vero se iactaret, Latinos Philosophos, nec vllum quidem locum assignare posse, vbi elementorum qualitates, Arist: dixerit accidentia. Quoniã verò, idem Vir Excellentissimus in Patauino Lyceo Antagonista fuerat in Cremoninum, optimeque eius philosophandi modum nouerat, (vt pote crebris disputationibus expertus] Cremonini morem in argumentando, ac respondendo Latinis Scholasticis (is enim fuit Græcorum, & maximè Alexandri Aphrodisei perpetuus Latero] aperit. Nam cum ieiunis, & sterilibus Arist. authoritatibus, Cremoninus suffultus, Aduersarios impeteret. Si aliquando ab ijs solutionem, quam in Arist: non inuenerat [non enim est necesse Arist: omnia dixisse) audiuisset, statim acquiescens,

responsionem illam, satis risu impugnatam fore sufficienter credebat. Hucusque Raguseus, qui & sui temporis hãc corruptam, atque irrationabilem disputandi methodum, solis scilicet Arist: authoritatibus ieiunis, tanquam philosophicæ Scholæ insigne dedecus, & ignorantiæ apertissimũ argumentum deplorat.

Hæc eadem occasio, quæ Raguseum in Cremoninum impulit, coegit etiam Nos, vt in lib. de Geni disp. p. qu. 2. a. p. scripserimus. Hæc est receptissima sententia præsertim inter Latinos vt diximus; quam Scotus semper supponere videtur, vbicumque de his qualitatibus loquitur, ita 2 d 2. q. 6. N. & O. & d 15. q. v. & p d. 17. q 3. & alibi sæpe. Probatur primo plurimis, & manifestis Arist: authoritatibus, non quia in his caput faciamus. Nam apud Nos, semper magis vrgebit vna stabilis ratio, quam mille authoritates. (Scire namque est rem per causam cognoscere, non per authoritatem;) & vt inquit ille (non est attendendum, quis dicat, sed quid dicat; & huius indolis sunt probationes Philosophi.)

Vnde Hieronymus ab Angesto Scotista Inclytus lib. 2. de formarum proprietatibus pag. 58. loquens de authoritatibus etiam Arist: inquit; (quas sine experientia, vel ratione in Philosophia, non libenter recipio.)

Auersa q. 41. sect. 3. ait, (nec oportet in rebus philosophicis, totum fere studium ad examinandas authoritates conuertere.) Vnde asserta sua, solis authoritatibus stabilire vt Cremoninus assolet, non solum in liberis authorib⁹ est indecorũ: Sed etiã in ipsis Arist: Interpretibus minimè laudandum, vt monuit Zabarella Vir de Arist: doctrina

bene-

benemeritus lib: de Regionibus Aeris cap. 6. vbi ait, (& laudandi quidem in hoc sunt Interpretes Arist: qui in sola ipsius authoritate non acquiescentes, de eius dictis dubitarunt, tanquam rationem quoque exquirentes; quod quidem illi, qui verè philosophi esse volunt, in omnibus facere deberent.] quare verus, & genuinus philosophandi modus, etiā in Peripato, est, non soli Arist: authoritati acquiescere, sed etiam rationem vestigare dictorū ab Arist: nam qui soli authoritati fidit, rationem spernens, argutè à quoddam appellatus est, [Vir multæ authoritatis, sed modicæ rationis,] seu homo sine ratione. Ea igitur potissimum de causa, Arist: authoritates adduximus pro nostro asserto, vt putidissimum Cremonini mendacium refellamus, qui sect: 2. cap p. ait, Latinos, nec vnum quidem Arist: locum adducere posse, vbi elementorum qualitates appellauerit accidentales, cum tamen pro Græcorum sententia, legantur innumeræ ab ipso relatæ. Hunc irrationabilem philosophandi modum, etiam disp. 5. qu. 2. a. 2. in fine detestati fuimus.

Ferchius, quasi pupillam oculi eius tetigerimus, dum Cremoninum authorem talis philosophandi modi irrationabilis suggillabimus, adeo queritur, vt nil vltra; atq; in hoc suo Libello, vbicunque oblata, & etiam non oblata occasione, mirum est, quam Nos lacessat, damnet, rideat, irrideat suis dicterijs, salibus, ironijs, quasi portenti cuiusdam maximi in philosophia, parentes, nos fuerimus queritur autem præcipuè pag. 88.

„ Cum legerem librum de Gen: & corrup: cōscriptum à Belluto, & Mastrio, idque volantibus oculis, ad inuenienda

ea, quæ contra me scripserant, casu occurrit videre pag. 20. nomen Cremonini lego, & seuerè ipsum vituperari conspicio. ordior à cap. lectionem illius paginæ, quæ incipit q. 2. à p. n. 9. Deprehendo offensores meos, acriter arguere eos, qui Arist: authoritatibus inhærent. Hanc ergo Cõclusionem, (non esse vtendum authoritatibus) probant Zabarellæ allata authoritate, & duorum Scriptorum, quos, qui sint ignoro. Ridiculum mihi visum est, Conclusioné esse, non vti authoritatibus, & probationem fieri per authoritatem."

Eamdem querelam replicat pag. 141. "Offensores in lib. de Gen: & Corrupt: car. 20. disp. p. q. 2. a. p. obloquuntur cõtra illos, qui Aristotelicæ nituntur authoritati." & paulo post. "Ad probandum autem, quod non valeat authoritatem citare, citant authoritates Angeli, Ragusei, atque ità probant per id quod reprobant.

Acrius tandem pag. 344. queritur. "Aristotelicos traducitis, tanquam irrationabiles, & irrationabili modo philosophantes, quoniam nimium fidunt Arist: & solum ex eius authoritate procedunt. Si Arist: absq; ratione esset locutus, sine ratione Aristotelici loquerentur. Sed ante, nec post Arist: aliquis Philosophus repertus, qui tam esset ratione armatus quã ipse. Citare ergo Arist: est citare rationem, vnde illius oratio, est quasi cẽtrum, ex quo innumeræ lineę Veritatum ducuntur.

Quar-

AD elidendam Vim huius Tuæ querelæ, qua tot rumores facis, tot turbas excitas. aliqua disquirenda sunt ad hominem, quædam ad rem ipsam: quibus discussis pro quo nostrum, stet inuicta Veritas, Prudens Lector iudicare dignabitur.

Ad hominem. Primo disquiro. Vnde Cremonini nomen seuerè à nobis vituperatū conspicis. Dicis pag. 144. "quando ipsum putida mendacia proferre asseritis, & eius philosophandi modum omnino damnatis." Laus Deo, & Veritati. cum ergo mendacibus, mendacia obijciuntur, vt confundantur, tunc per Te seuerè vituperantur? At nos credimus, tunc digna per Nos corripi, idque iuste deberi.

Si legitimè vituperatum cupis legere nomen Cremonini, adeas Libellum prædilecti discipuli tui Marci Antonij Nalij, prætitulatum (Auuisi di Parnaso à i Poeti toschi). pag. 82 qui fortè, Te dictante, vt ipse innuit pag. 65. scripsit. (Non potendo Sua Maestà Appollinea più soffrire le bestemmie di questo Filosofo [Cremonino] immediate decretò ch egli fosse cō i suoi Scritti abbruggiato in Parnaso.) Cremoninum, præcipuè in hac q. de formis elementorum, extitisse improbum ostentatorem; in Scholasticos Latinos, temerarium, cum eos cecidisse, & parum in Arist. oculatos fuisse criminetur; absurdicatum, atque portentorum authorem mirificum; arguentem vanum; respondentem inanem; falsarium; Aristotelici textus corruptorem; leuem, inconstantem, aliàs pertinacem, oscitantem; ad contradicendum

cendum facilem, denique mendacem impudentissimum; cum negare audeat Latinos, non tantum non afferre; sed nec etiam posse, loca ex Arist: quibus elementorum formæ, qualitates accidentales esse probentur; ex Raguseo Philosopho, Te ac veritate acclamante, præstantissimo legere fusè poteris loc: cit: quæ à nobis, Zelo latini honoris compulsis, in Græculum, Alexandreum, notatum a S. R. E. parcissimè fuere perstricta.

Sed quid Nalij atque doctissimi Ragusei dicta in Cremoninum refero? Si Cremonini nomen vituperatum vis conspicere, relege quæ Tumet scripsisti in lib: de Cœlesti substantia, ortu, ac motus contrarietate ad mentem Anaxagoræ, atque (atrocibus oculis) conspicies, Te, infrascriptis Titulis, Cremoninum exornasse. " quod plus credat " Simplicio, quam Arist: pag. p. quod Arist: testimonium cōtemnat pag. 6. quod non loquatur ad rem pag. 82. quod " formet prauè argumenta pag. 8. sibi contraria obloqui- " tur pag. 84. in argumentando negligit formam syllogismi " pag. 93. Demonstrationes multis nominibus fallaces con- " ficit pag. 104. capit argumenta à Piccolomineo congesta " in lib. de Cælo cap 3. pag. 105. Eius opinio de materia " Cæli interpositiones extraneas computatur pag. 122. sub " mantello Arist: propriam fidem (hoc est Atheorum) " docet pag. 150. erronea & impia dicit pag. 182. petit prin- " cipium contra Anaxagoram pag. 187. in argumentando " committit fallaciam figuræ dictionis pag. 191. sophisticè " ratiocinatur pag. 196. spurias demonstrationes erigit pag. " 200 non est sincerus peripateticus pag. 203 probat idem " per idem, & argumenta contra ipsum retorquentur pag. 205.

regu-

,, regulas Logicas informanda demonstratione ignorat pag. ,, 208. est Author ridiculi demonstrandi modi pag. 211. est ,, homo, qui multa dicit, & nihil probat pag. 212. citat falso ,, loca Arist: & Auerois pag. 213. imponit Arist: quod dixerit, ,, quæ minus in eo inueniuntur pag. 215. Textus incertos al- ,, legat pag. 219. format rationes falsas in Lyceo, & philoso- ,, phatur contra Arist: pag 221. incidit in redargutioné pag. ,, 222. in eius Vnica ratione, propositiones falsas sine num. ,, dicit pag. 223. sibimet contradicit pag. 227. 232. & 261. ,, Eius doctrina aduersatur Arist: pag. 241. atque tandem , Vir ille scripsit contra Fidem Catholicam pag 157. Tui Libelli. hæc, Ferchi, est grandis illa iniuria, quà Cremonini nomen, seuerè, sed tamen iustè, per Te vituperatur.

Secundo disquiro. Cum Nos obiter, occasione oblata, ex corrupta consuetudine philosophandi quà suprà. Diximus indecoram esse talem disputandi Methodum, id quod etiam testimoniis fide dignissimis stabiliuimus. ex quo capite phãtasiaris, nobis imponens; firmasse Conclusionem [non esse vtendum authoritatibus ?] quasi verò eò loci, disputationem de hac re instituerimus, rationes pro vtraque parte examinauerimus probauerimus nostram thesim ijs rationibus, quas per Conclusionem reprobamus. Mira calumniandi libido ! Mentem nostram rationabilem, ibi aperuimus contra irrationabiliter loquentes. atque contestes consortesque opinionis nostræ, eruditissimos Viros allegauimus, ne singulares in tanto negotio, quod Tibi tam valdè displicet, videremur.

Tertio disquiro. Ioco ne, an seriò affirmas, cum scribis " pro- ,, bant autem allata authoritate Zabarellæ, & duorum Scri-

ptorum,

„ ptorum, quos, qui sint ignoro? "Si loco dicis. dò Tibi manus. Si serio, ignoscas; per Temetipsum mentiris; relege pag. 140. & videbis, Te melius cognoscere ignotum Scriptorem Auersam, quam Nos: dum eum proprio nomine appellas Gabriellem [Raffaellem, tamen scribendum erat] quem Nos hic suppresso nomine, de agnomine Auersam diximus.

At at deprehendo mysterium: quis sit, hoc loco, Scriptor Auersa; quoniam pro nobis est, ignoras; optimè pag. 140. nouisti, quia contra Nos adductus. adeò verum est, quod scripsisti lib. de Cælesti Substantia cap. 24. pag. 70. " quæ „ pro nobis sunt, auidè rapimus. quæ contra Nos, nesciri, ne„ scireque volumus.

De altero ignoto Scriptore, Hieronymo ab Angesto, non disquiro. Scotista est, hoc solo agnomine, Tibi ignotissimũ sat scio, notissimus tamen inclytus Scotista fulget, si non Ferchio, Compluteñsi Collegio. videatur Sapientiss: Quied: in p. 2. tract: 6. de Vitijs, & peccatis Contr: 3. punct: 7. pag. 493. col: p. num. 98.

Ast ad rem veniamus. Ego sic statuo. Verus, ac genuinus philosophandi modus, non est, asserta sua, solis, ac ieiunis Arist: authoritatibus probare, ac eisdem acquiescere. Sed vera philosophandi Via, est rationibus potius procedere, & in Arist: authoritatibus, rationes etiam expiscari, & vestigare dictorum eius.

Tù è contra statuis: " genuina methodus philosophandi in „ Peripato, est authoritatibus certare, & qui Arist: authorita„ ti inhæret, non tenetur poscenti afferre rationem; cum ci„ tare Arist: sit perinde ac citare rationem, & orationem,

exquà

ex qua innumeræ lineæ Veritatum deducūtur. ita pag 344.

Probo nunc meum Assertum. inferius confutabo Tuum; idq; probo, non irrisoria verba, sicuti Tu fecisti, adducens: Sed Votis quatuor Virorum Tibi notissimorum, ne ignotos authores afferens, eos depellas, neque denuo rideas.

Primum Votum est Durandi à S. Portiano clarissimi nominis magistri, qui in præfatione in lib. sent. ita deffinit. Modus autem loquendi, aut scribendi in cæteris, quæ fidem nō tangunt, est vt magis innitamur Rationi, quam authoritati cuiuscunque Doctoris, quantumcunque celebris, vel sollemnis, & parui pendatur omnis humana authoritas, quando per rationem elucescit contraria Veritas; quamuis enim captiuandus sit intellectus noster in obsequium Christi, & in his, quæ fidem tangunt, plus acquiescere debemus authoritati Sacræ Scripturæ, quam cuicunque rationi humanæ, quia diuina notitia, quam exprimit Sacra Scriptura, plus excedit humanam notitiam, quam humana notitia, bestiales. tamén omnis homo, dimittens rationem propter authoritatem humanam, incidit in insipientiam bestialem, vt comparatus sit iumentis insipientibus, & similis factus sit illi. Hæc Durandus.

Secundum Votum est Patris Filippi Fabri Fauentini in Cathedra Scotica Patauinæ Vniuersitatis Tibi antecessoris, qui in opere posthumo suæ Metaphisicę quod Tibi concreditum, Typis Vulgasti, ac approbasti; lib. p. disp. p cap. p ità scribit Commonere Lectorem volo, quod cum multiplices sint philosophandi rationes apud Peripateticos, à primis vsque temporibus, illa semper mihi placuit, vt non solum verbis Arist: inhæreamus, non solum sententias

ſuorum Sectatorũ,& prçſertim eorũ,qui ſunt magni nominis approbemus, ſed verba, & ſententias Ariſt: cum ratione conferamus ac dicta aliorum Expoſitorum, quantumuis peritorum in iudicium reuocemus,ac de illis iudicemus, prout [Ratio ipſa] commonſtrabit. Hæc enim eſt vera philoſophandi Via, quà Ariſt: ipſe maximè vſus eſt, ac primi Peripatetici, etiam ipſius Ariſt: Auditores, vt Theophrastus, Ermia, Eunuchus, Hipparcus, Eudemus, Dicearchus, & alij; qui & ſi Ariſt: doctrinam admirati fuerunt, non tamen propter ſolam reuerentiam Præceptoris illi adhæſerunt, (ſed ratione duce. Neque etiam Nobis contra aduerſarios Ariſt. multum prodeſſe poteſt authoritas ſola Ariſt: cum illam ſpernant; Neq; in philoſophia Ariſt: ipſamet philoſophia aliquid iuuabit, niſi ratione ſolida & efficaci illam teneamus. (quoniam ſcire est rẽ per cauſam, propter quam rem est cognoſcere.) Neque Alexander Aprodiſeus, Amonius, Simplicius, Philopponus, Aueroes,& alij habiti ſunt Philoſophi maximè exiſtimatiſſimi, quia optimè intellexerunt ſententias Ariſt: ſed quia ſententias rationibus Ariſt: & proprijs communire ſciuerunt. Hæc veraciter, & ſolide Pater Fauentinus; quo vnico ſuffragio, ſatis & vltrà probatum eſt meum aſſertum.

Tertium Votum produco; idq; eſt eruditiſſimi Scipionis Claramontij, Viri in omni ſcientiarum genere excultiſſimi, qui à conſimili querela, qua Tu nos criminaris, ſe expurgans; in Defenſione ſua ab oppugnationibus Fortunij Liceti pag. 26. ita ſcribit Me præterea arrogantiæ incuſat, qui Catonianum Cenſorem agam in Viros literatos, & celeberrimos; quiq; arbiter mihi faſces Aſtronomiæ ſubmittendos

tendos; & qui Regiomontanum, & Cardanum contemnam, & reliquos omnes antiquos & recentes, at Thichonem, & Rothmãnum, & Snelium reprehendo. Ecquid? non ne Ticho ipse, libertatẽ iudiciorum, ne dum laudauit sed exegit. Vsq; à primis temporib⁹, moralis. Cicero, iudicia libera pronuntiauit, reprehendendo, aut adducendo rationem; licet rationem præseferre, (quod ego facio,) cuiusuis, vel maximi Scriptoris authoritate. ita Claramontius.

En iudicium tanti Viri de prælatione rationis; quod fortè, à Plinio iuniore lib. p. sub finem Epist: 20. accepit, cum inquit. Hæc est adhuc mea sententia, quam mutabo, di dissenseris Tu. sed planè cur dissentias, explices rogo; quãuis enim credere authoritati tuę debeam; rectius tamen arbitror in tanta re ratione, quam authoritate superare.

Vel potius sumpsit à D. August: lib 2. de ordine rerum cap. 9. tom. p cum scribit; [Quamquam bonorum authoritas, imperitæ multitudini videatur esse salubrior. Ratio vero est aptior eruditis. En canonizatum, quod Nos diximus; indecorum esse in liberis authoribus, maximi Scriptoris authoritati acquiescere, illique soli fidere.

Sed prodeat quartum Votum quo vnico calculo, ita inconcussum firmetur meum Assertum, vt planè contra quemque proteruum, maneat etiam demonstratum. Hoc quartum Votum, est Tuum proprium, Ferchi. quis, qualis, quantus sit Ferchius, haud scio num Tibi sit notus? proferam, est Votum Veglensis: nam, vt ampullosè dicis in Apol: contra Matenes pag. 30. Veglensis, turgẽs nomen magis notum est exteris, quam Ferchij, adeo vt Tibi, &

alijs (quod summopere desidero) notum sit proprium Votum.

Ille ergo Tu, in opusculo de ortu Danubij; postquam lapsum Arist: reserasti in origine maximi Fluuij Europei. Cap. 4. inquirens, quisnam author fuerit erroris in fonte Tartessi, & Istri; confidentiam nimiam, quam Peripatetici habent in Arist: his verbis, ita corripis. " Cicero in lib p de Na-
„ tura Deorum prudenter monuit dicens. (obest plerum-
„ que ijs, qui discere volunt, authoritas eorum, qui se doce-
„ re profitentur; desinunt enim suum iudicium habere, id
„ habent ratum, quod ab eo, quem probant iudicatum vi-
„ dent.) Hæc Cicero pergis Tu scribendo. " Neque dif-
„ fidere, neque fidere nimium Præceptori oportet, sed mo-
„ dus est adhibendus. magnam confidentiam, & fidem in
„ Peripateticis erga Arist: non immeritò cõmendo, ob emi-
„ nentem supremi Viri doctrinam, diligentiam, methodum,
„ nimiam fidem, non probo; quæ in causa fuit, cur Veteres
„ non quæsierint eos authores, quibus Ducibus Arist: vsus est
„ in naturali fluuiorum historia. Neminem nominabo prę-
„ ter Aueroem, qui Cordubæ ad ripas Tartessi scribens, leui
„ negotio potuisset, verũ Tartessi fontem deprehendere, &
„ eo deprehenso, Authorem erroris inquirere at Aueroes,
„ nephas putauit de Magistri Veracitate dubitare. " hæc Tu veritate coactus scribis.

Aueroes igitur, nephas putauit de Magistri veritate dubitare? Ecce Peripateticis vitiũ familiare; nephas credunt de Magistri Arist: veracitate ambigere. " Toti se committunt
„ authoritati summi Philosophi, inquis Tu pag. 141 at si cę-
cus, cæcum ducatum prebeat, non ne ambo in foueam

ru-

ruunt? ita planè Arist: contigisse, Tumet in fine cit cap. obtestaris illis verbis. " factum arbitror, magno imbeci-
„ litatis humanæ argumento, vt Vir naturalium sapientum
„ sūmus, vero ac falso propositis. Verum reprobarit, falsum approbarit. "

Quatuor igitur Votis, stabilitum monet assertum meum. Tribus quidem prioribus, robustissimè. Etenim de quarto tuo, non audeo multum mihi polliceri, cum sis testis (varius) in hoc controuerso asserto, dummodo non astruis, quod pag 141 & alibi blaterasti. Insuper (infidus) quādo in referenda authoritate Ciceronis in libro de Natura Deorum, eam, capite truncatam malitiosè adducas. cum Cicero loc. cit. dicat. (Non tàm Authores disputando, quàm Rationis momenta quærenda sunt, quin, & obest plerumque &c.] Videatur noster Delphinus lib. 2. de Ecclesia pag 29 eam fideliter, & exintegro vt decet probum Virum transcribens; atque reprobans hunc Pithagoricum philosophandi modū, soli authoritati innitentem, rationes aspernantem.

At Mastrius [liceat mihi paululum, non tamen extra propositum digredi, " etenim laus & vera, & probata, etiam
„ ore proprio, iusta vrgente causa modestè referri potest. " scribis Tu lib. 2. Apol: n 42.] Te assertore, multę est authoritatis, qui authoritates summi Philosophi mille, reprobat præ una conuincente, ac valida eius ratione. irrideat si quis vult] clamat Cicero in paradoxis. [plus apud me vera ratio valeat, quam vulgi opinio.]

Rationem ab intellectu productam, non amorem solum, & reuerentiam à voluntate prodeuntem, quemadmodū Tu ipse

ipse optabas libello de fabul: Palęstini Stagni pag. 36. in Iacobo tuo studioso, & ipse desiderat.

Suspicit, ac veneratur quàm maximè Mastrius Arist: legatur disp. p. q. 6. logicæ pag. 237. & scriptum ab eo videbitur, quod Arist: [in philosophia est tanquā Oraculum, & Magister, & eius textus est basis & fundamentum totius Philosophiæ.) Testantur Orbi Vniuerso eius quales, qualesq; labores in Arist: Philosophiam, rationalem, naturalem, & transnaturalem, reuerentiam, quam in summum Philosophum profitetur. Sed (Sanctius) putat Mastrius [amicis,] quinimo sibi ipsi, (Veritatem præponere.] Fuga non est illa Mastrij, quam Tu dicis, quando non potest se liberare ab Arist: authoritatibus in Philosophia, illas reijcere: alioquin etiam manifesta fuga foret illa Tua, cum in Vest: 4. cap. 11 reiectis authoritatibus Arist: ad rationes conuersus, scribis " at vero argumenta quędam ex authoritate Arist: enascebantur, quædam ex ratione. facessat in hac dispu„ tatione illius authoritas, quem authorem nolumus, cum „ ille nolit se Veritati esse prælatum. ad rationes conuerta„ mur, ne officiant Veritatis amatoribus hæc Tu cum Mastrio optimè consentiens; fortè haud ignarus illius, quod Petrus Tatar: grauissimus Scotista in 4. d. 43. q 2 exarauit. [mirabilem scilicet fatuitatem esse in aliquibus Doctoribus, qui volunt assumere omnia dicta Philosophorū; ac si essent ostensa ratione naturali. Non enim sequitur, Philosophus hoc dicit, ergo hoc sequitur ratione naturali.

Quanti valeant Arist: authoritates nudæ, legantur quę Tu lib. 2. de Cœli ortu cap. 12. pag. 211 scripsisti contra quem modo tueris Cremoninum. Etenim, cum ille duas petitiones

nes principales probare vellit, scilicet (Agens incorporeum non potest transmutare Corporeum.) & (ex materia prima nuda, non potest aliquid fieri) Scribis hæc
„ verba. Demonstrat illas Cremoninus authoritatibus Auerois, & Arist: Nouum demonstrationis genus, vt hominis
„ dictum, sit medium in demonstratione propter quid, vel
„ quod. Fiat ergo talis demonstratio. Nullum Auerois, &
„ Arist: dictum potest transmutare substantiam corpoream;
„ sed agnes incorporeum est Arist: dictum, ergo agens incor-
„ poreum non potest transmutare subiectum corporeum.
„ Euge Euge demonstrationes. " hæc Tu sollemniter, &
„ meritò Cremoninum exsibilando, irridendo; ac si diceres
„ cum Patre Lancellotto (Farfalloni,) (Farfalloni.

Verus igitur Philosophandi modus, velis nolis, est; quem docet, & eo vtitur Mastrins. quem docuerunt, & eo Vsi sunt Peripatetici meliores, dum ieiunę, & nudę authoritatis Aristotelicæ rationem solidam petit ab i js, qui cum Picos se esse credant, tanquam Picæ quædam disputantes seu verius garulantes, videntur.

Hunc verum philosophandi modum, Tu met approbare cum Cremonino videris lib. de Cœlesti substantia cap. 19. pag. 52. etenim responsionem Gianini ad argumentum Philopponi, quo probabatur authoritate Platonis, Cœlum esse igem, adducens ità scribis. " Thomas Gianinus de Cœli
„ natura respondet. Hoc argumentum, tum leue per se est,
„ tum etiã, & falsum. est leuę, quia in sciẽti js tradendis, dede-
„ cet hominum testimoni js certare &c. Sed hoc dedecus,
„ quod ali js exprobat Gianinus, ipse probat, nam pro se citat
„ Hæbreos, Chaldeos, Aegyptios &c. facilius ergo fuit alium

repre-

„ reprehendere, quam reprehensionem cauere. " Hæc Tu concludens pag. 53. in fine. " At Cremoninus ait, ratio-
„ nes Arist: in campo philosophiç præseferre Veterum autho-
„ ritatum reprobationem.

Didicit Mastrius densum illud genus arguendi, & respondendi in Libello tuo de fabulis Palæstini Stagni pag. 112 cum
„ scribis " Nam cum Astronomi, vt experti testantur; plane-
„ tos ad Terram accedere, à Terra recedere. modò progredi,
„ stare, regredi. Stellas nouas in orbe inerrante accendi,
„ & estingui. Peripatetici quidam, & si valeant in hac eadē
„ Vrbe periculum facere, nolunt experiri, ne reuincantur.
„ Expertos falli, & contra naturç principia, idest Arist loqui
„ asserunt; atq; hi gratiosiores, & in omnium occulis haben-
„ tur tanquam fidelissimi Sequaces Arist: „"

Quam Peripateticorum peruicatiam iteratò corripis *lib. p. de* Cœli ortu cap. 13. pag 147. & rursus lib. 2 de Cœlistis motus Contrarietate cap. 19. pag. 358. nimiam Sequaciū Arist: deuotionem, ac confidentiam his verbis damnas. "
„ Scio Peripatetici non placere Orbes Eccentricos, aut Epi-
„ cyclos, scilicet Orbes partim graciles, partim obæsos, aliç
„ solidos, alios perforatos; Epicyclum item motum circa pro-
„ prium Centrum, sed secundum partem accedentem vel
„ recedentem à Centro Mundi. Non placent ista, quia sunt
„ Arist: contraria. Exclamant esse contraria regulis Natu-
„ ræ. (Sed negare sensum est infirmitas intellectus.) " ita planè Ferchi, hoc morbo Peripateticos addictissimos, laborare conuincitur.

Verum Deo sint Laudes, scribit Alexander Tassonus lib. 10. cap. 5. (de i Pensieri diuersi.) Siamo venuti à segno, che

che quantunque la dottrina Peripatetica, sia la più sicura, e migliore, e da tutti confessata per tale; Si disputa nondimeno, e si bilantia ogni suo puntino, prima che si conceda; e doue si troua intoppo, si cerca con ogni sottigliezza d'ingegno la Vertà; e non fa l'authorita d'Aristotile, che si achettino gl'intelletti al suo dire, ne che s'ametta cos' alcuna, se non resta l'intelletto conuinto. Hæc eruditissimus Tassonus fortè id acceptum referens à Cicerone in hortensio. cum scripsit (philosophia rationibus progredi debet)

Optimè callet Mastrius, scire Aristotelicum, à Pithagorico scire, toto Cœlo distare. illud, tunc arbitramur, cum causam propter quam res est, cognoscimus. Hoc nulla reddita causa, authoritati Præceptoris arctè mordicusque tenetur. Cui Tu met obliuiosus eorum, quæ alibi scripsisti pag. 230. subscribis, cum inquis. " Consuetudo Arist: est, non solum proponere propositiones, sed etiam probare illas iuxta decretum octaui phys: t. 15 [oportet non ponere, neque censere vllam sententiam irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre.) quo circa, licet proponat propositionem ex aliorum authoritate probatam, non propter hoc ommittit rationem probantem; nec enim ex authoritate scientia, sed ex ratione producitur ab Arist: sic in p. phys. proponit illud [principia sunt contraria.] probat vero authoritate veterum Philosophorum, sed à t 42. ad 46. potissimè ratione confirmat; quare si Arist: attulisset illam propositionem (ex nihilo nihil fit,] vt veram, iuxta suam consuetudinem, præter authoritatem Priscorum, pro illa propositione, rationem attulisset; hæc Tu contra temetipsum. & quidem scitè;

nam (consuetudo hæc est,) inquit Cano loc: infracitādo. [Sacracenorum Paganorum. hæreticorum, vt cæca, & temeraria suæ Sectæ dogmata sine iuditio complectantur, & quæ disquisitione egent maximè, hæc sine vlla disquisitione excipiant;] & hæc digrediendo sint dicta; Nam aliàs fortè non semel de hac re sermò redibit.

At solida ratione probo etiam meum assertum ne mihi ineptè obijcias probationes fieri per authoritates ad probandā thæsim [non vtendum esse authoritatibus.] certissimū est, Arist: nundam authoritatem ad veritates naturales indagandas (de supernaturalibus non loquor, cum Arist: fuerit Paganus, & homo defectibilis, sicuti Tu scribis pag. 465. & alibi) parem fidem non habere cum Sacræ Scripturæ authoritate. atqui hęc, eam sibi vendicat fidē, vt statim intellectus ad eius obsequium captiuetur, eique omnino acquiescamus, nec rationem petamus, cum eam citare, verissimè sit ac citare rationem, ergo nudam Arist: authoritatem, proponenti, in promptu debet esse ratio solida, si petatur. maior probatur contra proteruum, si negatur. nam si par fides adhibenda esset Arist: nudæ authoritati, ac Sacræ Scripturæ à Deo reuelatæ, igitur cum Peripateticus adfert authoritatem Arist: asserentis pluralitatē Deorum, statim sibi acquiescendum, nec ratio dicti, quod lumine naturali probari potest petenda, sicque authoritas Sacræ Scripturæ negligenda, cum verum vero non opponatur.

Sed forsam dices (etenim & Tu de illis es, qui se totos committant authoritati summi Philosophi pag. 431. 434. 435 hoc argumentum conuincere quidem, intellectum fidelem

lem; aſt Infidelem, & Paganum, minimè. nam parem fidem adhibere debent puri Peripatetici Ariſt: in cognitione rerum naturalium, ac Sacræ Scripturæ Chriſtiani, qui toti ſe committunt authoritati ſummi Viri.

At parcat Deus, ſi hoc audes. hoc ſacrilegum reſparſum, audi quemadmodum deploret Melchior Cano lib. 10. de locis Theologicis cap. 5. (audiuimus enim Italos eſſe quoſdam, qui ſuis, & Ariſt: & Aueroi tantum temporis dant quantum Sacris Literis ij, qui maximè Sacra Doctrina delectantur; tantum vero fidei, quantum Apoſtolis, & Euangeliſtis ij, qui maximè ſunt in Chriſti Doctrinam religioſi; ex quo nata ſunt in Italia peſtifera illa dogmata de mortalitate animæ, & diuina circa res humanas improuidentia. Si verum eſt quod dicitur; nihil enim præter auditum habeo, cum homines Ariſt: inflati opinionibus turpiter ſibi blandiuntur & inde in maximo verſantur errore.) hæc Cano.

Sed neputes, Te magni aliquid feciſſe, cum Pagani Veſtigator, vim argumenti eluſiſſe videaris Chriſtiani, quam tamen non eluſiſti. Cum probet argumentum de veritate, vtroque lumine naturali, & ſupernaturali cognita, quemadmodum eſt [vnitas Dei.]

Contra replico. Ariſt: per Te non eſt Deus ergo parem authoritatem non habet cum Deo, atqui authoritas Dei apud fidelem, & Infidelem intellectum hoc iure potitur, vt ipſa citata ei acquieſcatur, quinimmo iniuria fieret Deo, ſi rationes Oraculorum eius peterentur; cum (ad hæc nulla opus ſit ratione) inquit D. Ioannes Chriſoſtom: homil: 65. in Ioannem poſt mediũ, ergo authoritas Ariſt: ratione debet fulciri, ab eaq; expiſcanda eſt ratio, etiam in cognitione

intra limitanea Naturæ. Sicquè rectus philosophandi modus, non est solis ieiunis, nudis Arist: authoritatibus certare. atq; hæc satis pro asserto meo stabilito.

Nunc aggredior tuum Assertum confutare. In Aristotelica scilicet Philosophia, quam in Tuis vestigationibus quærere protestaris pag 421. " tantundem non esse citare Arist: ac citare Rationem, seu Orationem quasi Centrum, ex quo innumeræ lineæ Veritatum ducantur, vti scribis pag. 344.

Probo primo ad hominem. In confesso es, Te veram Philosophiam nō quærere, sed solam Arist: pag. 421. ergo in confesso es, Te veraces rationes, hoc est, Veritatem non quærere, inuentam nolle sequi, ac proinde citare Arist: non erit citare rationem, seu Orationem quasi Centrum, ex quo innumeræ lineæ Veritatum ducantur. Consequētiam probo. In vera Philosophia, nullum errorem, nullum falsum esse posse, testatoris loco supracit: sed hanc Tu negligis, & quærere contemnis pag. 12. quinimmo Nos eam vestigantes, derides pag. 16. & 97. In Philosophia Arist. nonnullos errores irrepsisse ex deffectu Philosophi, vellis, nollis, cogeris veraciter fateri (quos enumeratos eo loc: cit: peringentem calumniam, Tu impostor egregius, nobis imponis) hancque Philophiam, tu vestigas pag. 16. 159. & alibi; secundū eius principia dogmatizas, dogmata publice doces, Typis inuulgas; & quod malorum pessimum est, Auditores Tui, ea pestifera dogmata constanter credunt, vt est videre apud Marcum Antonium Nalium in suo Libello [auisi di Parnaso à Poeti Toschi] pag. 56. (quem meritò Sacra Congregatio Vniuersalis Inquisitionis Rom: damnauit hoc anno 1647.) ergo per Te citare Arist: etiam in Peripato

pato, potius tantumdem est, ac citare errores, & quidem frequenter detestabiles, quam veraces Rationes. ah nobilis philosophandi modus!

Probo secundo Inductione, (sed non ea ridicula, quà Tu cótra Nos pag. 94. vsus fuisti) tantum videlicet abesse, citare Arist: perinde fore ac citare rationem, ac Orationem, quasi Centrum, ex quo innumeræ lineæ Veritatum ducantur, quod potius verissimum sit; Citare Arist; esse, citare vt in pluribus errorem, idq; Te Iudice, nam Ego candidè fateor, tantum non auderem quamuis probè nouerim ex doctissimo Perrerio in præfat: eius philosophiæ Arist: hominem fuisse, (cuius erat sensus fallax, angustum ingenium, infirmum iudicium, Vita multis flagitijs inquinata, mens humanæ inscitiæ circumfusa tenebris, & Cælesti lumine destituta.) Seu vt Tu perorasti in Vniuersitate Patauina 12. Martij 1631. " hominem fuisse Arist: falsum in diuinis
" Mysterijs, falsum in humanis, in moribus, falsum in rebus
" naturæ. "

Sanè, quod citare Arist: sit ac perinde frequenter citare detestabiles errores in fide Catholica, à me alias probatum fuit ex tota Vest: tua 4. modo adsumo ad probandum, quod citare pariter Arist: in Peripato est quam frequenter citare errores, & non (centrum Veritatum.] idque Te Iudice. Citatur Arist: metheor: summa vlt. cap. p. [ex Pyreneo autem (hic aut est mons ad occidentem æquinotialem Galliæ) fluunt Ister, & Tartessus. Ille quidem extra columnas; ille autem per totam Europam in Pontũ Euxinum; aliorum autem fluuiorum plurimi ad Vrsam ex montibus Arcinijs.) hæc Arist: Nunc compello Te Ferchi.

Debeo

Debeo ne ego tanquam Philosophus, me totum huic authoritati, solæ, nudæ, ieiunæ committere? atque ad exemplum illius Dialogistæ Tui, in Libello de fabulis Palestini Stagni, " libentissimè authoritati Philosophi cedere? " an potius respondendo, si mihi à Laterone obijciatur, licebit petere rationem Aristotelici dicti, quemadmodum Tu mihi obijcis in prolog: Libelli pag 4. lin. 31. Quinam erit verus philosophandi modus?

Dices " acqoiescere authoritati summi Philosophi, cum citare Arist: sit citare rationem, & orationem, ex qua innumeræ lineæ Veritatum deducuntur. "

Si tibi facilè crederem, me corde leuem deciperes. Etenim Te Iudice, hanc authoritatem citasse esse perinde, ac tres errores in vnum citasse, iudicas Libello de ortu Danubij cap. 2. atq; sequentibus capitibus, adeo Arist: errores euincis, vt Te in testem occularem contra summi Philosophi authoritatem exibeas; meritoque clamas ' magnam esse authoritatem Arist: at maiorem Veritatis " demonstrasque Aristotelis lapsum [quem dubiò procul à Patre Blancano in lib. de locis Mathematicis Arist: pag 102. n. 149. accepisti, nomine Auctoris profundo silentio supresso] non aliunde processisse, quam ex nimia confidentia in Heredoti Authoritate; cuius dicti rationem si vestigasset, in origine fluuij Danubij, tam turpiter certè non decidisset. quæ omnia declamasti etiam in oratione Tua præcitata, vbi " aperte falsi conuictum Arist: dicis. At prosequamur.

Citatur Arist: in p. metheorum summa vlt. cap. p. [sub ipsa Vrsa super vltimam Scithiam, quæ vocantur Riphæ, de quarum magnitudine, sermones, qui dicuntur valde sunt fabu-

fabulosi, fluunt igitur plurimi, & maximi post Istrum aliorum fluuiorum, hinc vt aiunt.) hęc Arist: quid ad hanc authoritatem Ferchi? statim ne acquiescendum? hæc authoritas, est ne ipsamet ratio, & centrum Veritatum! Certè Tu reclamas in Libello cit: de ortu Danubij cap. 16 Dum Arist: erroris conuincis authoritate Herodoti, [quē affirmas tunc Arist. sequi debuisse, ne laberetur] experientijs modernorum Geograforum roborata.

Citatur Arist: principium [flumina è montibus nasci] ad astruendam opinionem eius de fluminum ortu. Huic propositioni vniuersali Aristotelicæ, teneor ne, Ferchi, statim requiescere? Primo, quia fortè probatam audiam in pluribus singularibus fluminibus Asiæ, Affricæ, Europæ. Secundo, fluuijs extra Gręcum locum natis? Te Iudice, negas mihi acquiescendum; cum in lib. 2. de fluuiorum ortu cap. p. scribis. " Ita moliebatur [Arist:] per naturalem historiam à singularibus colligere propositionem hanc, " [flumina ex montibus oriuntur,] at si fuerit inductio, " in quibusdam falsa, exploratum est, & vniuersalem collectam fore falsam. " Hæc Tu Ferchi. quam falsitatem egregiè conuincis sequentibus cap: adeo vt iterum deplores humani fragilitatem Iudicij in summo Philosopho. " qui secutus est Herodotum in falso, in vero non secutus. "

Citatur Arist. in Metheorum lib. p. cap p. [In Asia ergo plurimi ex Parnaso vocato monte videntur fluentes & maximi fluuij. hic autem mons dicitur esse maximus omniū, qui ad Orientem hyemalē; illis enim qui iam trascenderint hunc apparet Mare, quod extra est, cuius terminus non palam his, qui hinc.] hæc Arist: Statim ne acquiescendū

huic

huic authoritati? E cuius multiplicibus Tricis, quibus totus Arist: est implicitus, vt eum extrices, facultate hariolãdi à Te petita in cap. 6. mira hariolaris de Pranato, Panasio Parapaniso, vt tãdẽ lassus diuinandi Aristotelicam mentẽ, Vocem in hæc verba extollas, " qui hæc non probat, meliora quærat " Certè Ferchi, propter ieiunas Arist: authoritates, non hariolabor ego, quando hariolorum genus abominabile sit D. O. M. atque in eius Sacro eloquio detestabile. Deuteron: cap. 18.

Citatur Arist: loc. supra cit. Metheorum (in Asia oriri Tanaim,] atqui credendnm est Arist:? illi Aristoteli, qui Te
,, personante pag. 344. " nec ante se, nec post se, aliũ Phi-
,, losophum nouit, qui tam esset ratione armatus, quam ip-
,, se. Cuius oratio, est quasi centrum, ex quo innumeræ li-
,, neæ Veritatum deducuntur. Totque sæculorum Vsu cõ-
,, pertum est, quò magis accedunt docti ad Arist: eos esse me
,, liores, quò plus obseruant, acutiores, fertiliores, robustio-
,, res esse; quo recedunt, eo fieri debiliores. "

Igitur recedemus ne? atqui debiliores fiemus? Recedam certè ego, vt robustior fiam, Te ita iudicante cap 7. " Per-
,, peram assignasse Arist: ortum Tanais Asiæ, cum in Europa producatur. " quapropter in fin. cap 8. prolata in Arist: Sententia, eum condemnas iustè in hæc verba.
,, Denique in aperto est, Arist: vehementer deflexisse à con-
,, ditionibus Tanais, solum vere dixisse, Tanaim in (Meoti-
,, de) terminari. non credidisse autem Herodoto vera dicen-
,, ti de Tanai, cui crediderat falsa dicenti de Danubio. "]

Citatur Arist: (Indum flumen, esse maius omnium fluminũ. quæ authoritas, & si à Vicomercato in gratiam Arist: vt eũ

saluet à falsitate, arctetur ad flumina tantum Asiæ. Te tamen Iudice, Gangem esse maiorem Indo in Asia euincitur, cap. 13. Non ergo citare Arist: est citare centrum Veritatũ

Citatur Arist: quod dicat (Phasidem fluuium è Caucaso oriri.) At Tu Iudex cap. 14. mauis in hac causa deferri Straboni Geographorum Principi, quoniam ex ea erat Regione, quã Phasis abluit, Arist: neglecto. Igitur hac in parte, non acquiescendum summo Philosopho.

Citatur Arist: p. Metheor: summa 2. cap. 4. [Attamen frequenter fit quidam excessus Spiritus, aut secundum tempus, aut secundum magnitudinem, quoniam, & quando in Aegos fluuijs cecidit lapis ex aere à flatu eleuatus cecidit per diem,) quid ad hanc portentosam authoritatem Ferchi? debemus ne consentire Arist: credenti ventum potuisse eleuare tantam lapidis molem, qualem refert Plinius magnitudine vehis, interdiù in Thraciæ Parte ad Aegos flumen cecidisse! Certe minus. quando Tu lib. de Cælesti substantia ad mentem Anaxagoræ cap. 2 pag. 5. Aristotelicam fidem deridens, scribas. " Suadere Ventum posse eleuare tantam lapidis molem, est perdifficile; cur non ,, dicitur Vnde lapis erectus! nec enim longe abfuisse lapidem est verissimile. quot præterea Domos euertisset, eu- ,, ulsisset arbores, Vrbes strauisset, quot alios lapides minores sustulisset Ventus tam immanis? Sed hæc à nemine ,, historicorum narrata legimus; ficta est igitur illa Ventorũ ,, eleuatio. " Non ergo citare Arist: est citare centrum ve- ,, ritatum; sed potius per Te, Aesopi fabulas, atque nugas ,, anniles.

Citatur Aristot: p. Metheor: summa p. cap. 3. [dictus

 enim

enim Aether antiquam habet appellationem, quam Anaxagoras quidem igni idem putasse mihi videtur significare: Superiora enim plena igne esse, & ille eam quæ ibi potentiam Aethera vocare putauit, hoc quidem rectè putans ; Corpus enim semper currens, & diuinum est.) Hanc authoritatem Tu explanans lib. de Cœlesti substantia loc: supra cit. pag. 2. scribis. " qua in re Arist: approbat Ana-
" xagoræ placitum, quo ad nomen, non quo ad nominis ra-
" tionem. quod Cælorum natura [Aether] dicatur, probat.
" quod ab igne dicatur, nō probat. nō enī ab igne, sed à Cursu perēni nomē Aethor deriuat Aristoteli" hęc Tu in eum locū. At mihi Peripatetico, debet ne ex præallegata authoritate, nomē (Aether) deriuare à cursu perenni, nequaquā ab igne? Certè minus, cum Tu loc: cit: obliuiosā senectutē Arist: opponas, quando in 4. physicorū t. 46. (Aether ignem nuncupet. Non ergo fidendum Arist: tanquā Veritatū Centro.

Citatur Arist: quod (aliquando crediderit Aegyptijs testantib⁹ solem, aliàs occidisse vbi nunc oritur) amplexanda est ne Arist: fides, atque captiuandus intellectus in eius obsequiū? Te minus velle credere Aegyptijs protestaris lib. 2. de Cœlestis motus contrarietate cap. 17. pag. 347 atque sic centrum Veritatum aliquando deserendum.

Citatur Arist: quod probauerit quintam substantiam à quatuor elementis diuersam, secutus Architam Tarentinum, vel vt alijs placet Occellum Lucanum. atqui Ferchi, sequendum ne Arist: placitum, tanquam veritatis centrum?
" Certe minus, quando Tu in lib. de Cœlesti substantia toto
" cap. 8. decernas. melius esse principia pauciora ponere,
" quod facit Anaxagoras; cum Arist: præter illa quatuor sim-

plicia

,, plicia Corpora aerem, aquam, Terram, ignem, quintam substãtiam in 47: vel in 55. corpora simplicia specie diuersa distribuat, sicq; sine necessitate, plurimorum sapientum iudicio, entia multiplicet in 59. Corpora simplicia. "
,, id quod, Tu octo rationibus pro Anaxagora, quod Cœlũ
,, sit ignis, probare eniterisillo cap. 8. & seq. vsque ad 19.
,, inclusiuè.

Citatur Arist: p. Metheor: Summa p. cap. 3. (Si enim distantiæ cælestes sunt plenæ igne, & Corpora lucida, constant ex igne, pridem anihilatum vtique esset vnum quodque aliorum elementorum.) hæc Arist: contra (puerilẽ Anaxagoræ opinionem.) quæ rata etiã habuit p. de Cœlo t. 22. Verum hæc Arist: ratio, pugnat ne efficaciter contra aduersarium ? hæc est Ratio illius Arist: qui te declamante pag. 344. " nec ante se, nec post se aliquem Philoso-
,, phum reperit, qui tam esset ratione armatus, quam ipse.
,, Cuius oratio est quasi centrum, ex quo lineę innumerę Ve-
,, ritatum deducuntur. cum nemo rationes, illo meliores; re-
,, sponsiones illò solidiores attullit. " At Tu, Declamationis huius Tuæ immemor, reluctaris; atque lib. de Cœlesti substãtia cap. 20. pag. 54. libero calamo scribere audes, "
,, hanc rationem efficacius pugnare cum Arist:, quam contra
,, Anaxagoram, tum ex ratione actiui ignientis, tum passiui
,, ignibilis. Tum ex coniunctione eorum. " Id quod ad sensum Tuum probas loc: cit: Ergo licebit aliquando Aristotelica negligere placita, cum semper non sint Centrum Veritatum.

Citatur Arist: p. Metheor: Summa p. cap. 3. [At verò neque aere solo plena, multum enim vtique àer excederet æqua-

litatem communis proportionis ad coordinata corpora, & etiam si duobus elementis plenus, qui intermedius Cęli, & Terrę locus est, nulla enim, vt ita dicam particula terrę moles est, in qua contenta est, & tota aquæ multitudo ad ambientem magnitudinem, videmus autem non in tanta magnitudine factum excessum mollium, cum ex aqua disgregata àer fit, aut ignis ex àere. Necesse autem est eandem rationem habere, quam habet tantilla, & parua ad factum ex ipsa aerem, & totam aquam ad Totum.] hæc Arist: quibus ostendit, Totum spacium à Terra ad Mundi extremum non esse plenum àere solo, vel àere, & igne. Huic rationi Aristotelicæ tanquam orationi, è cuius centro innumeræ Veritatum lineæ educuntur; acquiescendum ne Ferchi! Certe, quando Tu lib. de Cœlesti substantia cap. 23. probes ex Clauio in cap. primum Spheræ.. Aquam esse multò minorem Terra in Vniuerso; & ex nauigationibus nuper ab Holandis, ad Arcticum polum factis, probes nouam Zemblam inuentam; quinimmo sub Artico, frustratam spem Aquæ immensæ, quando Insula illa cum rupe altissima habeat circa eam oxile Mare, quod in quatuor Canalia diuisum, quatuor Insulas circa polarem formet; atq; in Antarctico, Magellanicam exploratam, & non exploratam, Vastissimam apparere imbecillitatem rationis Aristotelicæ demonstras adeo vt iurè meritò scribas. " Antiquis tolleranda fuit suspicio de mole Aquæ decupla, vt potè cognoscentibus Asiam, Europam, Affricam solas. Nobis tot nouas Mundi oras cognoscentibus, idipsum opinari perdifficile. " Hæc Tu, qui post Arist: te ostentas Mũdo melius armatum illo ratione, & experientijs.

Citatur

Citatur Arist: in eadem Summa cap 4 (Signum autem sufficiens quod qui sursum est locus, non sit calidus, neq; ignitus, est etiam discursus astrorum; ibi enim non fiunt, sed deorsum; quamuis, quæ magis mouentur, & ignirentur citius.)

Hæc Arist:, sed est ne hæc Aristotelica ratio, quasi Centrum ex quo innumeræ lineæ Veritatum ducuntur! Arist: argumenta, quæ nobis fragilia dicis pag. 296. sunt ne semper Tibi robustiora, vti eo loco asseris? legantur, quæ Tu scripsisti de Cœlesti substantia cap. 24. & mentitum Aristot:, Lector conspiciet; quando Tu, ratione, & experientia melius armatus, quàm Arist: contrarium probes; atque supra Lunam, noua Sydera succendi, ex Tychone Brhae Superioris Aeui peritissimo Astronomo obseruata, asseras; nouasque Stellas in Cœlo genitas annis 1572. in Cassiopea 1600. in Cygno 1604. in Sagitario, notata, & Visa referas; defendasq; tum loc: cit: Tum lib. p de Cœlesti ortu cap. 16. & 17. Ergo non semper Arist: fidendum: Sed tutius erit sæpe sepius, te Iudice, ab eo recedere, vt robustiores Philosophi fiamus vid. P. Cristoph: Scheiner: Rosæ Vrsinę lib. 4. à 625:

Citatur Arist: in eadem Summa, & cap. p. Metheor: (ad hæc Sol qui maxime videtur esse calidus, videtur albus, sed non igneus existens.) hęc Arist:, qui tale format argumentum. (Sol est candidus, ergo non est calidus, aut igneus.) Iam ad nos. est ne verum antecedens? est ne vera Consequentia Aristotelici argumentui? minimè; Tu cum Philoppono coniuratus in Summum Philosophum scribis lib. de Cœlesti substantia cap. 25. atque collatis Aristotelicis principijs, quæ habet in lib. de Coloribus in 3. Metheor:

Summa

Summma 2. cap. 3., quarto Physicorum t. 8. scilicet de generatione animalium cap. 6., nec non de sensu, & sensibili cap. 3. falsitatis Tu conuincis antecedens Aristotelicum; ex albore, scilicet non tolli quin Sol sit ignis, quemadmodum Philopponus, inefficacem demonstrat consequentiã. (Si album, ergo non calidum.) quando cum opposito consequentis stet antecedens, vt patet in lacte, Cerusa, Vino, allio, Cæpe, quæ candida, nihilominus, alia sunt calida, alia frigida; quemadmodum calx, Saccarum, lana, animalium pinguedo, quæ alba sunt, sed calida.

„ Cernant hic Peripatetici, (retorqueo Tua dicta in Baslo„ lium pag. 424.) quanta cum laude, Cœlestis substantiæ „ igneæ Assertores, Arist: excipiunt, melius quippe Ferchius „ contulit Arist: principia, quam Arist: melius Conclusiones „ deduxit; Arist; namque, non benè deduxit quoniam Solē, „ flaui, seu aurei coloris, numquam albi, ex suis principijs „ deducere debuit; cuius oppositum deduxit, & falso etiam „ asseruit. est ne hoc Ferchi Arist: traducere, tanquam irrationabilem, ac irrationabili modo philosophantem? ex Vrbanitate tua, tam ciuilia verba prodeunt.

Citatur Arist: p. de Cœlo t. 22. [quod igitur sempiternum, & neq; Augumẽtationẽ habẽs, neq; diminutionem habẽs, sed insensibile, & inalterabile, & impassibile, est primum Corporum, si quis suppositis credit, manifestum ex dictis est.] & paulò infra, (in omnique præterito tempore secũdum traditam inuicem memoriam, nihil videtur transmutatum; neq; secundum totum vltimum Cælum, neque secundum partes ejus propriam vllam.) hæc Arist:, quid ad hæc Tu Ferchi, si ab Arist: Laterone obijciantur, legantur,

quæ

quæ scripsisti lib. de Cęlesti substantia cap. 24. n. 78. & lib. p. de Cælestis motus Contrarietate cap. 7. pag. 245. & videbitur, Te iudicare indignissimum, rerum Naturam deserere pro falsissima opinione de Cæli Deitate, ac æternitate: atq; cum ad destruendum totum, sufficiat vnius partis destructio. Ex Destructione Vnius, & alterius Stellæ, Cælum totum destrui posse, firmiter credis. Quapropter duos libros de Cæli ortu, totidem libros de Cæli motus contrarietate, ad mentem Anaxagorę, qui melius Te Iudice, ante Arist: armatus ratione fuit, contextos, Toti Mundo ostendis, ea mente, vt omnibus Reipub: Philosophicæ Senatoribus per Te pateat irrationabilis Arist: philosophandi modus: hinc lib. p. de Cæli ortu cap. 14. pag. 151. scribere non erubescis, contra præallegatum Arist: textum? " Nunc autem, vt
" absoluam responsum interrogo. quorum nam testimoniũ
" Arist: proferat? Sapientum, an Insciorum? Si Sapientes
" aduocet Testes. Certè omnes Sapientes, vt ipse ait, mun-
" dum genitum asserunt, tanquam per manus traditum, vt
" supra dixi ab Hæbreis, Ægiptijs, Græcis, aliasque in Cęlis
" inferioribus mutationes proferunt. Si verò Ignaros, atque
" Idolatras, qui errore impio decepti, Cælos, & astra, vt Deos
" Immortales colunt. Tales testes sibi habeat. Siue igitur,
" quia pauci notant astra distinctè; siue quia rarò euenta no-
" tant insolita, siue quia non scribunt, siue quia scripta pere-
" unt; pauca talia sunt. Vnum satis testatum, satis reffellit
" Arist: argumentum (ab authoritate negatiuè ductum.) "
Et ecce Erudite Lector, generosus ausus Pigmei contra tantũ Gigantem indicatus lib. 2. de Cælestis motus contrarietate cap. 3. pag. 279. En Astianatis vires, contra Hectorem

Philo-

Philosophiæ peripateticæ, exertæ.

Citatur Arist: loc: cit: p. de Cœlo (impossibile est, corruptibile, & mortale esse cooptatum, vel vnitum, immortali & incorruptibili.) hæc Arist: vbi docens, quare ab omnibus locus cælestis Deo tribuatur, ait, id esse factum, [vt immortale vnitum esset immortali, neque autem possibile aliter.] At vero Ferchi. hoc Arist: dictum est ne Centrum Veritatum, an potius falsitatum! profectò falsitatum, scribis Tu in Epitome Theologico 3.d. 21. q. v. ad primum, " & quidem.primò falsò in naturalibus, quia Anima immortalis, corpori mortali coaptatur; fòrma Corruptibilis, materiæ incorruptibili. (& quod peius est secundum Arist: scribis,) subcælestia mortalia coaptantur, & vniuntur Cęlo incorruptibili, & immortali. Secundo falsò in supernaturalibus; nam Deus incorruptibilis, adest intimè præsens omnibus corruptibilibus; & certè omnia corruptibilia essentialiter pendent ab incorruptibili; & mobilia ab immobili. hæc Tù ad Aristotelicæ doctrinæ confusionem.

Citatur Arist: 2. Metheor: Summa p. cap. 3. (Si autem est sicuti fabulantur quidam in Palestina, tale stagnū in quod, si quis immiserit colligatum hominem, aut iumentum supernatat, & non submergitur in aqua; testimonium vtiq; aliquod erit ex dictis.) hæc Arist: de Lacu Asphaltitis; qui & memorandum illud, quod omnia viuentia in eum lacum immersa, statim emergant, nec arte vlla sub aqua delitescere possint, inter fabulas ponit. De quo Palestino lacu, Epiro carmine Italico cæcinit Summus Poeta Tassus.

Questo è lo Stagno, in cui nulla di greue
Si getta mai, che giunga in sino al basso,

Mà

Mà in guisa pur d'abete, ò d'orno leue,
L'huom vi sormonta, el' duro ferro, el' sasso.

Cuius meditatem vltimi carminis Tu minutulus mus [imitor epitheta tua pag 22.] corodere ausus fuisti in obser: 60. in Gofred: & pag. 97. de Fab. Palestini Stagni. Nunc ad Nos. cuius nam credendum authoritati? Philosophi negantis, an Poetæ affirmantis? Poetis ignoscendum dicis, monentibus ne eis credamus. [nam miranda canunt, sed non credenda Poetæ.] quapropter scribit Arist: p. Metaphys: Summa p.cap. 2. prouerbio datũ esse locum. (Poetę multa mentiuntur.] Verum processu per Te formato, atque secundum allegata, & per Testes probata ius dicente, in fine Appendicis ad lib. 3. de origino fluuiorum, grauiter his verbis, de Summo Philosopho statuis. " Intereà, quos ,, congessi Testes, satis euincunt, dicta de Palestino Lacu, fa- ,, bulosa non esse. " quare, Virum maximum ingenio, ma- ,, ximum industria, maximum eruditione, maximum vber- ,, tate doctrinarum, falsum in rebus naturę declamasti in ora- ,, tione sup cit. habita in Vniuersitate Patauina, cùm, quę de ,, Lacu Palestino in regione Sodomorum relata, fabulosa es- ,, se censet, quæ tamen à posterioribus Historicis, Geogra- ,, phis, Medicis comperta sunt verissima. " Prosit Aristot: prosit tanto Viro.

Ita prorsus Ferchi, et Ego concludam hanc Expurgationem. " ,, Interea quos cognosci testes, satis reuincunt, rationem as- ,, serti tui falsam esse. " Citare Arist: est citare rationem, ,, atq; orationem tanquam Centrum, ex quo innumeræ li- ,, neæ Veritatum ducuntur. "

Nec enim Arist. tantum sibi arrogasse omninò censendum est;

vt voluerit omnia ſua dicta, tanquam Oracula diuina ſuſpici. quinimmo credendum omnino eſt. [Ariſt: voluiſſe magis libro naturæ credi, quam ſuo.] Sicuti Tu affirmas lib. p. de Cæli ortu cap. 13. pag. 147. Didicerat namque à Platone ſuo Præceptore in Phedro, ſeu de Pulchro, ex perſona Socratis alloquentis. [oportet præter Hipocratem", conſiderare Vtrum diſputationis nobis ratio conſonet.] (nullum enim maius, quam hoc malum, poteſt nobis accidere) (idem Plato ſcripſerat in Phedone) [ſi rationes odio habuerimus.]

Neque verus philoſophandi modus eſt hic, quem Tu contendis, ſed (obduratiſſima pertinacia,) inquit Doctiſſimus Raguſ: diſp. 15. cap 39. [hæc eſt eorum, qui ſpeculationibus carent, Ariſt: verbis, dimiſſa ſententia obſtinatius adhærere] Vel potius vt Tu inuitus iudicas lib de fabulis Paleſtini Stagni pag 113. " hoc eſt ad auram cultorum Ariſt: (quibus ſublandiendum Dialogiſtæ tui eo loco cēſebant) (quam ad veritatem ſyncerè philoſophari.)

Quam tandem philoſophandi corruptelam, grauiſſimis verbis deteſtatur Benedictus Pererius in præfat: eius Philoſophię cū inquit; quid enim vilius, & abiectius, aut quæ maior animi cecitas eſſe poteſt, quā nihil per ſe ſapere, nihil iudicare, totum ex alieno ſenſu, iudicioque pendere? nulla duci ratione? ſed quaſi pecudes aliorum duci ſententia, nutuque tantum moueri, ac regi? Theologus, cuius ſcientia Dei, à quo profecta eſt, authoritate nititur, atque fulcitur, nec rationum æget præſidijs, humanas tamen rationes, non contemnit, aut reijcit; (Philoſophus, cuius doctrina ex Ratione, ortum, incrementa, robur, omnemque vim ſuam, ac digni-

dignitatem habet:)[omni ratione postposita in Vnius hominis multarum rerum ignari, multisq; Vitæ; & doctrinæ sordibus inquinati, authoritate conquiescet ?] Ego multum [Platoni] tribuo; plus [Aristoteli.] sed [rationi] plurimum; In explicandis Philosophiæ quæstionibus, disceptandisque controuersijs, equidem quid Arist: senserit, considero: sed multò magis quid (Ratio) suadeat mecū ipse perpendo. Si quid [Arist: doctrinæ] congruens, & conueniens esse intelligo, probabile duco; si quid autem [rationi] consentaneum esse video, verum, certumq; iudico. hęc doctissimus Pererius.

Motus ad sic iudicandum, ab ijs quæ scripserat lib. 2. de Philosophia naturali cap. 3 pag. 49. col. p. (Doctrina, inquit, rerum naturalium, quam nobis scriptam reliquit Aristot: si quis velit bene sentire, & propriè loqui, non potest dici absolutè, & in totum scientia. Primum, quia æternitas materiæ, motus, Mundi, intelligentiarum, necessitas Dei in agendo finita Virtus eius, & id genus alia, quæ sunt præcipua fundamenta, atque firmamenta Aristotelicæ Philosophiæ, perspicuum est falsa esse. ex quibus principijs falsis, cum ab eo texatur, & nectatur magna quædam series aliarum rerum, necesse est, magnam partem Phisicæ Arist: nō esse scientiam. Deinde eas res, quæ verè sunt, plerumque leuiter, ac moliter tractat, non eas confirmat firmis, necessarijsque Rationibus, sed tantum dialecticis, ac probabilibus, vt ipsemet Arist: confiteri videtur 2. Cæli t. 17. & 60. Cnm igitur pars Physicæ Arist: sit falsa, pars autem Topicam, & probabilem doctrinam continens, non potest Physica Arist: simpliciter, & absolutæ appellari Scientia.)

Hucusque Pererius, de Arist: quem citare in Peripato, Fer- chius dicit, esse citare Rationem, atque Orationem tanquam Centrum, ex quo lineæ innumeræ Veritatum ducuntur. quod totum, ante ipsum Pererium, docuerat Cardinalis Cameracensis p. sent: q. 3. HH, cum scripsit: [Philosophia Arist: seu doctrina, magis debet dici opinio, quam Scientia, &c. Et ideo valdè sunt reprehensibiles, qui nimis tenaciter adhærent authoritati Arist:]

Quinta

Quinta Querela Ferchij.

Quod obiectam authoritatem D. Damasceni in Controuersia de Diuinorum Attributorum Distinctione negauerimus.

SCripsimus lib. de Gen: disp. p. q. 2. a. p. [Nam qui soli authoritati fidit, rationem spernens; argutè à quodam appellatus est. Vir multæ authoritatis, & modicæ Rationis.]

Ferchius pag. 141. ità quæritur. " Iste Vir, qui laudatur tanquam argutè dicens, est Pater Mastrius. Cum enim in publica disput: ab Admodum R. P. Magistro Francisco Maria Vaccario, tunc publico Metaphysico, authoritate Aristot: ipse Mastrius arctaretur, nec posset aliter ob inopiam solutionis effugere argumentū, dixit ad Patrem metaphysicū. " Vos estis multę authoritatis, sed modicę rationis. nos multæ rationis, modicæ authoritatis. At falsò dixit. Nam Pater Vaccarius erat homo nullius authoritatis, qui sibi nihil authoritatis arrogabat, sed totū se cōmittebat authoritati Summi Philosophi, nimirū vt præcellens peripateticus, peripateticorum Principem afferrebat. Mastrius verò multæ est authoritatis, qui omnium authoritates, etiam Summi Philosophi authoritates mille reprobat, præ vna sua Ratione. fuga est quando Mastrius non potest se liberare ab authoritate Aristotelis in Philosophia, reijcere Arist: Idem facit in Theologia, quā do etenim authoritates Patrum Ecclesiæ ipsi obijciuntur, nec potest se eximere, negat Patrum autho-

authoritates. Sic negauit in Cathedra publica Sancti Ioannis Damasceni authoritatem; quam nunquam Scotus negauit. Sic aliàs dixit arguenti. (Lasciate le authorità di questi Padri, che sono buone per far concetti alla moda.) quamobrem in Theologicis Veritatibus excutiendis, Patrũ sententias irridet, rationes quærit; cum tamen in rebus Fidei Catholicæ, authoritas primum locum tenet, Ratio ferè postremum, nisi supra authoritate fundetur. Mos iste reijciendi authoritates Sanctorum Patrum cæpit ab Arnaldo Hæretico, & Petri Abailardi Hæretici consorte. Arnaldus namq; suo cofisus ingenio, omnim Sanctorum Doctorum, (vt author est Alphonsus de Castro lib. 3. aduersus hæreses) Sententias contemnere cępit. Testatur hoc etiam Prateolus de Viris Hæreticorum in vocabulo (Arnaldistæ.) Illud etiam obseruo in articulorum Parisiensium cap. 16. talem articulum contineri damnatum. [quod homo non debet esse contentus authoritate ad habendam certitudinẽ de aliqua Ratione.] Non igitur est ita liberum homini cordato, Sapientum in Theologia, & Philosophia contemnere authoritates. At facilius est cauillari contra rationes, non ita facilè est declinare authoritates, quod aduertit Arist: p. post: t. 77. cum dixit (demonstrationem fieri ad rationem, quæ est in Anima, semper enim ad externã Orationem est instare, ad internam, non semper.) Verum Pater Vaccarius honoratæ memoriæ, erat homo etiam multæ rationis. Cum namque Mastrius defenderet Conclusionem illam. [Sacramenta nouæ legis habent effectum ex opere operato.] arguebat Vaccarius. Exorcistatus non habet effectum ex opere operato. Exorcistatus

est

„ est Sacramentum nouæ legis. Ergo Sacramentum nouæ „ legis non habet effectum ex opere operato. maior probata „ est. quod ex operato fit, semper vel in pluribus fit. Sed ex- „ orcista per impositionem manuum, & exorcismos, raro ex- „ pellit Dæmones ab obsessis, ergo exorcistatus, vel exorci- „ sta non efficit ex operato, sed forte ex operante, vel potius „ miraculose, quam regulariter ex effectu Sacramenti. mi- „ nor probatur. quoniam exorcistatus est Vna species Or- „ dinis Sacri. Ordo Sacer est Sacramentum nouæ legis, ergo „ exorcistatus est Sacramentum nouæ legis. „ Hanc rationem Pater Vaccarius ad vinciendum Mastrium „ inuenit: Mastrius homo multæ rationis, rationem exsoluē- „ di se non inuenit; atque adhuc desideratur vera solutio „ quæ à quibusdam Vaccarij discipulis tunc ridentibus scie- „ batur. " Hucusque Ferchius, & vltra me subsannando, calumniando queritur, quemadmodum & alibi sexcenties; & veluti nouellus Dares, Entellum prouocat.

Quinta Expurgatio Mastrij.

POstquam Ferchius, improbo labore, irrito conatu, si Deo placet, tentauit ostendere, Nos peregrinari à Vera ac genuina philosophandi Methodo, cum à Lateronibus Arist. ad obiectas solas, ieiunas, ac nudas authoritates, rationes dictarum authoritatum petantur; id quod præcedenti Expurgatione, à me pro virili demonstratum est. Modo ostentare aggreditur con simili modo à Nobis Theologizari, dum in excutiendis Theologicis Veritatib⁹, Patrum

Patrum Authoritates, inquit ipse, reijcimus, rationes quæramus; quando tamen in rebus Fidei Catholicæ, authoritas primum locum teneat, Ratio ferè postremum, nisi super authoritatibus base fundetur. Atq; hunc Theologizandi modum, ab Arnaldo Hæretico, & Petro Abailardo consorte cæpisse; proindeq; à Parisiensi Synodo damnatum.

Et quoniam, totam hanc calumniam Ferchius fundat super quadam à se confictâ Relatione eorum, quæ inter me; & P. Magistrum Franciscum Mariam Vaccarium piæ memoriæ olim Metaphysicum publicum, Pataui j contigere; cogor impulsus ab impostura, quam mihi affingit, pro Veritate, & nominis mei, ac famæ honore paululum, æternam requiem Defuncti interturbare, ceù, vt dicitur, [quasi cum laura decertare.] Ergo rem gestam, frequenti adstantiū celeberrimorum Virorum, adhuc viuentium numero notissimam (non enim Testes dorminentes adhibebo, sicuti ipse facit) candidè referam.

Quo tempore in Almo D. Antonij Patauini Collegio, Regētis officio fungebar, accidit semel atque iterum, in publicis concertationibus, de more fieri solitis, quibus Ego præsidebam, Patri Vaccario obijcienti respondere.

Prima vice contigit in dissertatione tritissimæ Controuersiæ de distinctione attributorum. Afferebat Vaccarius authoritates Sanctorum Patrum, qui solam distinctionem rationis inter diuina attributa, statuere videntur. Cui; ego statim assignaui consuetam explicationem ex Scoto desūptam p. d. 8. q. 4. quam nouissimis quilibet Tyro in Schola Scotistarum haud ignorat. Verum Vaccarius non acquiescens, quinimmò vocem altius attollens (Contentioso

numquam

numquam satis fieri potest) vlteriorem poscebat responsionem; quam, cum non esset necesse afferre; siquidem nihil aliud agebat, quam eamdem authoritatem Sancti Ioannis Damasceni replicare, vt potè totum se ei committentē, sicuti Ferchius diuit. compellati Virum his verbis: quid mi Pater, si hanc authoritatem Damasceni (cuius responsionem aliam ex P. Fauentino disp. 20. p. sent. cap. 7. legere potes, & quam modo afferre non placet, cum prima sufficientissima sit) Tibi negarem, tanquam locū nō conuincētem in hac materia; quando in Controuersijs Theologicis, vbi de articulo fidei non disputatur (quemadmodum Tu Ferchius inuitus fateris) & in quibus, Patrum authoritates adsunt pro vtraq; parte, Vnius, vel Alterius Sancti Patris, non conuincat authoritas; ac proinde robustius impeteres in hac controuersia, arguendo rationibus, quàm aduersis hiscè authoritatibus! Subdens Italicè (lasciando le authorità dei Padri à i Predicatori, che meglio se ne sanno seruire di V.R. per formare sù i Pulpiti i loro concetti.) Atque hæc sunt, quæ in templo augustissimo Diui Antonij, frequentissimo auditorio spectante, dicta veraciter, ac gesta fuere inter me, & Patrem Vaccarium.

Quod autem aliàs in publica etiam disput: sicuti Ferchius fingit, authoritatum Arist: mihi à Vaccario obiectarum, cum rationem peterem, atque non afferrente, me iocatum fuisse amicè dicendo (Vos estis multæ authoritatis, sed modicę rationis.) (Nos autem multæ rationis, sed modicæ authoritatis) [hoc erat dicterium irrisorium, quò Ferchius, & Ferchiani; Nos tunc temporis Patauij degentes, deridēbāt in angulis, sumpto irridendi motiuo, ex scriptis à nobis

„ contra Cremoninum in lib. de Gen: disp. p. q. 2. a. p.] nó recordor. (læsus in marmore scribit.) quod dixerim po- „ teſt eſſe; & ſi Tibi placet; fac me dixiſſe; quid circa hoc, pro me expurgando occurrat, iam ſatis aperui præcedenti Ex- purgatione. Et hæc pro præſenti ſtatu rei veraciter firman- do, hoc eſt, ad exactè percipiendam calumniam tuam, cū inquis. " Idem facit in Theologia, quando authoritates „ Patrum Eccleſiæ, ipſi obijciuntur, nec poteſt ſe eximere ; „ negat Patrum authoritates; Patrum Sententias irridet; ra- „ tiones quærit; cum tamen in rebus Fidei Catholicæ, [ſed „ non eramus in tali caſu Ferchi, cum certiſſimum ſit apud omnes Theologos, non ſpectare ad Fidem Catholicam , num diuina attributa diſtinguantur formaliter actualiter, an ratione, vel potius virtualiter, ab Eſſentia Diuina, aut inter ſe] " authoritas primum locum teneat, ratio ferè „ poteſtremum. "

Nam de alterius concertationis ſtatu, quò Vaccarium, non ſolum meo Iudicio Virum multæ authoritatis, ſed etiam Ferchiana exiſtimatione multæ rationis, adeo vt me, etiá in hac Methodo, inſolubilibus, atque Achillicis rationibus vicerit, & conuincerit, de meque proſtrato, haud in gloriá palmam retulerit, erit inferius ſermo.

Nunc quam iurè quereris, circa quæ ocurrerunt in prima Diſ- putatione diſquiramus. Certant intaminata inter ſe cha- ritate duæ inclitæ Scholæ, Thomiſtarum, & Scotiſtarum de diuinorum attributorum Diſtinctione; atq; Ducibus eorū anteſignaris, Diuo Thoma Aquinate Doctore Angelico , & Ioanne Dunſio Doctore Subtili; planè mirandum eſt , quot legionibus rationum, quot phalangibus authoritatū

Sanctorum

Sanctorum Patrum, hinc indè collectis, constantissimè dimicent, eam Victoriam vtraq; parte anhelante, quę adhuc pendet, atq; in æternum pendebit; dum Vna negat ante opus intellectus diuina attributa distingui, altera verò, formaliter actualiter, affirmat secerni.

Rebus sic stantibus. Tria obseruo ex Melchiore Cano eruditissimo Theologo lib. 7. de Theologicis locis cap. 2. Trifariam de authoritate Sanctorum Patrum disputari posse. Primum de Vnius, vel alterius proprio placito. Secundum de Communi plurium Sanctorum Patrum consensu, à quo tamen Vnus, aut alter recedat. Tertium de Vnanimi omnium sententia.

Secundo obseruo Sanctorum Patrum authoritates adduci posse, vel ad confirmanda dogmata philosophiæ, vel ad assertiones Theologiæ.

Tertio obseruo, inter Sanctos Patres, duo esse disputationum genera. Alterum earum rerum, quæ ad Fidem spectant, doctrinamq; Catholicam. Alterum earum, quæ citra iacturam pietatis, non ab imperitis modò, verum etiam à doctis ignorari possunt, cum nec fidei dogmata sint, neque ex illis deriuentur. hinc ex eodem Cano cap. 3. quinq; Asserta pono.

Primum. Sanctorum authoritas, siue paucorum, siue pluriū, cum ad eas facultates affertur, quæ naturali lumine continentur, certa argumenta non suppeditat, sed tantum pollet, quantum Ratio naturæ consentanea persuaserit. Probat Cano hoc assertum duabus rationibus, quas apud ipsum legere quisque poterit, cum modò hic non faciant ad propositum.

Quod in presenti facit ad propositum, est id, quod Tu scribis in Vita Anaxagoræ pag. 14 vbi cum adducitur authoritas Sancti Clementis Alexandrini, Anaxagoram reprehendẽtis, quod " quosdam ressolutiones amentes descripserit, " cum mentis cessatione, & amentita. " Tu partes Anaxagoræ mordicus suscipiens; probas Sanctum Doctorem minus assecutum fuisse placitum Anaxagoricum. Ex quo, pio Lectori constabit, quantum apud Te valeant SS. Patrum authoritates, quanti Ethnicorum Philosophorum placita.

Secundum assertum. Vnius aut duorum Sanctorum authoritas, etiam in his, quæ ad Sacras literas, & doctrinam fidei pertinent, probabile quidem argumentum subministrare potest, firmum verò non potest. ita despicere, & pro nihilo habere, impudentis erit. Suspicere, & habere pro certo, erit omnino imprudentis. Hoc assertum probat Cano, ratione, cui nulla via occurri potest, quod cum Sanctorum quisq; his duntaxat exceptis, qui libros Canonicos ediderunt, spiritu fuerit humano loquutus, & aliquando vel in eo errarit, quod ad fidem spectare demonstratum est; ex huiusmodi authoritate, exploratam fidem fieri non posse.

Sic Subtilissimus Doctor 4. d. 5. q. p. gloriosum Martyrem, atq; inclytum Doctorem Cyprianum, qui ab Hæreticis, vel Schismaticis collatum baptisma, ratum nollebat agnoscere (Agrippini prædecessoris sententiam secutus, cuius, & sedem assecutus fuerat) reijcit, atq; summa modestia corripit illis verbis. (Vnde si Cyprianus ita sensit, scilicet apud Hæreticos non esse baptismum, quod tamen promptus esset sentire animo circa hoc quod Ecclesia determinauit,

olmauit, in nullo errauit, nisi fortè venialiter peccando, quia nimirum asseruit illud ad quod, nec authoritatem, nec rationem cogentem habuit) & infra, (& hoc modo fortè innuit Augustinus eum peccasse venialiter, cum subdit in authoritate præallegata: dum eos, inquit, detestaretur, si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur.) Sic itidem Subtilissimus Doctor 4. d. 3. q. 4 de facto Diui Petri relato in Epist: ad Galat: 2. scribit (De isto facto Petri si peccauerit, vel non videbatur Controuersia inter duos egregios Apostolos, scilicet Petrum, & Paulum, & postea inter Doctores famosos Hyeronimum, & Augustinum salua reuerentia aliorum, teneo cum Sancto Paulo, & Augustino.) Ita pariter in 3. d. 20. qu. v. quæ est merè theologica contra authoritatem Anselmi, quam tenuit, defendit non fuisse necesse, reparari genus Humanum per Mortem Christi. Sic in 4. d. 48. q. 2. l. m. deridet primam partem authoritatis Isidori adductam, quod Sol, & Luna stabunt, ne Damnati sub Terra habeant lumen aliquod. Et secundam partem, quod Sol, & Luna in ordine in quo Creati sunt, stabunt. [dicit esse satis irrationabilem.] Hæc Scotus; cuius præstantissimum iudicium, magis libet amplecti, quam Ferchianum, nullius valoris, ac momenti.

Sic etiam D. Bonauentura 2. d. 12 q 2 non recipit singularem Diui Augustini opinionem, de Mundi Creatione simultanea, quam vocat (distrahentem sensum Sacræ Scripturæ) quam etiam abnuit Magister Sent: Te referente in Epit: dist. 12. q. v. secundi sent: præeligendo sententiam Sanctorum Hieronymi, Gregorij, Bedæ, & aliorum, tanquam magis conformem sacræ scripturę, & authoritatibus

Patrum.

Patrum. Ità Seraphicus Doctor d. 13. q. 2. de 2. articulo non recepit authoritates Patrum Græcorum, & signanter (Damasceni) affirmantium lucem primo die creatam, fuisse diem, ac noctem per emissionem, ac contractionem radiorum; quam etiam confutat, tanquam Damasceni opinionem D. Thomas 2. d. 13. a. 4. ad 3.

Tertium Assertum sit. Plurium Sanctorum authoritas, reliquis licet paucioribus reclamantibus, firma Theologo argumenta præstare non potest. quod assertum probatum vult Cano ex argumento antepositio.

Quartum Assertum Omnium, etiam Sanctorum authoritas, in eo genere quæstionum, quas ad fidem diximus minimè pertinere, fidem quidem probabilem facit. certam non facit. Asserti huius probatio, videatur in Cano loc. cit. n. 9.

Quintū Assertū. In expositione Sacrarum literarum, cōmunis omnium Sanctorū Veterū intelligentia, certum argumentum Theologo præstat ad Theologicas assertiones corroborandas. quippe cum, Sanctorum omnium sensus, Spiritus Sancti sensus sit. Hoc assertum solidissimis rationibus probat Cano à n. 10. vsq; ad n. 19 quæ ibi videri possunt; easq; consultò ommitto, ne quæraris, vt soles, me totum accepisse ex Cano, atq; clames; Expurgationem hanc totam ex alieno esse compactam. Disertissimè eas relege etiam quis poterit in Alphonso de Castro lib. aduersus hæreses cap. 7. & in 4. lib. qq. Theologicarum doctissimi Cordubæ; fusissimè q. p. de armis fidei.

Iàm ergo ad propositum. licebit igitur ex hucusque dictis, quandoq; authoritates Patrum, cum afferuntur, maximè in Controuersijs Theologicis, rerum ad fidem minime spe-

ctantium

ctantium, & quando, pro vtraq; parte controuertente, adsunt similes authoritates, aduersas, modestè rei jcere, absq; illarum iniuria, & cōtemptu, tanquam illi Sancti Patres, contrariam opinionem defenderint; rationesq; in illo Casu, loco authoritatum petere, cum ille difficilius declinentur, quam authoritates rei jciendo eas, vel exponendo.

(Durius enim homines secum agi existimant, si in Veri peruestigatione, magis authoritatis, quam rationis pondera æstimentur.) inquit Petrus Costabius Vir disertissimus suo pegmate in satyrum pag 143. Quapropter aptè Tu cōtra Cremoninum, solis authoritatibus arguentem; scribis lib. 2. de Cæli ortu cap. 18. pag. 227. " facilis esset defensio, si dicerem Anaxagoram non teneri authoritate Arist: Cremoninus autem sola authoritate esse protectum. Etenim, quis nescit, locum ab authoritate Topicum esse, non demonstratiuum. " Inquis Tu lib. cit. de Cœli ortu cap. 4 pag. 190. " Si Arist: non credidit Anaxagoræ, nec Anaxagoras credit Arist: quod replicat etiam cap. 9. pag. 205. & in Epitome 4. d. 45. q. v. Authoritatem Arist: in post prædicamenta (à priuatione ad habitum, non datur regressus.) facillimè his verbis declinas. " ad secundum; dictum Arist: est prolatum, non demonstratum. " Id quod, & à me pariter i js casibus, & oblata occasione fieri, edoctus à Subtilissimo Præceptore, & Seraphico Doctore, loc: supracit: non diffiteor. atq; tunc, & modò, me verè ac sincerè theologizare existimo.

Audi, quid pro hac mea theologizandi Methodo, doctissimus Alphonsus de Castro scribat loc: cit: [Colligamus] inquit, (quod Sanctorum Ecclesiæ Doctorum scripta, nō sunt

sunt sic suscipienda, vt Nobis liberum non sit, aliter sentire, quam ipsi senserunt, præcipuè, cum inter eos, de re eadē non conuenit, aut aliundè illorum assertio non comprobatur) & paulò infrà. (Non est ergo scriptis cuiuscumq; hominis, quantalibet sanctitate, & doctrina pollentis, adeo tenaciter adhærendum, vt si ratio adsit, non liceat discedere.) Hæc alphonsus disertè, vt assolet semper, ibidem; quod ab Augustino in Epist: 97 ad Hieronymum accepit (Ego inquit Augustinus fateor Charitati Tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, vt nullum eorum authorem scribendo aliquid errasse, firmissimè credam. at si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium Veritati, nihil aliud quam, vel mendosum esse codicem, vel interprætem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaq; præpolleant, non ideo verum putem, quia ita ipsi senserunt; sed quia mihi, vel per illos authores Canonicos, vel probabili ratione, quod à Vero non abhorreat persuadere potuerunt.) Hæc doctissimè Augustinus cuius vltima verba, Tibi relinquo ponderanda, quemadmodum ea ponderauit Nobilissimus Marchio Virgilius maluetius Italicarum literarum nostri seculi maximum decus in suo libro prætitulato [Discorsi sopra Cornelio Tacito] discorsi 39. cum scripsit. [Quanto all'authorità, io per l'ordinario non ne voglio far molta stima , saluo di quelle, alle quali son obligato à credere per commandamento della S Madre Chiesa, posciachè da gl' altri voglio esser vīto cō la ragione, e s. agost: mi dà questa licēza

rusissimè

Fusissimè, ac eruditissimè de hac materia, [scilicet quanti æstimandæ sint authoritates Sanctorum Patrum, & Doctorum.) discurrit Picus Mirandul: in sua apol: qu. p. de descensu Christi ad inferos. Vbi primò, ex hoc, quod Sancti Patres de dictis suis dubitãt; an in eis errauerint, an nõ. Secundò, ex discordia, quæ est inter ipsos authores. Tertiò, ex speciali prærogatiua Sacræ Scripturæ, & Sanctionũ vniuersalis Ecclesiæ, quibus solis conceditur infalibilis veritatis excellentia. Colligit dicta Sanctorum infalibili veritati, vt præcisè sanctorum sunt, non inniti.

Vnde inquit Picus, (& sæpe inuenies modernos Doctores discedere à Dictis Sanctorũ, dicit enim Robertus Olchot, quod Sanctus Vir Anselmus in multis deceptus est propter ignorantiam logicæ. & Ocham de actibus Hierachicis, nõ sentit cũ Dioni: & Scotus in 3. quasi destruit totũ processũ Ans: in lib. cur Deus homo, & ita sæpe inuenies alibi de alijs Doctoribus.) hucusque ingeniosissimus Picus, omnino eo loco videndus, dum ab simili querela, se expurgat.

Legendus pariter Arnoldus Albertinus Maioricensis, olim Episcopus Pactensis in suo tractatu [de Agnoscendis Assertibus Catholicis, & Hæreticis] q 15. per totum; & qu. 30 à n. 47. vsque ad 54. vbi latissimè de hac materia discurrit, atque nobiscum sentit; (licitum esse authoritatibus Sanctorum Patrũ cõtradicere;) quemadmodum adductis pluribus locis ex D. Augustino relatis pariter à Guidone Carmelita in suo Tract: de hæresibus, copiosissimè probat.

Videatur itidem doctissimus Cordubensis lib. p. q. q. Theologicarum q. 44. pag. 375. & 376. vbi adductà authoritate D. Thomæ in quolib: 12. (quod non quæcunq; dixerunt,

aut scripserunt Sancti, sunt vera, & à Spiritu Sancto profecta.) luculentissimè hanc materiam pertractat; & probat aliquando Sanctos Patres, piè, & sine pertinacia errasse, & signanter Damascenum, vt habetur in Epist: Polycratis ad Victorem Papam; & referet D. Hieronymus contra Pelagium.

Videatur Direct: Inquisit: par. 2.q.18. vbi aliquot malè sonãtia dicta SS. Doctorum Græcorum referuntur; & copiosius de hac re inspiciatur opusc: D. Thomæ prætitulatum (Contra errores Græcorum.)

Numquid Tu Ferchi, in Vniuersitate Patauina Scoti publicus Interpres, cuius authoritatem tantùm suspicere, tantùm venerari deberes, cum Tibi affertur; audes, inquam, inuerecundè rei jcere, postulata ratione? atq; illud obijcis statim, " Scotus dicit, sed non probat, quarè non demon-
" strat " pag. 37. & 226. quinimmò contra Nos scribis pag.
" 204. " Cur nunc contra me arguitis authoritate Theolo-
" gorum, ac Philosophorum? imitor præceptum vestrum;
" rei jcio omnium authoritates, præter Authoritatem Arist:
" arguite ratione. " Quare ergo non concedes mihi, aduersantem alicuius Patris authoritatem, in controuersia Theologica, ab Ecclesia Romana non determinatâ, & in qua certant Patres pro vtraque parte, eam suo loco dimittere, atque me stare pro illis Patribus, qui meam, suis dictis, defendunt, roborant opinionem, expetita ratione, dum tibi permittis omnium Theologorum, Philosophorum, & signanter Scoti, authoritates rei jcere, excepta Arist: authoritate? " at pergamus.

Arnaldus Brixiensis, ex quo Arnaldistæ Hæretici, non fuit pri-

mus,

mus, à quo mos iste, seu potius mors ista inciperet, vt Tu scribis, [reijciendi omniũ Sanctorum Doctorum authoritates circa res fidei,] citans Alphonsum de Castro lib. 3. aduersus hæreses (quem locum, verbo (Beatitudo) volantibus occulis certe legisti) nam eo loco sic ab Alphonso scribitur pag. 312. & 313. Petrus [Abailardus] (natione Gallus, fuit tempore Innocentij II. Papæ, qui suo confisus ingenio, omnium Sanctorum Doctorum sententias contemnere cæpit, ac veluti alter Ismael, manus suas contra omnes leuauit. Quapropter iustum fuit, vt manus omnium contra ipsum leuarentur. ex hac igitur nimia sui confidentia, euenit, vt in multos laberetur errores, quorum alij eum secuti, defendere conabantur, præcipuè quidam Italus dictus Arnaldus Brixiensis, à quo vt opinor, dicti sunt Arnaldistæ Hæretici.) hæc Alphonsus. id acceptum habens à Diuo Bernardo Epist: 190. referente, se, à Monasterio suo in Burgundia sito, ad Rhemensem Vrbem venisse, vt cum prædicto Petro disputaret, eumque ad veram fidem reuocaret; quem Abailardus veritum, ne vinceretur congressum recusauit.

Quod totum, ideo notatum volui, vt prudens Lector aduerteret, quàm Tu veraci fide scribas, & (volantibus oculis) legas Doctissimorum Virorum asserta, nec non æqualiter, amicis, ac inimicis imponas, quod numquam somniarunt.

Verum, siue Abailardi authoris, siue Arnaldi consortis, fuerit hæc pessima corruptela omnium Sanctorum Doctorum authoritates contemnere, momentaq; Rationum in disputandis rebus Fidei pluris facere; quam etiam modò Nouatores, & maxime Lutherani, sequuntur; vt Alphonsus de

Castro lib. p. aduersus hæres cap. 7. testatur, & noster Delphinus lib 2. de Ecclesiâ pag. 29. atque grauissimè quæritur Stanislaus Osius in suo Dialogo de Sacerdotum coniugio, ex persona Aratoris cōtra Happagū: quid per hoc, Ferchi, prætendis? Num & ego sim illius farinæ, quia authoritatem Vnius Damasceni, in Controuersia de qua supra dixi, citatam renui? [Medice cura te ipsum.] quando audes Tu " non pudore, vt dicis, sed impudentia suffusus pag. 244. Scholasticos Theologos omnes [quorum vnanimis consensus, probabilissimum Argumentum facit in rebus Theologicis, sine pat. ntissima temeritatis labe, non reppellendus, vt latissime probat Cano lib. 8 de Locis Cōmunib⁹ cap 4] inter quos, duo illa Magna Ecclesiæ luminaria effulgent, D. Thomas Doctor Angelicus, & D. Bonau: Doctor Seraphicus; audes, inquam, præfricata fronte rei jcere, atque temeraria sententia adiudicare, " quod in „ Sacro Vocabulo Creationis, communiter recedant à Sa- „ cra Scriptura. "

Hæc hæc est, Ferchi, manus Ismael contra omnes. hic est Lutheranorum, & Caluinistarum pestilentissimus mos, scilicet inclamare, Theologos Scholasticos recedere à Sacrâ Scriptura. videatur Bellarm: lib. de Verbo Dei; Tom: p. Controu:

Quò ad articulum Parisiensem à Te obseruatum, & contra me adductum; possem dicere. Primo ex Goffredo de Fontibus, citato à Pico Mirandulano in sua Apol: q. p. de Descensu Christi ad Inferos. Hos articulos indigere magna correctione, quia nonnulli sunt falsi, nonnulli adinuicem sibi contradicunt. Vel secundo possem respódere ex Egidio

&

& multis alijs DD. cit: à prædicto Pico sui temporis ingeniorum phenice, quod de illis articulis nihil est curandum; quia fuerunt facti, non conuocatis omnibus Doctoribus Parisiensibus, sed ad requisitionem quorundam capitosorum.

Vel tertium possem ex eodem Pico, responsum dare illos articulos non obligare omnes fideles, seu vt Angli iocantur, non transire Mare; vel vt Picus argutè, non transire Alpes. itaq; articulus ille qui fauet authoritatibus, maneat in sua authoritate, non obligans Nos ad eius obseruantiam, quãdo non sit vnus ex falsis.

Attamen ob reuerentiam Subtilissimi Præceptoris, qui 2. d: 2. q. 5. §. (contra hoc est.) hos articulos Parisienses retinere videtur. Primo dico, Te, de more tuo, infidè referre articulum prædictum. etenim sic legitur in erroribus Parisij condemnatis, Venetijs per Simonem de Luccere 3. Nouembris 1506. impressis: in illo cap 16. [Item quod homo non debet esse contetus authoritate ad habendam certitudinem alicuius quæstionis.) & non vt tu scribis [ad habendam certitudinem de aliqua ratione.] quæ verborum Metamorphoseos, satis ineptum, & ridiculum reddit articulum.

Sic pariter legitur in Articulis, art. 148. Parisij reprobatis, & Paduæ impressis, per Magistrum Matheũ Cerdonis de Vindesgretz pag. 6. facciata 2.

Vndè dico secundo, sensum articuli hunc esse. Eum errare, qui ad habendam certitudinem alicuius quæstionis v. g. [Vtrum anima sit immortalis.] non vult esse contentus authoritate Euangelij, sola id certificante, cum rationes

demon-

demonstratiuæ, quæ certam, & infalibilem notitiã pariunt quæstionis non adsunt, cum ex D. Augustino (ratione cessante, authoritati standum sit.) Cæterum, an fuerimus in hoc casu, adeo vt Articulus adducatur ad propositum, Acquus Lector Iudex esto.

Stet ergo inconcussum hoc nostrum assertum. Licere etiam in Theologia, cum Scholasticæ Veritates discutiuntur, aduersantes Patrum authoritates alicui opinioni, ab alijs Patribus confirmatæ, ac roboratæ, reuerenter reijcere, robustioremq; Theologizandi modum, tunc esse, validis rationibus certare, vt inquit Sanctus August. loco cit.

Ast vnum prætertire non debeo, antequam ad factum secundæ disp: accedam, cũ dicis " authoritatẽ Damasceni (nunquam) à Scoto negatam. " lege, ac relege Scot: 2. d. 16. q. v. & videbis, cum adducitur authoritas Damasceni, quà probatur potentias naturales in secunda specie qualitatis reperiri. reclamare Scotum. O (dico quod æquè probabiles, ac apparentes authoritates sunt ad opositum.) atque litera P, negat absolutè potentiam naturalem esse in secunda specie qualitatis. Quanti ponderis sit authoritas Damasceni, legatur D. Thomas q. 10. de potentia a. p. vbi illam reijcit.

Tandem ad historiam Disputationis secundæ, cum Patre Vaccario habitæ accedamus, qua ostentare prætendis (quemadmodum hucusque impotenter, me nullius authoritatis, qui omnes negem, ita nullius rationis, eo quod à ratione Vaccarij reuinctus, me exsoluendi modum, seu nodum non innenerim.

Atque vnum considero in hoc argumento à Te relato, ante-

quam

quam allatas à me tunc temporis solutiones, hoc loco, scripto repetam, vt me cogis: scilicet. Vel Te infidè argumẽtum Vaccarij referre; vel certè si fideliter; tanti præcellentis Peripatetici honori, multum detrahere. Etenim hoc argumentum, à Te, Vaccarij nomine typis impressum, est formatum ex quatuor terminis. quod tale quid monstrum, ingenuè fateor, à me non fuisse tunc temporis auditum: Nam ridentes Discipuli Vaccarij, in Dialetica Tyrones, si responsionem, quam ego attuli ad materiam difficultatis, non percepissent, dubio procul, ineptam argumenti formã aduertissent, vt potè eorum capacitati magis adaptatam. Ita ego piè sentio de Antagonista defuncto, tanquam de præcellenti Peripatetico, aliter ac Tu ei imponis; vt verissimum sit, quod paulò ante dicebam; te nec amicis viuis, minus mortuis parcere: Sed vtrosq; pro libidine voluntatis tuæ calumniari. prorsus immemor vetustissimi adagij. (Non fas mortuis)

Argumentum examinemus: Ille Tu " homo rudis (transcribo verba tua pag. 263] " qui logicæ rudimenta, quę
„ nos eò loco deseruisse doles, didicisti à Petro Hispano in
„ summulis, & ab Arist: lib. de interpretatione " didicisti, in quà, sylogismum ex tribus terminis confici debere, subiecto, prædicato, & medio termino appellatis. Eumque syllogismum constantem ex quatuor terminis, tanquam mõstrum in Dialetyca facultate exsibilari.

Num tibi videtur hunc tuum syllogismum ad formam prędictam esse confectum? Scribis. Vaccarium, hoc argumẽtum vsum fuisse ad impugnandam hanc thesim. [Sacramenta nouæ legis habent effectum ex opere operato.] "

Exor-

Exorcistatus non habet effectum ex opere operato. exorci-
„ status est Sacramentum nouæ legis, ergo Sacramentum no-
„ ui legis non habet effectum ex opere operato. " Hucusque
„ quò ad formam rectè. quò ad materiam; falsitas maioris
„ propositionis probanda est. maior dicis probata est; quod
„ ex operato fit, semper, vel in pluribus fit. Sed exorcista
„ per impositionem manuum, vel exorcismos, rarò expellit
„ Dæmones ergo exorcistatus, vel exorcista, non efficit ex
„ operato: sed fortè ex operante, & potius miraculosè, quã
„ naturaliter. "

Prosit Tibi Ferchi, atq; tantæ sapieutiæ Tuæ. An non vides, etiam inter non videntes, Doctor versatissimè [æmulor Verba Tua pag. 425.] quatuor terminos in hoc Syllogismo appositos? (quod ex operato fit.) hic est Vnus, subiectum Vocatus. [semper vel in pluribus fit) est alter, prædicatum dictus. sed exorcista; en tertius ergo [exorcistatus,] ecce quartus. Eas ad disputandum cum pueris "
„ imitor Phrasim Tuam pag. 15.

Exorcista, & exorcistatus, vt optimè norunt pueri examinaturi pro ordinibus suscipiendis, valdè inter se distant quinimmò à Toto Cœlo. Exorcistatus, est Sacramentum, quod ab Episcopo confertur initiando. Exorcista est iam initiatus ad exorcistatum. hinc in probatione minoris, dũ exorcistam ponis; en quam cogeris Conclusionem inferre, ergo exorcistatus, vel exorcista non efficit ex operato! ri-
„ deant, cachinentur discipuli, hæc lecturi; probabis intentũ ad Kalendas Græcas? fortè ad Neomenias Latinas? imitor Phrasim tuam pag. 29.

Thesis asserit. Exorcistatum Sacramentum, semper, vel in pluribus

pluribus, effectus ſuos operari, hoc eſt gratiam, & Characterem, non exorciſtam miniſtrum, qui facultate in Sacramento exorciſtatus accepta, vtitur ad expulſionem Dæmonis, quem rarò depellit, vt dicis. & hæc quo ad formam huius tui portentoſi argumenti. Nam placet, vt tibi diſpliceam, errorem hunc Dialectycum non tribuere Vaccario honoratæ memoriæ Viro; memor illius. [lauda poſt vitam, magnifica poſt conſumationem.)

Sed Tibi adſcribere, in dialetycæ rudimenta peccare adſueto. Legantur, quæ ſcripſiſti contra Adm: R. P. Magiſtrum Modeſtium Gauatium Ferrarienſem Virum Doctiſsimum, atque nunc meritiſsimum Procuratorem Generalem Ordinis in Curia Romana, defendentem ſubtiliſsimè, obligationem ad pænam, ex peccato ortam, eſſe iniuſtitiam, qua homo eſt iniuſtus; & videbitur hoc tuum argumentum in additione p. diſp. n. 14.

„ Aufertur ex affectione iuſti iniuſtitia: ſed obligatio ad pęnam, & pæna quatenus huiuſmodi, ſunt in affectione cōmodi, ergo obligatio ad pænam non eſt iniuſtitia. "

Cui argumento reſpondet eruditiſſimus Pater in hęc formalia verba (Argumentum non eſt in forma, cum ſit ex quatuor terminis. min: propoſitio, talis eſſe deberet; ſed obligatio ad pænam, non aufertur ex affectione iuſti; quæ propoſitio omnino neganda eſt.) Hæc ille.

Verum iam ad materiā tui monſtruoſi argumenti, repeto reſponſionem, quam tunc in voce dedi. Negaui ergo maiorem, ſcilicet ex orciſtatum Sacramentum non habere effectus ex opere operato, qui ſunt gratia, & Character. probabatur de exorciſta miniſtro adiurante Dæmones, quos

E e ab

ab obsessis pellere intendit, & quasi expulsio Dæmonis [effectus facultatis ministri exorcistæ] esset effectus exorcistatus Sacramenti, inferebatur ergo exorcistatus [addis Tu Ferchi, vel exorcista) non efficit hunc effectum ex opere operato.

Dixi in argumento transitum fieri ab effectibus, quos infalibiliter Sacramenta producunt in non ponentibus obicem, [quos effectus proposita thæsis intendebat] ad effectus facultatis, quam exorcista in Sacramento sibi collato ab Episcopo, recipiebat. hinc negaui, expulsionem Dæmonis esse effectum Sacramenti exorcistatus, concessi esse effectũ facultatis exorcistæ.

Instabat Vaccarius, contendens, exorcistam, verè Sacramentum exorcistatus conficere, cum exorcizat, & Dæmonis expulsionem, Sacramenti effectum esse. E contra, ego ipsum absurditatis admonebam, instantias afferrens in alijs Sacramentis; nimirum, quando Ostiarius Ecclesiæ valuas aperit in eius sententia, Sacramentum ostiaratus conficere; sic Acholiti, quando deferunt luminaria, & ampullas. Quas instantias, cum Vaccarius vltrò admisisset: Tunc cæpit adstantium risus; tunc petulantes Discipuli, horrendè cachinnari auditi fuere; atque tandem finis disputationi impositus; cum præinsolenti rumore alterius prosequi non potuerimus.

Num igitur, Ferchi, vera solutio data? num adhuc expectatur? num eadem, quæ à Vaccarij discipulis tunc ridentibus sciebatur? Num me, an alios, Sacramenta plurificantes, deriderent improbi, petulci, procaces illi? At si aliam solutionem desideras, habui nunquam, melius in forma

Syl-

Syllogistica confectum, & in materia probatum, & Tu proponas. Atque hæc illi benter à me hucusq; dicta sint. Tristis enim hæc dictaui, dum piè defuncti requiem perturbare me coegisti, qui melius fecisses, pro anima ipsius Sacrum offerre Deo, ac Immortalem quietem præcari, memor illius Catonis.

Litis præteritæ noli maledicta referre
Post inimicitias, iram meminisse malorum est.

Sexta Querela Ferchij in Scotum.

Quod Scotus Animæ mortalitatem asseruerit.

SCriptum legitur in lib. de gen: disp. 5. q. 2. a. 2. n. 67 Si dicat, ipsum non asseruisse illam vniuersalem affirmatiuam (omnis forma substantialis est separabilis,] sed probasse dumtaxat disputatiuè procedendo. Non sufficit, quia soluit rationes pro vniuersali negatiua, [nulla forma substantialis est separabilis]. ergo etiam soluere debeat, quæ faciebant pro vniuersali affirmatiua.

Ferchius pag. 205. post trinas responsiones adductas, quibus aperit mentem suam, quare non soluerit rationes pro vniuersali affirmatiua; tandem optimè cognoscens imbecillitatem responsionum, easque meras fugas esse, euomit quartam responsionem his verbis. " Denique Alexandreus quidam, nempe vester Doctor, argumenta pro hac propositio-
" ne negatiua. (Anima non est mortalis.) omnia soluit.
" argumenta pro hac affirmatiua. [Anima est mortalis.]

„ nulla soluere voluit, relinquens hoc negotium Aduersa-
„ rijs, parpari referre volui. Argumenta Alexandreorum,
„ quæ probant Animam intellectiuam non esse separabilem
„ dissolui pro posse. Hæc autem, quæ probant, omnem, aut
„ aliquam formam esse separabilem, reliqui soluenda Vobis
„ Alexandreis, animæ intellectiuæ interemptoribus. "
Item pag. 264. scribis. " Si argumentum vestrum valet, cũ
„ Scotus in Theologia scribat, & ex Arist: sequitur, quod
„ Scotus reliquit tanquam veram, & probabilem *illam* pro-
„ positionem. (Anima intellectiua est mortalis.) quare,
„ & hæreticus, & hæresiarca est. "
Et infra. " Scotus quidem deseruit defensionem Veritatis
„ Catholicæ, quia noluit defendere Veritatem istam. (Ani-
„ ma est immortalis.) quando noluit soluere argumenta,
„ quæ contra ipsam attulit. Ego vero solui argumenta, quæ
„ sunt contra Veritatem Philosophicam & Theologicam,
„ nempè illa, quæ probant nullam formam esse separabilem:
„ at illa enuntiatio [omnis forma est ingenerabilis, & in-
„ corruptibilis,] & separabilis in hoc sensu, tenetur à pluri-
„ mis, atq; grauissimis in Philosophia, & Theologia Docto-
„ ribus, scilicet à Defensoribus rationum seminalium; quare
„ meæ rationes illæ, non sunt contra Fidem Catholicam, &
„ eas non soluere, Fidem Catholicam non lædit, sicut non
„ soluere illa, quæ fecit Scotus argumenta, est contra Fidem
„ Catholicam. "
Et pag. 291. inquit. " Vos non attendistis ad Doctorem Ve-
„ strum, qui vt Arist: mentem aperiret, non debebat hanc fal-
„ sitatem relinquere probatam, quod (Anima intellectiua
„ sit mortalis;) & quidem falsitas ista, quam Scotus proba-

tam

,, tam reliquit, eſt capitalis, in qua ſalus, tum cuiuſq; homi-
,, nis, tum Eccleſiæ Chriſtianæ conſeruatio conſiſtit. Da
,, enim, quod (Anima ſit mortalis;) iam Chriſtum Cruci-
,, fixum, & Crucem ſepellire potes, totaq; Fides Chriſtiana
,, corruit. illa verò propoſito (omnis forma eſt ſeparabilis)
,, non aduerſatur Fidei Chriſtianæ.

Tandem pag. 292 concludit " Dico Scotum male feciſſe,
,, quia contra Veritatem Fidei Catholicæ probauit hæreſim,
,, & probationes non ſoluit? *Hucuſq;* Ferchius, peringentē calumniam, Subtiliſſimo Præceptori imponit. atq; in eum poſtmodum efferatior effectus, bachatur, atrociſſimè ſuggellando titulis, " non boni Philoſophi, non boni Theo-
,, logi, Doctoris mali exempli, Authoris Scandaloſæ Doctri-
,, næ, Deſertoris Veritatis Catholicæ Epicurei, Defenſoris
,, opinionis Porcinæ, " nec non alijs ignominioſiſſimis Epithetis, quæ cum fuſius à me alibi fuerint tranſcripta, horret calamus ea repetere.

Quoniam verò, præſens grauiſſima impoſtura tangit pupillā occuli noſtri, doctrinā ſcilicet, & honorem infaminatum Summi Præceptoris noſtri; Curabo pro virili vtrumque emaculare, atque Catholiciſſimam eius doctrinam, à procaciſſima impoſtura, ſartam tectam tueri.

Scotus Expurgatus A' Mastrio.

TRIA sunt in hac expurgatione à me præstanda, Aequissimè Lector, vt impudentissima calumnia Ferchij in Communem Præceptorem radicitus eliminetur; atquè Scotica immaculata fama, subtilissima Doctrina, post tria secula triumphans illustrissima, depulsis teterrimis Ferchianis tenebris illustrior, si fieri potest, appareat.

Primum, ostendere quàm iustè nos postulauerimus solutionē rationum illius affirmatiuæ vniuersalis [omnis forma substantialis est separabilis.] secundum, quàm iniustè ipse adducat in suimet excusationem exemplum Scoti non soluentis rationes illius affirmatiuæ (quam imponit) [Anima est mortalis,] cuius exemplum, dicit se voluisse immitari. Tertium, quàm iniustissimè subtilium antesignanus de Ecclesia Catholica Dei optimè meritus, à vilissimo transfuga è Scoticis castris, nominibus ac titulis vituperosissimis traducatur

Primum aggrediamur. scribis Tu pag. *262.* & *263.* Illam enuntiationem vniuersalem. [omnis forma substantialis est separabilis) à Te proponi non vt veram, sed vt falsam imposibilem. Cum enim nullus intellectus possit assentiri duobus contradictorijs, teste Arist. 4 Metaph. t. *9.* atque istæ duæ. (omnis forma est separabilis.) (quædam forma non est separabilis,) sint contradictoriæ; quando Arist: approbauit illam contradictoriam particularem negatiuam, [quædam forma non est separabilis] exploratissimum

ratissimum est, cuicunq; cognoscenti primum principium. [De nullo verum est affirmare, vel negare,] Aristotelem, vt falsam reprobauisse vniuersalem affirmatiuam illam (omnis forma est separabilis.) Rursus scribis Tu loc: cit: n. p. pro illa affirmatiua falsa, " tuo labore insumpto, " duodecim illa argumenta erexisse, (diuino tamen lumine ad probandam falsitatem illustrante) quæ placuit non reprobata relinquere. Ex quo colligebamus nos; [quando verbo Veritatis contradiceris ex animo, cui quouis modo non contradicendum, ex cælesti placito doces discuss: Scotica de coment: Metaph: cap. p.] Te vehementem suspitionem intulisse, credere illam Vniuersalem affirmatiuam esse veram. cum pag. 274. scripseris " meã non ,, soluam,] .s. illa 12. argumenta] ne mihi iniuriam fa- ,, ciam, ne vè officiam Veritati. " quamquam alibi dixeris eam propositionem falsam, impossibilem.

Quoniam, vt rectè Innocentius ait in cap. (error) dist. 83. (Error cui non resistitur, approbatur & veritas, cum minime defenditur opprimitur. qua propter, eleganter Tu scripsisti pag. 166. n. 9. " qui obijcit sibi aliquid, & obie- ,, ctionem soluit, non approbat, sed reprobat ea, quę in obie- ,, ctione dicuntur, nisi velimus dicere, Sanctos Doctores ,, Thomam, & Bonauenturam esse hæreticos, per calumniã, ,, cum frequentissimè scribant hæreticas obiectiones: at sol- ,, uunt eas; & ex consequenti reprobant. "

Atq; collectio nostra, subinde potissimum fundamentum habuit in ijs, quæ scripsisti Vestig: 4. cap 11 vbi cum eo loco, primùm argumenta Aristotelica proposuisses, probantia multitudinem Deorum, postmodum ea conuellens inquis

Aequum

" Aequum non est, quæ contra Veritatem pugnant, insoluta dimitterè, aut in Iudicio de Veritate præuericari. Præclarè Philosophus in p. ad Nicomach: cap. 4. car. 7.
" (quamquam arduam, inquit, nobis hanc quæstionem futuram esse video, propterea quod amici sunt, qui formas introduxerunt; sed forsan rectius esse, & oportere videretur; vt pro Veritatis salute, Vnusquisq; & præsertim Philosophi, sua quoque propria refutarent: nam licet amici sint ambo. Sanctum est Veritatem ipsis in honore anteponere.) Hoc saluberrimum consilium insequamur, & argumenta illa, quæ ostendunt multos Deos esse, quamquam in amici Arist: doctrina fundentur; amore veritatis confutemus: (Sanctum est enim Amico veritatem præponere] hæc Tu rectissimè. Igitur Te Iudice, ex ore tuo, Nos iustè solutionem falsitatis per te probatæ contra Veritatem, & Arist: sicut Philosophum oportet, pro Veritatis salute, sua quoq; propria refutare, quæsiuimus (Sanctum est enim Veritatem amico, quinimmò, & sibi ipsi præponere.)

Et eo vel maximè, collectionem nostram, replico, non temerè fundatam credebamus, cum Te, qui Vnicè, ab Arist: dictaminibus moneri pateris, Vestig: 6. lib. 2. n. 135. grauissimè moneat Arist: in lib. de lineis insecabilibus. [Verum absurdum est fortasse, quempiam præ ignauia succũbere, propterea quod non audeat, oblatas argumentationes dissoluere, atq; sic imbecillitatem suam fauendo, grauioribus insuper fallacijs se decipere,] & hæc satis, superque, quo ad primum Punctum: nam & Tumet pag. 292. prostratus à Rationibus nostris, præsertimque ab Vltima, qua probatur, Non esse facienda mala, vt euenirent

bona

bona &c. Postquam, vt responderes, totum Venenum euomere ausus fuisti in Scotum innocentissimum, in Nos quales, quales simus Confratrrs Tuos, impotens doctrina id præstare.

Tandem Te victum fateris in hæc verba. " Do vobis me nō fecisse, quod debebam. An propter hoc, conclusionem vestram probastis, aut rationes meas soluistis? Non vtique " [vtique; replico ego, si non fecisti, quod debebas, hoc enim fuit intentum nostrum contra Te probare, (quisquis enim hoc facit, quod facere debet, rectè vtique facit,) inquit D. Augustinus Epist: 97 ad Hieronymum] " sed
„ voluistis detegere defectum proximi; improperia contra
„ me scribere coram toto Vniuerso; Vestram sapientiam, su-
„ pra meam iactare " (aduertat Aequus Lector hæc ampullosa verba, tumidissimi ingenij, certissimi characteres)
„ multa falsa mihi imposuistis; multas fallacias de me Lecto-
„ ri obiecistis. Denique obscurare me desideratis, vt Vos
„ gloriosiores videamini. " [ò miserum, cuius dolor est aliena voluptas) " ista sunt vera mala, homine Christia-
„ no, Franciscano indigna; de quibus dixit Apost: (Non
„ sunt facienda mala, vt eueniant bona.) Hæc Ferchius conuictus, atque impotens, ad doctrinaliter respondendum, manico furore correptus, iniurrijs, Scomatibus, contumelijs respondet. Cui Nos Vnico verbo, sed prægnanti replicamus: [Medicæ) ab illis, quæ dicis, malis, (Cura Te ipsum,) & pergamus ad secundum.

Secundò, iniustè adscribis subtilissimo Præceptori, vt Te exculpes à falsitate, quam insolutam reliquisti, quod ipsemet Scotus in 4. d. 43. q 2. sic fecerit, dum argumenta pro

„ hac propositione negatiua [sunt verba tua;) (Anima
„ non est mortalis,] omnia soluit argumenta pro hac af-
„ firmatiua, (Anima est mortalis) nulla soluere voluit,
„ reliquens hoc negotium aduersarijs, " Ex quo tu par pari
referre volens; protestaris, nolle sequi exemplum vnius
„ Alexādrei, non boni Philosophi, non boni Theologi, pro-
„ bantis hæresim, destructoris totius Ecclesię Christianæ; sic-
„ que ea tua argumenta insoluta relinquere.

Prosit Tibi, ac mendacissimæ procacitati Tuæ. qui Ophtalmia rubra oculos habent ęgros, [scribis tu pag. 264.) omnia, quantumuis candida rubra cernunt. " Ita sanè hoc
„ morbo laborare conuinceris, quando candidissimam Sco-
„ ticam Doctrinam in tui excusationem citatam, rubram, atque cruèntatam, cernis opinione Aphrodisei.

Et quoniam capitalis cardo totius tuę inanissimæ exculpationis, & atrocissimæ calumnię, quà Scotum in hoc toto tuo Libello fruntosè audes dedecorosissimis titulis suggellare; fundatur in Doctrina illius quæstionis. propterea vt coram toto Vniuerso, impudens calumnia appareat, quam breuissimè potero, satis fusam q. 2. d. 43. lib. 4. sent: hic rescribam, adeo vt omnes Lecturi, vnico obtutu agnoscant, tantum abesse, Scotum somniasse, quæ Tu nimis audacter imponis; quin potius, immortalitatem animæ, solidissimè probasse, ac approbasse.

Igitur in 4. lib. sent: d. 43. q. 2. [quęritur vtrum posset esse notum per rationem naturalem, ressurrectionem generalem hominum esse futuram.] Ponderemus minutatim, Ferchi, in hac q. Scoticam mentem. Ex hoc titulo quæsiti. primò manet certum, principem finem Doctoris, non esse vesti-

vestigare immortalitatem Animę: sed num per rationes naturales possit probari ressurrectio hominum futura.

Pergit de more suo Doctor, & conficit quatuor argumenta, quibus probatur resurrectionem hominum, naturaliter futuram esse; quibus adductis, statim in oppositum adducit authoritatem Augustini 13. de trinitate cap. 9. loquentis de Vita immortali, ac sempiterna. [Hac vtrum careant &c.] quam August: sententiam, confirmat duabus authoritatib⁹ ex actis apost: desumptis cap. 17. & 26. His firmatis. ad quæsitum respondet.

{ Respondeo hoc manifestum est, quod si ratio aliqua ressurrectionem ostendit, oportet quod accipiatur ex aliquo, quod est proprium hominis, ita quod non conueniat alijs corruptibilibus hoc autem non est materia, etiam incorruptibilis. nec forma aliqua destructibilis.) Pondera **Ferchi. ad sensum Scoti, dari aliquam formam hominis, quę** non est destructibilis. (quia & si talis sit in homine excellentior omni forma bruti) Pondera talem esse sensitiuam, vt in homine. (Tamen ex illa, non potest sumi ratio sufficiens ad probandam ressurectionem totius) pondera, quia ex illa non probaretur ressurrectio Animæ rationalis. (Ergo oportet, quod accipiatur â forma specifica hominis, vel ab operatione conueniente hominis secundum illam formam.] pondera ad hoc, vt ressurrectio totius hominis naturaliter probetur.

Prosequitur Scotus A. [primo modo procedendo] hoc est accipiendo rationem â forma specifica hominis, qui est primus modus. { ex tribus propositionibus, cõcluditur propositum, & si illæ omnes, ratione naturali essent notæ, ha-

beremus propositum.) Pondera mentē Scoti ad hoc vt probet suam Thęsim. (Naturaliter non posse probari ressurectionem mortuorum,) debere incumbere inquisitioni sollertissimæ, Num scilicet tres infràcitandę propositiones sint naturaliter notę: quoniā si sunt. Ressurectio mortuorū nō erit Articulus Fidei, quod est contra Scopum quæstionis. Sunt (autem illę Primo Anima intellectiua est forma specifica hominis. Secundo Anima intellectiua est incorruptibilis.) ex quib⁹ sequitur, quod forma specifica hominis sit incorruptibilis. Pondera Ferchi, an hæc secunda propositio, sit Alexandrea, an Epicurea, vel magis, quod verissimum est, conuincat Te egregium Impostorem? (Additur tertia, quod forma specifica hominis, non remanebit perpetuo extra corpus. Sequitur ergo quod aliquando redibit idem. ista reditio iterata, ressurrectio vocatur, secundum Damascen: lib. 4. cap. 19. Ressurectio est secunda eius, quod solutum est, surrectio.)

Sequitur Scotus. (De istis ergo tribus propositionibus, qualiter notæ sunt per ordinem videamus.]

Pondera Ferchi, & si frontem habes, erubesce, & confundere. est ne vera, hæc tua impostura pag. 264. " Scotus Doctor vester, si tamen vester, in 4. d 43. q. 2. proponit istas " duas Enuntiationes. Prima: (Anima intellectiua est im- " mortalis.) atque pro ipsa authoritates, & rationes ex alijs " profert, & eas soluit. Secunda (Anima intellectiua est " mortalis) & ex se affert pro ista authoritates, vel ratio- " nes, nec tamen soluit, quare illam relinquit tanquam ve- " ram, & probabilem, ergo & hæreticus, & hæresiarca est. " hæc ne est mens Scoti? hæc eius verba? verè Tu protesta-

tus

tus fuisti pag. 332. " à Scoto non didicisse, nec minus ex
" eius doctrina profecisse. " Ita est vt dicis: etenim absurda imponere authoribus, quam graue crimen esset, edoctus fuisses p. d. 8. q. 5. D. & quol. 7. §. (sed quia nulli authori.) Verum vt Te reum defenderes, innocentissimi Doctoris textum, publicus Interpræs fallasti, & erroribus per Te confictis, immaculatam famam impiè traduxisti. At prosequamur ex Scoto reserare malignam, & ingentem imposturam.

Sequitur Scotus [de prima] scilicet propositione Anima intellectiua est forma hominis specifica. [dicitur] à D. Thoma, (quod est ratione naturali nota, quod ostenditur dupliciter. Vno modo per authoritates Philosophorum, qui hoc asserebant, & non nisi tanquam ratione naturali notum: alio modo adducendo ibi rationes naturales, ex quibus illud concluditur:) & prosequitur Scotus ab A. vsque ad H authoritates Philosophi, & D. Thomæ rationes referre, eas examinare, i jsdem, proprias addere; adeo vt firmata maneat hæc propositio. Animam intellectiuã esse propriam, & specificam formam hominis, est naturaliter notum, & conclusum. redolet ne Ferchi hæc doctrina alexandreum placitum? est ne Anima intellectiua, in sententia Aphrodisei; forma hominis specifica?

Deinde litera H. incipit examinare secundam propositionem; & inquit. (De secunda propositione principali, quæ est, quod anima intellectiua est immortalis, proceditur sicut de prima: primo adducendo authoritates Philosophorum, qui hoc senserunt.) Pondera, hoc est, eam esse naturaliter notam, proindeque rationibus naturalibus posse demonstrari

strari. & sequitur ex Riccardo 2. d. 19 qui asserebat esse naturaliter notum Animæ immortalitatem, referre quatuor authoritates Arist: ex 2. de Anima t. 21. ex 3. de Anima t. 7. ex 12. Metaph: t. 16. & 17. ex 10. de Animalibus cap. 4. His authoritatibus, addit rationes tres ex dictis Philosophi formatas, & duas desumptas ex D. Thoma; quibus probatur esse naturaliter notum, Animam intellectiuam formam hominis specificam, esse immortalem. atq; in fine H. duas authoritates adducit, ex Metaph: t. 60. & p. de Cœlo tex: quibus videtur Philosophum oppositum sensisse.

Prosequitur examen Scotus, I. & inquit. [Potest dici, quod cet ad illam secundam propositionem probandam sint rationes probabiles, non tamen demonstratiuæ, immo nec necessariæ.) Pondera, intentionem Scoticam, totam versari in astruendis Articulis Fidei, scilicet immortalitatis Animæ, & Resurrectionis mortuorum, qui essent destructi, si per rationes naturales demonstrarentur reliquę duæ propositiones, sicuti prima, de forma hominis specifica demonstratur naturaliter. Hinc primò subtilissimus Doctor, duas generales responsiones adfert, applicandas omnibus iam citatis Philosophi authoritatibus

Primam, Arist: secundum varia ipsius principia, quæ concordare non potuit, lumine fidei destitutum, variè locutum fuisse, ac proinde probabile esse, semper dubium fuisse de immortalitate Animæ.

Secunda, quæ magis realior à Scoto reputatur, (quia non omnia dicta à Philosophis etiam assertiuè, erant ab eis probata per necessariam rationem naturalem; sed frequenter non habebant, nisi quasdam probabiles persuasiones, vel

vel vulgarem opinionem præcedentium Philosophorum) quod confirmat ex 2. de Cœlo t. 60. [& quamuis] dicit, (hæc responsio sufficeret ad omnes authoritates, licet essent expressæ, quod non concludunt propositum] scilicet probantes naturaliter immortalitatem. [tamen responderi potest per ordinem.

Quod præstat Scotus vsque ad Q. & adfert responsiones authoritatibus, & rationibus per totam litteram H. adductis exceptis duabus authoritatibus, quib⁹ sentire videtur Philosophus in oppositum.

Tum primo, quia illæ non demonstrant naturaliter immortalitatem Animæ, quod est illud principale, quod Scotus euertere intendit, vt maneat immortalitas, articulus fidei; ex quo articulo deinde elicitur alter, addita propositione tertia, quod forma specifica hominis, non remanebit perpetuo extra corpbs, & sic aliquando redibit idem; quod est dictu, generalis hominum ressurrectio futura erit, qui est alter inquam articulus fidei, quæsitus à principio in titulo quæstionis.

Tum secundo, quia ijs duabus authoritatibus abundè satisfactum fuit per illas duas responsiones generales; quis enim crederet, quod Arist: aberrantis est, esse pariter Scoti rectè sentientis.

Legatur Melchior Cano lib. 10. de locis Theologicis cap. 5. [de 3. Arist: errore.] legatur idem, quæ scribit Fetchius Vestig: p. cap. 3. pag: 6. col. 2. cum inquit " Dubitationes pro resolutionibus citare, error prauus est. Hinc Petrus Matheus in histeria Henrici IV. Gallorum Regis recenset sectarium quendam de Plessy publicè damnatum,

quod

„ quod dubitationes Authorum pro resolutionibus in opere
„ quodam suo, retulisset, atque ab eodem Rege, & sapienti-
„ bus contemptui habitum. "

Videat ergo humanissimus lector quam falso imponat Ferchius subtilissimo Doctori, quod relinquat falsitates probatas, & non solutas, vt eius dogma (de separabilitate omnis formæ tueatur.) an impio agnomine Alexandrei sit dedecorandus Scotus? an iuri philosophico, & Theologico, sit per ipsum abundè satisfactum? an contra fidem Catholicam quidpiam scriptum? an Doctoribus, & Auditoribus hæc Scotica doctrina scandalo futura sit? an potius, quod verissimum est, totum esse putidissimum Ferchij mendaciũ, ea detestabili intentione confictum, vt sub pallio subtilissimi Præceptoris, noua sua figmenta tutius inuulgare posset; atque tandem quà Censura dignus habeatur Ferchius, cum Catholicissimam Doctrinam per tria sæcula, & vltra, absque vllo erroris minimo næuo corruscantem calmo Sacrilego ità nepharie deturpat.

Legas ad æternam Tui confusionem, quę doctissimus Vega de Necessitate gratiæ ad pænitentiam q. 11. pag. 841. col p. scribit contra imponentes Scoto, quod senserit. (Nos, ex naturæ viribus in hoc statu, habere posse dispositionem ad gratiam sufficientem.) sed tanta est mihi, (inquit Vir Sapientissimus) pietas in Doctorem Subtilem, tamq; piam habeo opinionem de illius fęlicissimo ingenio, &(Catholica, & omnino singulari, & præexcellenti doctrina,) vt neq; istis argumentis adduci possim, vt credam illum sensisse , Nos ex naturalibus viribus in hoc statu habere posse dispositionem ad gratiam sufficientem.

Hæc

Hæc dignissimus Scoti Interpres; longe aliter ac Tu, haud dignus in Cathedra Patauina professor, pientissimè iudicauit, de summi Præceptoris doctrina.

Scribis Tu in Bzouium pag 84. " Verum hæc iniuria, tam
" est enormis scilicet Scotum in fide dubitantem criminari;
" vt vix, ac ne vix quidem, eam in Bzouium cadere posse
" crediderim, " & Tu non solum dubitantem; sed probantem hæresim contra fidem Catholicam, declamas?

At institutum nostrum sequamur. Scotus à litera Q. vsque ad literã T. adducit, & carpit quasdam rationes, quibus probatur naturaliter formam specificam hominis, non posse perpetuo manere extra corpus: & tandem à litera T. suam principem Conclusionem, & resolutionem quæsiti statuit his verbis.

(Dico ergo quod illarum trium propositionum, ex quibus formatur ratio ad resurrectionem quodamodo à priori, quia sumptæ sunt à forma hominis ressuscitandi. Prima est naturaliter nota, & error ei oppositus, qui proprius est, & solius Auerois, pessimus est; non tantum contra Veritatem Theologiæ, sed etiam contra Veritatem Philosophiæ; destruit enim scientiam, quia omnes actus intelligendi, vt distinctos ab actibus sentiendi, & omnes actus electionis, vt distinctos ab actibus appetitus sẽsitiui, & ita omnes Virtutes, quæ non generantur sine electionibus factis secundũ rationem rectam; & per consequens talis errans esset à communitate hominum, & naturali ratione vtentium exterminandus.)

Pondera Ferchi, quam acriter, & meritò Scotus inuheit in Aueroem, vt velit eum, & sequaces exterminatos à Com-

munitate hominum: Nonne tamtundem est, ac damnare Alexandream mortalitatem? quæ Te Iudice pag. 348. eadem re est, cùm Auerois opinione? & audes Tu diffamare procaciter, Scotum tanquam Alexandri sequacem?

Hæc illa est Conclusio, summopere à Scoti aduersarijs expetita, "deleatur Scotus à Cathalogo Scriptorum." hanc ardenter appetti jt, Te referrente in Matenes: pag. 69. "Ioannes Casu Oxoniensis ex lex Horno, cum Scotum prorsus à Catalogo Veterum delendum esse suasit." Hanc pariter tibi in Votis esse, nimis apertè ostendis, quando Scotum catholicissimum Doctorem, Alexandreum, probantē hæreses, præbentem arma hæreticis, Catholicos exarmantem; in tuis opellis passim peruulgas.

Sequitur litera V. Scotus alteram partem suæ Conclusionis statuere, & inquit. [Sed aliæ duæ non sunt sufficienter notæ ratione naturali.] hoc est demonstratione; quæ sola probandi forma tollit articulum fidei, sicuti scientia fidem destruit, vt sustinet etiam D. Thomas p. p. q. 46. a. 2. ad propositum. [licet ad eas sint quædam persuasiones probabiles] scilicet, quæ frequenter adhibentur etiam ad confirmandos articulos fidei nostræ; non quidem vt illis, id quod prius ignorabamus, euidenter cognoscamus, sed potius vt indè intelligamus, Nos ea non credere, quæ esse nulla ratione possunt.

Sequitur Scotus (ad secundam,] scilicet quod forma hominis specifica sit incorruptibilis, (quidem plures rationes probabiliores, vnde & illam videtur magis expressè sensisse Philosophus.) Pondera Scoticam mentem esse. Si attendantur rationes naturales probantes incorruptibilitatem

tatem Animæ, plures, & probabiliores esse ijs paucioribus, & minus probabilibus, probātib⁹ formā, nō posse perpetuo extrà Corpus remanere. Vnde sequitur, & concludit (ad tertium autem pautiores; & per consequens ex istis, nō est per illam Viam sufficienter nota ratione naturali.) hoc est per primam Viam, procedentem à forma specifica hominis.

Aggreditur postmodum Scotus ostendere etiam secunda Via, hoc est à posteriori, scilicet ab operatione propria hominis, probari non posse naturaliter resurrectionem Mortuorū. & propter Rationes, quę in principio quęstionis tactę sunt, adducit vnam, & alteram rationem; (Sed, inquit, quod rationes illæ à posteriori minus concludunt, quam rationes illæ à priori, desūptæ à propria forma hominis.) quod probat per dictum D. Gregorij lib. 4 moral: in fine dicentis, (qui propter istas rationes noluerit credere, propter fidem credat.)

Quare, quæsitum Scotus in hæc verba resoluit, atque hucusq; fusissimè dicta, in hæc Catholicissima Verba epilogat. [Breuiter ergo, nec à priori, idest, per rationem principij intrinseci in homine; nec à posteriori, puta per rationem alicuius operationis, vel perfectionis congruentis homini, potest probari necessaria ressurrectio in nitēdo lumini naturali. Ergo hoc tanquam omnino certum, non tenetur, nisi per fidem.) Immo [pondera Ferchi, quid de immortalitate animę rationalis, Te inuito, sentiat pijssimus Doctor,] [nec secunda propositio in prima Via, sicuti dicit August: lib. 13. de Trinit: cap. 9. tenetur per Rationem, sed tantum per Euangelium, dicente Christo, nolite

timere eos qui occidunt Corpus, Animam autem non possunt occidere.)

" Denique (sunt verba Tua scripta pag. 81. ad confundendum Matenesium, qui atrociter Scoto imposuerat, sed mitius, quàm Tu, eum dubitasse de credendis veritatibus) " ad Vmbilicum adduco rationem. [scilicet Subtilissimum Doctorem, tantum abesse, vt cum Alexandro sentiat mortalitatem Animæ, quin nec per somnium dubitet de hac Veritate credenda [Anima est immortalis) ex his [rescribendo ex Scoto Tu pergis] " apparet, quantæ sint gratiæ referendæ misericordiæ Creatoris, qui Nos per
" Fidem certissimos [nota, lege, relege] reddidit in his,
" quæ pertinent ad finem nostrum, & ad perpetuitatem sem-
" piternam, ad quæ ingeniosissimi, & eruditissimi quasi ni-
" hil potuerunt attingere iuxta illud, quod adductum ex
" Augustino 13 de Trinit: cap. 9. in fine, quod Vix pauci
" magno ingenio præditi vacantes ocio &c. ad indagandã
" solius animæ immortalitatem potuerunt peruenire. Sed
" si fides adsit, quæ est in eis, quibus dedit Iesus Filius Dei fie-
" ri, nulla quæstio est, quia ipse suos credentes, in hoc certis-
" simos reddidit,] atque in hæc pijssima Verba, hanc qu.
" secundam finit subtilissimus Doctor.

Hæc ne sunt, Ferchi, illa " quatuor bona verba quæ Tu dicis pag. 288. ab Alexandreis solere in fine proferri ad Lectorem deliniendum? " quale exemplum asseris, eos imitari, " qui scribunt quantis possunt ingenij viribus, contra veritates creditas; rationes pro creditis omnino soluunt.
" deindè dicunt, Nos lumini supernaturali, & fidei credere
" debere. Tales Achillinus, Piccolomineus, Gianinus, &

alij

„ alij quidam [fortassis & Tu) reperiuntur. Sic enim
„ dicunt latenter. credite, quod nulla ratione credi debet,
„ quod nulla ratione fulcitur, quod omni ratione impugna-
„ tur, quod nulla ratione defenditur.

Si ita sentis, pudeat Te, atque manum ori imponas. Non indiguit ergo ex hucusque dictis, Scotus Tua defensione ex publica Cathedra Patauina, qui numquam fuit reus illius criminis, quò Tu solus inter Catholicos mortales denigrare tentasti. Mendacissima ergo est calumnia, quod Scotus proposuerit illas duas Enunciationes (Anima intellectiua non est mortalis. anima intellectiua est mortalis.) quando hæc verba, sic à te digesta, minus reperiantur in tota illa citata quæstione

Citabo Ego ex Te locum, vbi deprehendes subtilium Doctorem, mortalitatem animæ assertorem. is locus Ferhci, est in 4. d. 50. q p. & 2. " quo loco astruit [sunt verba Tua in Matenes: pag. 17.] non licere damnato velle non esse, ad pœnam vitandam, propterea quod eligere propriū
„ non esse, est contra Præceptum Diuinum; pati pœnā sem-
„ piternam secundum Præceptum. Anichilationem autem
„ pati, non modo licere, immò & debere potius, quàm cul-
„ pam agere, & Creatorē offendere. hæc Scotus. " Iam ne vi
„ des, quā omni prauitate peccati abhorreat Scotus qui mal-
„ let tremendum gehenæ dolorem, aut quod grauius multo
„ est, mortalis suæ, ac immortalis substantiæ in nihilum vsq;
„ resolutionem sustinere, quàm teterrimum culpæ horrorem,
„ ac fæditatem subire. " Ita certissimè est vt scripsisti; hæc hæc est illa mortalitas animæ, quā asseruit, & quam mallet Scotus; nō Epicuream, & Alexandream quā tu ei impingis.

O si

O' si accusare Scotum sufficisset, quomodo ipsius innocentia, per Te dirè lacerata fuisset. sed iam conuolemus ad tertium.

Tertiò, quam iniustissimè tandem in Catholicissimum Doctorem effundas cunctam rabiem, irarumque procellas; infamibus nominibus, ac ignominiosissimis Epitetis, eum dedecorando; Lector Aequissimus adiudicabit ex infracitandis nitelis, quas sparsim ex tuis opellis collectas, vbi eas fortissima vis veritatis extorsit, hic in vnum congessi, vt Iubar Scoticæ Doctrinæ tantomagis eniteat, depulsis probrosis nubeculis è virulento calamo Tuo, & atramento verè atro prodeuntibus, quibus splendidissimā Scoti famam, in hoc tuo Libello speciatim, conspurcare ausu temerário pertentasti.

Faciamque hoc loco, quod Chirurgi maximè solent, cum Vulneri à Cane rabido inflicto mederi intendunt; nimirum tunc perfectissimè id curaturum se credunt [sic perhibēte Natura) cum, eiusdem Canis rabidi pilis pro medicamento vtuntur. Parcet itaque humanissimus Lector, si in depilandis Ferchianis opellis, aliquantulum cunctabor, vt famæ Scoticæ vulnus, quod infligere dedecoroso stilo putauit, non solum perfectissimè sanescat; sed nec illatum appareat.

Primò itaq; probo. Te in caput Tuum rectè mentitum fuisse, atque mentiri, dum turpissima, ac iniustissima illa Epiteta, Scoto adscribis, ex ijs, quæ verissimè scripsisti in Bzouium pag. 55. " An immaculatam Ecclesiam, quæ firmamen- „ tum, & columna Veritatis est, censes (hæresim proban- „ tem,] [quod peius est) & capitales falsitates scribentē

con-

„ contra Veritatem Fidei, (in Christi caulis permissuram. An
„ Christiani Orbis Perillustres Vniuersitates, Parisiensem,
„ Patauinam, Papiensem, Complutensem, Romanam ipsam
„ aliasq; multas, Scotum, si talis esset prælecturas arbitraris?
„ An Religionem Franciscanam, quæ pro Fide Catholica,
„ multum iam sudorem sparsit; & sanguinem profundere
„ adhuc prompta, putas Doctorem recepturũ, Fidei Catho-
„ licæ tam aduersum? " (Alexandreum, Animæ intelle-
ctiuæ interemptorem?)

Secundo scribis tu in Vita Scoti pag. 39. " Verum tamen;
„ quia de tanti Viri (Scoti) doctrina scribo. primum sci-
„ entias, quarum iudicium relinquit percurram. posterius Iu-
„ dicij Scotici considerationem habiturus. Ioannis Scoti pe-
„ ritia in plurimis scientijs comperta, in Philosophia Peripa-
„ tetica est singularis, atque ad Philosophos Aristotelicos
„ contra Fidem se se armantes retundendos, efficacissima.
„ Vt cum multi Theologorum aduersus Hæreticos polleant.
„ Scotus aduersus Philosophos prælium Princeps ducat. "

Aduersus ergo Alexandreos, Aueroistas contra Fidem se se armantes; & alios, mortalitatis Assertores, Scotus prælium ducit, arma retundit, efficacissimè pugnat; non eis fauet, nec minus cum eis consentit.

„ In Fide Catholica, & Apostolica Romana, Ioannes Scotus
„ tanquam in columna, & firmamento Veritatis, immobi-
„ liter innixus permansit; si legas eius q. 2 prologi §. [de se-
„ ptimo] & 4. d. 6. q. p §. (ad quæstionem,). & sex-
„ centos suæ doctrinæ locos, quibus ad bilem excitus Ioan-
„ nes Baleus Apostata Schismatis Anglicani sequax, plurima
„ in Doctorem subtilem euomuit maledicta. Magna lux

Sco-

„ Scoticæ fidei; quæ non modo Christi fideles illustrat, sed
„ et perfidas hæreticorum noctuas Veritatis inimicas æter-
„ nam eliminat, & absterret.
„ Sed quid vnum hæreticum memoro? Omnes Angliæ hære-
„ tici in Scholasticos omnes, vt in Vnum Scotum, in Vnum,
„ vt in omnes debachati sunt. Referam, quæ Dominicus
„ Grauina, Dominicani Ordinis iubar in præscriptionibus
„ Catholicis lib, p. pag. 168. col. 4. tradit [Eduardus in-
„ quit, Angliæ Rex Octauus, Henrici Octaui sanguine, &
„ errore hæres, Collegia, Vniuersitatesq; Theologicas euer-
„ tit, eorum libros vndiq; collectos, ex Bibliothecis feretro
„ impositos, rogo consumpsit, conclamantibus adolescentu-
„ lis. [Funus Scoti, & Scotistarum.] O' rabiem trucu-
„ lentam in omnes quidem Theologos, sed in Scotum spe-
„ ciatim exertam, ceu inuisum atrocius. " Hæc Tu Ferchi,
verissimè in Vita Scoti pag. 20.

Sed si Scotus eo Scotistæ, Alexandrei, & Epicurei sunt? quam iustiore igne per Te concremandi?

Tertio scribis in Vita Scoti pag. 23 & 24. " ex selectissimis
„ Authoribus; Nocte Christi Natali, Seruatorem nostrum, se
„ specie paruuli Ioannis Dunsij aspectui, occulis, amplexibus
„ obtulisse; vt quomodo Christus Deiparæ se obtulit attrec-
„ tandum, sic quoq; addictissimo Deiparentis deuoto, se se
„ offerre dignatus fuerit. " & infra scribis. " Memorabile,
„ & illud Ioanni Dunsio disputaturo Parisijs, pro innoxia
„ à noxa originaria conceptu Dei parentis, atque enixius de-
„ precanti, repetentiq; versiculum (Dignare me, laudare
„ Te, Virgo Sacrata. Da mihi virtutem contra hostes tuos.)
„ euenit; Imago namque Diuæ Virginis Marmorea, caput

incli-

„ inclinauit, eoque miraculo Victoriam benignè pollicita
„ est. Diciturque Parisijs, eadem imago capite inclinato ad-
„ hæcusque tempora perstare. Hinc apparet, Dunsio inte-
„ gerrimam Vitam, modestissimos mores, summam fidem,
„ continentiam, pietatem, sapientiam, innocentiam à Di-
„ ua Virgine impetratas. "

Hæc Tu verissimè Ferchi; sed hi cælestes recensiti fauores, descendunt ne à Patre luminum in Alexandreum, Epicureum, totis viribus contra fidem scribentem? Sapientia impetrata Scoto à Beatissima Deiparente, fuit ne Alexandrea labe, fœdata, conspurcata?

Quarto scribis in Vita Scoti pag. 90. " Enumeratis operi-
„ bus Doctoris subtilis, superest dicere, ea esse integræ Fidei
„ Catholicæ, atque Doctrinæ. De Fide, Posseuinus, inquit.
„ (Cuius doctrinę graue illud testimonium extat, quod eius
„ libri, absq; vllo erroris næuo vsq; in hanc diē, tercentos cir-
„ citer annos in Oecumenicis Concilijs inuiolati permanse-
„ rint.) " Rursus scribis circa finem Apolog. in Iouium
pag 78. " Scotus rectè sentit de rebus fidei; rectum du-
„ bitandi morem assumpsit, & semper in Veritate à Sancta
„ Romana Ecclesia deffinita stetit. " Hæc Tu verissimè
Ferchi. A' quo tempore igitur, Te accusatore, irrepsit feralis nęuus (mortalitatis animę) in operibus Doctoris subtilis integerrimæ Fidei Catholicæ, atq; Doctrinæ? vt Alexandreis tenebris [in Bzouium pag. 45.] damnes Scotum, tribus iam sæculis rutilantem? Ego enim sic intelli-
„ go, Doctorem subtilem; vel authentica damnatione, vel
„ doctrinali feriendum? Primum iuditium, summi Pontifi-
„ cis est, secundum, sapientis; Doctore subtili doctioris.

„ Tu autem, neque anthoritate cum Petro, neq; doctrina
„ cum Dunsio concertare potes; quare, nec Scotum, nec Sco-
„ tistas, Epicureis, Alexandreis tenebris damnare. Atq; eius
„ scripta (in Matenes: pag 71) numquam satis laudata ,
„ lacerare. "
„ Rectum dubitandi morem, Scotus assumpsit quidem : at
„ semper in Veritate à S. R. E. definita, stetit. " Non ergo irrationabiliter dubius, de immortalitate Animæ, Veritatem à S. R. E. deffinitam, aliquando deseruit.

Quinto scribis in Matenes: pag. 77. " In nullo Concilio ge-
„ nerali, aut Prouinciali, Scoti Theologicæ disputationes in
„ fide damnatæ. Hoc solidissimum est Doctrinæ, tum sa-
„ cræ, tum sanæ Documentum. In Pariensi Vniuersitate ,
„ numquam erroris notata sunt Scoti Diuina, vel humana
„ dogmata. Id verò paucis concessum. Veraces ergo, ac de-
„ fecatæ sunt subtilis antesignani eluccubrationes. " & à Bzo-
nium pag. 63 rescribis. " Postremò vt Scotica Doctrina
„ clarissime appareat intaminata, adiungo ad fidē. A' Sco-
„ ti temporibus, ad nostrū vsque, plurima Oecumenica Con-
„ cilia coacta sunt. Quorum Patres si animaduertissent in
„ Scoti codicibus figmenta fidei aduersa, eum ex albo Ca-
„ tholicorum Doctorum expungere non dubitarent ; & in
„ librorum prohibitorum, suspectorumque Indicem referre ,
„ aut Patrum nimia negligentia, præsertim in scriptore, quē
„ tot Viri tanquam Antesignanum venerantur; aut Bzouij
„ diligentia nimia. Reminiscere Vniuersitatem Parisiensem,
„ Scholasticorum parentem studiorum, plurimis articulis ,
„ quorumdā qui plusquā sapere vellent in Scotum, nullum
„ errorem obseruatum. " Hæc Tu verissimè Ferchi. Qua

fron-

fronte ergo Tu, quod nec Oecumenica Concilia à Scoti temporibus ad nostrum vsque, nec Princeps Vniuersitatũ Orbis, vsquam erroris notarunt, audes tu inquam, falsitates, atque hæreses in eius scriptis obseruare? " ex cælesti Scoti calamo, [quemadmodum Tu scribis in Discussione de authore Report: pag. 14. col. 2.] isthæc ne prodiere " scripsit ne Dunsius absque peccato? " sicuti Tu luculenter scripsisse probas lib. 3 Apol: n. 34. si defecatę sunt subtilis Antesignani elucubrationes, quare Alexandreas Epicureas fęces ĩtrudis, atq; stigia hęresis caligine eas aspergis. nimia petulantia, dum tu solus audes in id Censuram ferre, quod nullus Patrum in Concilijs Generalibus animaduersione dignum iudicauit.

O' quam iustius declamasti in oratione pro Scoto habita in
" Vniuersitatę Patauina. O' disputationes Scoti acutissimas,
" & efficacissimas ad captiuandum omnem intellectum in
" obsequiũ Christi. ad destruendas omnes munitiones cõtra
" Saluatorem, & saluandos erectas. " quam quod in Tuo Libello pag. 291. blaterasti. " & quidem falsitas ista, quã
" Scotus probatam reliquit, est capitalis, in qua, salus, tum
" cuiusque hominis, tum Christianæ Ecclesiæ conseruatio
" consistit. "

Audi quam meritò Scotus vsurpare posset Hieronymi Censuram in Aristarcum sui temporis Apolog: aduersus Ruffinũ pag 880. atque contra Te intorquere. [cum me Catholicum] Ferchi [in omnibus profiteris, hęreseos non poteris mihi crimen impingere. Vnde nascitur, Te errare, ea in me reprehendentem, quæ prius laudaueras.]

Sexto scribis in Iouium pag. 40. " Vnde illusor Veritatis

Hh 2 asse-

„ asseritur Scotus? Cui nihil magis cordi fuit, quam Veri-
„ tates illustrare, quærere, inuenire, roborare, defendere. “
&infra pag. 46. “ qui nihil pro fidei illustratione intac-
tum, aut intentatum, indefesso studio relinquit “ Hæc
Tu verissimè Ferchi. Sed si Scotus, nihil intactum reliquit
pro illustratione fidei, nihilque cordi eius tenacius inhæsit,
quam Veritates illustrare. quomodo conuenient inter se,
quod falsitates reliquerit insolutas, capitales, exitiales toti
Reipub: Christianæ, destructrices totius Ecclesiæ Christi?
Septimo scribis in eundem Bzouium pag. 52. & 53. “ sa-
„ pienter Vniuersitates præcipuè Parisiensis, ad refrenanda
„ quorundam petucla ingenia, & nouitatem noxiam profli-
„ gandam, Iudicij speciem erexerunt, etiam in Veritatibus
„ creatis, ne quis contentioso saltu, à maioribus salubriter
„ inuenta, & probata conuellat. Hinc articuli Parisienses
„ prodiere, quibus, & Authores, & placita corrigantur. Præ-
„ stans est igitur Ioannis Scoti Doctrina, quam nec Iudices
„ fidei, nec Censores opinionum hucusque damnauerunt
„ erroris. “ ita verissimè Ferchi.

Non ergo, quæ Catholicissimè scripsit in 4. d. 47 q. 2. per totam, erroris hucusque damnata fuere; atq; sine petulcissimi ingenij nota, contentioso saltu conuelli possunt.

Scoti Doctrina (scribit Franciscus Lichetus p. d. 3. qu. 3. pag. 114. col. 4.] [est ita singularis, quod in nullis adhuc extat reprobata, nec quidem verè reprobari potest. hinc doctissimus Comentator loc cit: pag. 107. col. 2. iurè in Suessanum, Doctrinam Scoticam lacerantem (quèadmodum Tu facis) iratus scribit. Miror, quod tantus Interpres velit dicere, hoc esse ineptè dictum; præsertim quan-

quando dicitur à tanto Doctore, qui à toto studio parisiensi in nullo potuit vnquam reprobari; qui habetur vt subtilissimus Doctor. quicquid sit, cuilibet datur licentia loquendi &c. in fine concludens; & pro nunc sufficiant hæc contra illum nouum Philosophi interpretem; ad quem erubesco respondere iuxta labiorum suorum incircuncisionē. hæc Lichetus omnino Tibi coreo applicanda.

Octauo scribis in eumdem Bzouium pag. 56. " Verum Scotistarum plurimi, Concionatores, Disputatores, Lectores Vniuersitatum, probatissimum habent testimonium præclaræ eruditionis. multi ad Episcopatus, Cardinalatus, & ad Pontificatum quidem euecti, quibus dignitatibus consequendis, doctrinam, quam profitebantur plurimum contulisse non ambigimus. " quod rescribis in Matenes: pag. 24 hoc singularissimum, præclarè addens. ' Demum & D.N. Sixtus V. fælic: recor: è Scotistarum Cathedra, in Petri Cathedram translatus est. " ita verissimè vt scribis, & rescribis. Verum Alexandrea, & Epicurea, Doctrina, ad consequendas dignitates illas, quinimo, & apicem dignitatum, quæ sub Cœlo sunt, contulit ne plurimum, Te Iudice, seruilibus Scotistarum ingenijs? igitur Te assertore, couinceris fateri, è Cathedra cuiusdam Alexandrei; Sixtum V. ad Petri Cathedram translatum.

Nono scribis in eumdem Bzouium pag. 69. " Infidus euasit Scoto Guglielmus Ochā; qui nihil non tentauit, ad Scoti Doctrinam, scholam, nomen euertenda; & is nihilominus, valentissimum hoc medium hominibus à Scoto abducendis, nunquam proposuit ac obiecit. " Ita verissimè vt scribis. Ocham, accerimus, ac ferox Scoti antagonista,

nun-

nunquam tale medium, hoc est, mortalitatem Animæ in Scoto, & à Scoto approbatam ad abducendos ab eo sequaces, ad euertendam eius doctrinam, scholam, nomen adinuenit. Tu autem ex quo infidus euasisti, recedẽdo à schola Scoti Ochamo vigilantior inuenisti? id tibi pernego: nam mihi magis fas est credere Ochamo dormitanti, quam Veglensi, [occulis volantibus) vigilanti.

Decimo scribis in oratione, quam in Vniuersitate Patauina in laudem Scoti publicus eius Interpres declamasti fac 7.
„ Ioannes Maior ex Ordine Carthusiano Theologus, Philo-
„ sophus, Historicus cum primis probatus, præclarũ de Sco-
„ to iuditium, testimoniumque præhibuit. scripsit quippe Ioannem Scotum fuisse Virum eminentem, summo Pontificatu dignum. Hoc verissimè Ioannes Maior; sed hoc falsissimè. " quod Ferchius minor scribit " quidam Alexandreus nempe vetter Doctor. "

Vndecimo scribis in Vita Scoti pag. 98. " Acumina Scoti,
„ sanè fecundissima, quibus philosophia, ac Theologia magnum sumpsit incrementum. " hæc Tu verissimè; sed quale decrementum philosophia non sumpsisset si mortalitatis Animæ Scotus assertor fuisset? Ex quo solo impio dogmate tota Christi Religio inpræceps ruueret.

Duodecimo scribis Tu in Bzouium pag. 65. " Nemo quam-
„ diu Scoto adhæsit à Chatholica fide est dilapsus. Nam Sco-
„ tus perpetim S. R. E. subiectus, stabilis in fide Catholica
„ perennat. immo qui à Scoti Doctrina ad proprias sectas,
„ ex suorum Discipulorum numero defecerunt Guglielmus
„ Ocham, & Ioannes de Ianduno, in peculiarẽ turgidi Ma-
„ gistrum, in Vniuersalem quoq; Magistrum Magistrorum sum-

„ summum Pontificem, Dei permissu insurrexerunt. " Ita verissimè vt scribis: igitur apertissima calumnia est, Scotum docuisse, probasse, falsitates capitales, insoluta reliquisse argumenta contra Catholicam Fidem; quando perpetim ipse stabilis in Fide Catholica perennat. Transfugarum è Scoticis Castris opera sunt, dilabi à Fide Catholica, Dei permissu insurgere in Vniuersalē Magistrum Magistrorum, summum Pontificem.

Tertiodecimo. scribis in eumdem Bzouium pag. 77. " quā „ multi ex omnibus Ecclesiasticis Ordinibus, Pontifices, Prę- „ lati, Cleri, Principes, Populi, Regulares, Viri, Mulieres, Im- „ caculatæ Conceptionis Marię Fæsto, Scoti emoti doctrinis, „ Conciones, Declamationes, Poemata, Sollemnitates, Ie- „ iunia, Orationes, Donaria, Sacra in Dei Honorem, & Marię „ Beatitudinem celebrandam, conferunt. Igitur & per Sco- „ tum, & per Scotistas, (beatam eam dicunt omnes gene- „ rationes.) "

Ita verissimè vt scribis: sed quæ laus ab illaudatis Scoto, & Scotistis, deriuare potest in Virginem gloriosam. Laus, à laudato; non ab illaudabili Viro procedit. quæ laus, inquā, ab Alexandreis, Epicureis, Porcinæ Sectæ promotoribus, in Immaculatam Virginem, quam solum purissima Astra matutina vix dignè laudant, prodire poterit!

Decimoquarto. scribis in Orat: præfata in Vniuersitate Patauina. " Cæterum ipsemet locus excitat, ad comparan- „ dos præclarissimos ex nostra Religione Doctores, Antoniū „ Patauinum, Ioannem Scotum. Ambo æmuli Patriarchæ „ nostri Fancisci, & prædicando verbis, & instruendo factis „ iustissimis aquas Vitæ circumduxere. Primus tempore „

Theo-

„ Theologicam Scholam in Ordine Seraphico rexit Anto-
„ nius; primus perfectione Ioannes . pugnauit aduersus Hæ-
„ reticos Antonius in Gallia, & Italia. Ioannes in Germa-
„ nia. Multas Vniuersitates decorauit Antonius, Tholosam,
„ Bononiam, Patauium. Multas Ioannes, Oxonium, Pari-
„ sios, Coloniam. Plura scripsit Antonius, erudiendis pro
„ Concione Fidelibus aptissima. Longe plurima Ioannes,
„ vt in hac parte, facilè superet. " *Hæc Tú* verissimè; atque plurima, ibi, candido stylo prosequeris. sed quæ comparatio lucis ad tenebras? quando Te Censore; Scotus hæreses probauerit, quas Antonius (perpetuus *Hæreticorum* malleus) semper & vbique contriuit.

Quintodecimo. Et Colophonem addo huic Scoticæ emulationi, ijs ipsissimis verbis, quę Tu in principio pręcitatę Orationis perorasti. " In retexendis (dixisti) Ioannis Dun-
„ sij Scoti Doctoris subtilis laudibus, tantopere inflamor;
„ vt neque maiorum taciturnitate, neque Recentiorum ob-
„ trectatione, neq; alijs quibuscumque retinaculis, cohibe-
„ re valeam animum incitatum. Nam statim, atque in mé-
„ tem fulserit Ioannis Duns Scoti illustre nomen, rutilant
„ quoque illico, nitidissimus candor innocentiæ, lectissimę
„ Hæros probitatis, regularis Vitæ norma, speculum Chri-
„ stianæ Charitatis, Euangelicæ culmen perfectionis, Diui-
„ narum sacrarium Literarum; scholasticæ Theologiæ pro-
„ pugnaculum, Accademiæ subtilis Coripheus, Franciscanæ
„ Religionis Doctor supremus, Vniuersitatum Catholica-
„ rum ornamentũ, Christianæ Ecclesiæ scutum inexpugna-
„ bile, Humanæ sapientiæ, siuè naturalis, siuè moralis, siuè
„ rationalis apex Eminentissimus, singulare simulacrum sa-

pientiæ

„ pientiæ, & scientiæ Dei; in quo ex Deo liberalissimo do-
„ nante, & sacratissima Deipara interpellãte, consederit spi-
„ ritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitu-
„ dinis, spiritus scientiæ & pietatis; in quo consederit spiritus
„ timoris Domini, atque imago diuina, per quam Deus tot
„ Diuinæ sapientiæ mirabilia ediderit, quot scripta. "

Hęc Tu Ferchi pro Veritate, corã amplissimo consessu, vouisti, dixisti; Hæc ego pro eadem Veritate, ex Te congesta, depilata, ad abstergendam terram caliginem, quà Scoti Doctrinam, & famam, nec non quietem eius tercentenariam denigrare, perturbare crudelissimè tentasti, hoc loco lubẽs apposui. Iudicabit modò, Aequus Lector; an tibi laudum lucem afferenti pro Scoto, an potius ipsemet Tibi atrociũ nubes iniuriarum congerenti in Scotum, (de vnoq; pectoris sterquilinio, & odorem rosarum, & fætorem cadauerum proferenti, amarumque dicenti, quod quasi dulce laudaueras,) præstanda sit fides. Cum apud eruditos Græcos irrefragabilis sententia sit. (Laudare, & infamare eumdem, est improbi.]

Non deerunt interim decora Scotistarum ingenia, quę iustissimis defẽsionibus pro summi Præceptoris fama, & doctrina, posteritati etiam tradant, quã falsa, iniuriosa, calumniosa sint, quæ Tu in innocentissimum, atque Catholicissimum Doctorem (in hoc Tuo speciatim probroso Libello] blaterasti, euomisti. Et hæc pro modulo instituti nostri, iustissimè ab ste; rectissimè, in Te rescripta, sufficiant; cum Tu immemor fuisti Cathoniani dicti.

Laudaris quodcunque palam, quodcunque probaris
Hoc vide, ne rursus, leuitatis crimine damnes.

Septima Querela Ferchij in Scotum.

Quod Methodus Scholastica Scoti, exarmet Doctores Catholicos, in Hæreticos pugnantes.

IN opusculo de duabus personis producentibus Spiritum Sanctum q. 5. cap. p. & qu 6. cap p. & 4. n. 55. Ferchius subtilissimo præceptori imponit, quod Catholicos decertantes contra Hæreticos, deturbet, exarmet; Hæreticos adiuuet; Veritatem Catholicam, quantum in se est destruat, quodq; in q. p. vndecimæ dist: p. sent: (An Spiritus Sanctus procedat à Filio.] nihil, aut pauca tradiderit. in 2. verò quæstione, (An si spiritus sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab eo.] plurima, & accuratissima contra D. Thomam præstet argumenta, sicque pugnet pro Hæreticis contra Catholicos, atq; robustiores acatholicos faciat suis responsionibus, necnon alias grauissimas calumnias aggerat, quas Lector prudens fusius legere poterit in Expurg: 40. Et quoniam ipse concludit; intentionem eius esse in illa, q. 6. Fidei Catholicæ aduersarios, i js armis exarmare, quæ à Nostratibus acceperunt. Curabimus Nos in præsentiarum, cognatam hanc infamiam præcedentibus, iam (si Deo placet emaculatis expurgat: precedenti, à Nostrate quondam illatam, pro virili, ea prorsus Methodo eliminare.

Scotus

Scotus Expurgatus A' Mastrio.

ITA est vt scribis pag. 431. " omnibus modis offendit, qui voluntatem habet offendendi. " Nihil intentatum reliquit Ferchius in suis opellis, quò subtilissimi Præceptoris doctrinam, famam, denigrare, lacerare pro posse valeat. Tria capitalissima crimina, nunc etiam imponit. Primum quod Scotus Doctores Catholicos, cótra Hæreticos pugnantes, deturbet, exarmet, Hæreticos oppugnatos iuuet, & quantum in se est, Veritatem Catholicam destruat. Secundum; Scotum, parum, aut nihil tradere in q. p. d. 11 primi sent: in 2. vero q. plurima, & accuratissimè scribere contra D. Thomam decertantem in theodoritanos. Tertium, talem methodum scoticam, robustiores reddere Hæreticos, dum ab ipso responsiones accipiunt Catholicorum argumentis. singula capita diligétissimè ponderemus.

Primum, falsissimum esse conuincitur ex ijs, quæ Tu scripsisti ad Lectorem liberum pro Tuis Apol: fac. 4. " [Iussit]
" inquis, Apostolorum Princeps in p. epist. cap 3. [vt essemus parati omniposcenti reddere rationem de ea, quæ in
" nobis est fide.) Sed Doctor subtilis, rationib' efficacissimis
" armauit Theologiam. scripsit Paulus ad Titum cap p.
" (Episcopum oportere esse potentem exhortari in doctrina sana & eos, qui contradicunt arguere. at qui argumé-
" ta subtilia, & salubria documenta subministrabit Doctor
" Subtilis, quem exarcerbatus Ioannes Baleus, vocauit pro-
" pterea papicolarum Herculem: " Hæc Tu verissimè.

si ergo subtilissimus Doctor ab ipsismet hostibus S. R. E. declamatus Papicolarum Hercules, armauit Theologiam efficacissimis rationibus, & in eos, qui contradicunt Verbo veritatis, subtilia argumenta, è suis armamentarijs, subministrat, quomodo nunc audes Tu scribere, ipsum exarmare Doctores Catholicos? Herculem Catholicæ fidei infidos Antheos, verius Atheos, non Cœli, sed Terræ progeniem, fouere? Hidram, ceu hæresim iuuare contra Catholicos?

Scotus (per Te pag. 28. in Matenes:) "Vir Catholicus, & " Apostolicus, quin & Sedi Apostolicæ constantissimè subie" ctus. Vir Religiosus, & Franciscanus; de cuius actis, plura " iusta: iniusta, nulla referuntur. " Nunc de tanto Viro, per Te, queq; iustissima difamantur. quod exturbet Catholicos Doctores decertantes contra Hæreticos, & quantum in se est Veritatem Catholicam destruat? leue ne, hoc crimen, Tibi videtur Ferchi, quando Subtilissimo Præceptori imponis, ipsum à parte Hæreticorum stare, Duces Catholicorum interturbare, Veritates Fidei nostræ destruere? qui in Bzouium pag. 84. scripsisti. " Verum hæc iniuria, tam " est enormis, scilicet Scotum in fide dubitantem criminari, " vt Vix, ac ne Vix quidem, eam in Bzouium cadere posse " crediderim. " Parcat Tibi Deus, atque misereatur Tui.

Secundum, pariter falsissimum est. Scotum, nihil, aut pauca tradidisse in q. p. dist: 11. primi sent: in secunda quæst: vero plurima, contra D. Thomam, pugnantem contra Hæreticos. Nulla alia quæstio est in quatuor libros sent: Scoti, gloriosior quæstione illa (Vtrum Spiritus Sanctus procedat à Filio.) in nulla alia quæstione, tam plura, efficacia, robu-

robusta documenta pro fide Catholica Romana contra eius aduersarios tradidit Scotus, quam in præcitata quæstione illa.

Hæc est illa famosissima quæstio, quæ Eminentissimo Bessarioni arma efficacia præbuit, te assertore in Opusc: de duabus personis producentibus spiritum Sanctum q 4 cap. p. quibus in Schismaticos Græcos fæliciter Vsus in Concilio Florentino ad concil andam pacem inter Græcam & Latinam Ecclesiam potuere; sicuti testatur ipsemet Bessarion in Orat: habita quæ legitur in 4. Tom: Concil: post acta Concilij Florentini. Et Tu non erubescis affirmare, " nihil, aut pauca, Scotum tradidisse in illa q. quæ tam ingẽs beneficium contulit S. R. E.

In secunda vero quæst: eiusdem dist: quæ Vna, & altera pagella absoluitur, vbi Tu dicis, Scotum, plurima, & accuratissimè scripsisse contra Sanctum Thomam. Ità est, vt asseris; Verum id præstit subtilissimus Doctor, quod Tu in 8zouium elegantissimo stylo adeò commendasti his verbis. "
" & si nullam ob rem, Scotus laude dignus videretur, propter
" hoc, laudem dixerim incomparabilem demereri, quod mul-
" tas Veritates Catholicas, à plurimis opinionibus Thomi-
" sticis distinxerit, illas amplectens, has respuenes " Ità sa-
" nè egit Scotus in illa q. Etenim Veritas Catholica est, spiritum sanctum procedere à Filio; quam Veritatem, adeo firmissimis rationibus muniuit, ac roborauit Scotus cõtra Theodoritanos in q. p. vt nihil optandum certè Tibi reliquerit, si eius scripta (non volantibus occulis.) sed fixis, attentè legisses, quemadmodum Bessarion fecit, qui ex ea lectione Theodoritanos victos Cathenis Sco-

ticis

ticis in Concilio Florentino per triumphum adduxit.

Opinio verò Thomistica est. Filium in Diuinis, per relationé oppositam, non disparatam constitui & distingui. atqui hoc Thomisticum dogma, placuit Scoto, à Veritate Catholica secernere, & quod minus verum censuit, ad filium redigere, [idque de more suo,] vt Tu scribis in Vita Scoti pag. 46.

Non ergo ex hac colluctatione inter Catholicos, robustiores Hæretici fiunt; sed vt Tu scribis in Iouium pag. 51. " Viuaciores Catholici in Hæreticos insurgunt, intorquent, ac retorquent tela, technos omnes, nodos etiam Gordianos, Pelleo ingeniorum gladio, in Petra Christi exacuto rescindunt.

Non nisi impostor, calumniator, susuro, hanc conditionatã positionem; [si Spiritus Sanctus non procedat à Filio, distingueretur ab eo.] disputari haud posse sine iniuria Catholicæ Fidei asseueraret, Te Iudice pag. 470. ex August: lib 2. de Doctrina Christiana cap. 33.

Atque hinc Tertio manifestissimè deprehenditur; quam calumniosè asseras, Methodum Scholasticam, quam inter disputandum adhibet Scotus, robustiores reddere Hæreticos: infirmos ac debiles Catholicos. relege in tui confusionem, quę Tu eruditè, de Scholastica disserendi Methodo, exarasti in matenes: pag. 46. quod elegantissimũ Encomium, ego hic statuo contra faciem Tuam; cum ad eliminãdam hanc Tuam imposturam, solidius scribere non potueris.

,, Modus Scholasticus, inquis, quò sacra per modum dubita-
,, tionis proponuntur, & in Vtramque partem contradictio-

nis

nis ventilantur, mox veritas declaratur, confirmatur, defenditur: incredibile est, quantum conferat. Eo probè credibilium terminos definiri; in Veritates componi, vel diuidi, cum tertio, ex veritatibus Conclusiones educi, præclarè instruit S Thomas p. p. q. p.

Eo iuxtà S. Bonauenturam propositam Veritatem, Catholica quærantur media, necessaria, vel probabilia ad fidem roborandam, responsiones inuestigantur, ad Hæreticorum Sophismata eliminanda, rationes indagantur ad hæreses conuellendas.

Eò, Cœlestia dicta à Terrenis abiunguntur, ne inter credenda irrepat, vel error, vel opinio. Sacrarum Literarum declarantur obscura, dura molliuntur, aduersantia specietenus in concordiam rediguntur secundum Scotum in 3. d. 24. q. p. Cuiusmodi vtilitates Doctor seraphicus q. 3. prologi egregiè amplectitur. Nam Infidelibus prodest, dum Fidei impedimenta submouet, fidelibus infirmioribus prodest, quos erudita intelligere facit; & solatio sancto demulcet. dicente Bernardo (nihil libentius intelligimus, quam quod Fide credimus.) eodemque modo, plurimis Hæreticis, & Hæresibus aditus præcluditur, quia scholasticorũ omnes præuidere, omnibus præuidere cauillationibus interest. quo fit, vt argumenta, quæ de nouo apud segreges emergunt, iam putida, & antiquata in scholis inueniantur priusque soluta, quam inuoluta. Vnde scholastici, inanem illam gloriolam, ad quam ardentissimè Magistri sine Magistro inhiant eisdem excuciunt. seuerus iste disputandi modus, quò relictis verborum fucis, fides illustratur; vel hoc nomine, Catholicis omnibus laudandus, quòd

Hære-

„ Hæreticis est infestum omninò. Eoque vsum esse secta-
„ riorum arbitror profectò neminem. Neque id mirum.
„ Nam aut veris, aut verbis munienda scripta. in hæresi, nul-
„ la Veri firmitas: in Methodo scholastica, nulla verbi ve-
„ nustas. Actum est de hæresi proculdubio, si ad lapidem
„ scholasticum examinetur. Tunc apparet Lupus, absque
„ Ouis pelle. Tunc sathanas figuram Angeli exuuit. Ve-
„ nenum aspidum, sine mellinio, nemini gustabile, inue-
„ nitur.

„ Itaque hunc morem differendi, non modo licitum,
„ verum etiam valdè proficuum, & necessarium,
„ qui reprobet Catholicis infensus, Hæ-
reticorum fautor deprehenditur. "

Hæc Tu veraciter de Scotica di-
sputandi Methodo, qui-
bus omnibus, &
singulis, &
Ego
contra præsentem ca-
lumniam sub-
scribo.

Octa-

Octaua Querela Ferchij.

Quod Nos quoque, & Scotistæ mortalitatis Animæ assertores, defensoresue simus.

IN disp. 5 q. 7.a.2.n. 168. & 172. lib. de Gener: & Corrup: exaggerando contra opinionem de circulatione Animarum [Vnum ex præcipuis dogmatibus Ferchianis] cum non nihil per excessum locuti fuerimus, queadmodum fusè protestati sumus expurgatione nona; quasi grande aliquod sacrilegium patrauerimus, statim Ferchius, vt maiori licentia in nos debachari possit, ac virulento calamo nos perstringere, imponit, quod asseramus mortalitatem Animæ; atque in sexcentis locis sui Libelli, nos iniquè traducit, tanquam Alexandreos, ac Animæ intellectiuæ interemptores. præcipuè autem pag. 422. sic queritur.

„ Circulationem Animarum Aristotelicam, multis titulis „ ignominiosis, pro vestra modestia vituperatis. Pitaghori„ cam, fabulosam, antiquatam, obsoletam dicitis, absurdam. „ Quasi non liceat mihi par pari referre, si vellem. Vestra „ opinio de Animarum mortalitate, Epicurea est, porcina est, „ exitialis, & absurdissima supra omnem absurditatem, sen„ tina vitiorum, fundamentum Atheistarum est. Malim ego „ Pitaghoram authorem, cū suis fabulis antiquitati admirā„ dis, quam Epicurum cum suis placitis suillis: Sed tempe„ rabo me, ne vobis similis efficiar. Pro iure, iniurias Vos „ refertis; nolo ego maledictum, pro maledicto referre. Di-

camus alia.." hæc Ferchius eo loco cit: Alia autem, quæ in hoc proposito contra nos euomit; inter præcipua ea sunt, quæ scribit pag. 473 & 474 sic enim inquit.

„ Animaduerto quam artificiosè offensores, & eorum consortes, mortalitatem mihi suadeant, & Lectoribus. Nolunt absolutè dicere (Anima est mortalis,) ne puniantur; sed versutè hoc dicunt; quoniam omnes authoritates, & rationes pro immortalitate, idest pro Veritate Catholica factas, diligentissimè soluunt; rationes, & authoritates, quas possunt contra veritatem Catholicam aggerant. Pro mortalitate, sedulò agunt. Pro immortalitate nihil. Sed veritatem exarmatam, sine vlla ratione ad probandum, sine vlla ratione ad respondendum ponunt; ac si dicerent; hæc opinio, sine ratione proponitur, vt à vobis, tanquam à bestijs irrationabilibus credatur. Nollunt affirmare mortalem animam sub propria persona, sed sub persona Arist: dubitantis. Si quæratur, dubitat ne Arist: pro mortalitate cum ratione? Statim proferunt principia demonstratiua Arist: si quæras item, dubitat ne pro immortalitate cum ratione? muti tacent. At non est credibile, Arist: qui omniũ Philosophorum maximè cum ratione processit dubitasse sine ratione. Neque credibile est, rationes dubitandi pro immortalitate friuolas esse; quia friuolas rationes, facilè soluisset Logicorum omnium acutissimus. Immò oportuit, illas rationes fuisse valdè efficaces, quæ æquè ponderant principijs demonstratiuis, vel etiam præponderarent Si quidem ab Aristot: extorserunt sæpe, vt expressè scriberet intellectus immortalitatem, mortalitatem, nunquam. quam tamen mortalitatem,

sine

„ fine vllo periculo exprimere poterat, ficuti expreffit Epi-
„ curus.
„ Dicant igitur nobis offenfores ex Arift: non folum rationes
„ pro mortalitate, fed etiam pro immortalitate. At nullas,
„ pro immortalitate colligunt. ab alijs collectas deftruunt.
„ Quarè obfecro tanta diligentia pro mortalitate Animi,
„ tanta negligentia pro immortalitate?
„ Quare? quia mortalitas in eorum Animis dominatur, &
„ creditur; ideo pro mortalitate tantopere laborant. Sub
„ prętextu Arift: dubij, mortalitatem indubiam faciunt, quā
„ probant, quam defendunt, etiam fine Arift: Immortalitatē
„ ab omnibus defertam, indubitanter nolunt, quemadmo-
„ dum ipfi eam omnino deferunt. Hoc eft artificium illorũ,
„ periculofius, an pernitiofius nefcio. " Hæc Ferchius, qui
nec tamen finem facit nos laceffendi, dum fine fine impo-
fturam hanc grauiffimā, Candido Lectori, fuadere nititur.

Octaua Expurgatio Maftrij.

POST turpiffimè læfam Scoti catholiciffimā Doctrinam, confequens erat, vt Ferchius atrociter etiam calumniaretur Scotiftas; etenim, cum ea, quæ Scotus rationabiliter docuit, eius difcipuli defendere teneantur; haud mirum, fi pari mulcta, qua Præceptor, & eius fequaces plectantur.

At contemplare, Lector, Ferchi, auidiffimum aftum. Vt incircuitu à fe [nouiffimè excogitato,] fecurè ambulare poffit, atque maiori licentia eum tueri valeat. Nos criminatur

tanquam Epicureos, Atheos. quod iniuriæ genus, apud Christianos, immo apud Ethnicos ipsos, atrocissimũ est; & quasi comparatione Epitectorum, quibus nos adornauimus eius Animarum regressum, (dum Pithagoricum, fabulosum, antiquatum, absoletum, absurdum appellauimus) nihil aduersum nos protulisset, protestatur, se temperare velle ab iniurijs, ne nobis similis efficiatur; atque nolle maledictum pro maledicto refferre, indicauit tamen, quam facile sit ei maledicere. Quali ergo censes, humanissime Lector, iniuriarum genere, impeteret in Nos Ferchius, quãdo maledictum pro maledicto referre vellet?

Certè Tu scripsisti in Matenes: n. 70. " Nulla Viro Christiano atrocior iniuria, nulla minus tolleranda, quam eum aspergere stigia hæresis caligine. " Vhe Nobis, si hanc tuã circulationem Animarum; (quam sub persona Arist: doces) de mente D. August: lib. 12. de Ciuit: Dei cap. 13. (impiam, falsitatem inimicam Christianæ Fidei, stultam) appellauissemus. Si de sententia D. Bonauenturæ 2. d. 18. q. 2. de 2. art. n. 39. [somnium] dixissemus. Si cum Doctore Angelico lib. 2. contra gentes cap. 39. (hæresim Manicheam) nuncupauissemus. si cum Cesare lib 6 Comentar: [Druidarum Gallorum opinionem] scripsissemus. quando communes illi tituli de Animarum Circulatione, apud alios authores, à nobis reperiti, adeò atrãbilem tuam commouerunt, vt illicò Atheistarum impijssimum titulum in Nos expueres, atque interemptorum Animæ rationalis nominibus, describeres.

Verum hic finem faciamus nostro iusto dolori, cum Tu paratus sis semper, Nos pro posse lacessere. qui iudicaturus est Viuos

Viuos, & Mortuos, vtrosque pro qualitate dictorum, & factorum puniet. Ad calumniam, qua nos titulis ignominiosis pro Tua modestia vituperas, conuertor, & consimili Methodo, qua summum Præceptorē euidentissimè emaculaui, Nos ipsos expurgo, nec non putidissimum mendacium Tuum, aequo Lectori, adaperio.

Adeamus igitur nostram disput: primam de Anima; vbi Q. 10. ex professo disputatur de Immortalitate Animæ. Ergo quęstione proposita (An omnis Anima sit immortalis.)

Primo n. 131. & 132. explodimus Platonicorum opinionem (apud Ragus: disput: 21. cap 4.) asserentium omnem Animam esse immortalem. Cui opinioni, & Tu Vestig: 6. lib. p. cap 2. multum faues, dum omnem formam substātialem in sent: Arist: probabiliter doces esse immortalem; atque sic videris probabiliter arbitrari, cum insanissimo Maumethe in Alcorano, hoc est, in sentina omnium falsitatum, quæ à Demoniorum Dęmone excogitari, turpissimè, ac falsissimè possunt, dari loca beatitudinis Porcorū, Asinorum, & omnium Bestiarum.

Tandem in fine n. n. 132 hæc scribimus solum igitur quęstio reducitur ad Animam rationalem Cuius prima opinio, ipsam quoque ponit mortalem. ita Epicurus, & ex Peripateticis Alexandrei. in quam sententiam, quamplurimi ex sanctis Patribus trahunt ipsum Arist: Communior opinio, ipsam asserit esse immortalē, & hanc immortalitatē docet esse naturaliter cognoscibilem; illamque cognouisse Arist: ità Recentiores ferè omnes, & præsertim Ferchius citat.

Firmato opinionum sensu de immortalitate Animæ nu. 138. ponimus nostrum Assertum. Dicendum tamen est, Animæ

ratio-

tanquam Epicureos, Atheos. quod iniuriæ genus, apud Christianos, immo apud Ethnicos ipsos, atrocissimũ est; & quasi comparatione Epitectorum, quibus nos adornauimus eius animarum regressum, (dum Pithagoricum, fabulosum, antiquatum, absoletum, absurdum appellauimus) nihil aduersum nos protulisset, protestatur, se temperare velle ab iniurijs, ne nobis similis efficiatur; atque nolle maledictum pro maledicto refferre, indicauit tamen, quam facile sit ei maledicere. Quali ergo censes, humanissime Lector, iniuriarum genere, impeteret in Nos Ferchius, quãdo maledictum pro maledicto referre vellet?

Certè Tu scripsisti in Matenes: n. 70. "Nulla Viro Christiano atrocior iniuria, nulla minus tolleranda, quam eum aspergere stigia hæresis caligine." Vhe Nobis, si hanc tuã circulationem animarum; (quam sub persona Arist: doces) de mente D. August: lib. 12. de Ciuit: Dei cap. 13. (impiam, falsitatem inimicam Christianæ Fidei, stultam) appellauissemus. Si de sententia D. Bonauenturæ 2. d. 18. q. 2. de 2. art. n. 39. [somnium] dixissemus. Si cum Doctore Angelico lib. 2. contra gentes cap. 39. (hære sim Manicheam) nuncupauissemus. si cum Cesare lib 6 Comentar: [Druidarum Gallorum opinionem] scripsissemus. quando communes illi tituli de Animarum Circulatione, apud alios authores, à nobis repetiti, adeò atrã bilem tuam commouerunt, vt illicò Atheistarum impijssimum titulum in Nos expueres, atque interemptorum animæ rationalis nominibus, describeres.

Verum hic finem faciamus nostro iusto dolori, cum Tu paratus sis semper, Nos pro posse lacessere. qui iudicaturus est

Viuos

Viuos, & Mortuos, vtrosque pro qualitate dictorum, & factorum puniet. Ad calumniam, qua nos titulis ignominiosis pro Tua modestia vituperas, conuertor, & consimili Methodo, qua summum Præceptorē euidentissimè emaculaui, Nos ipsos expurgo, nec non putidissimum mendacium Tuum, aequo Lectori, adaperio.

Adeamus igitur nostram disput: primam de Anima; vbi Q. 10. ex professo disputatur de Immortalitate Animæ. Ergo questione proposita (An omnis Anima sit immortalis.)

Primo n. 131. & 132. explodimus Platonicorum opinionem (apud Raguss: disput: 21. cap 4.) asserentium omnem Animam esse immortalem. Cui opinioni, & Tu Vestig: 6. lib. p. cap 2. multum faues, dum omnem formam substātialem in sent: Arist: probabiliter doces esse immortalem; atque sic videris probabiliter arbitrari, cum insanissimo Maumethe in Alcorano, hoc est, in sentina omnium falsitatum, quæ à Demoniorum Demone excogitari, turpissimè, ac falsissimè possunt, dari loca beatitudinis Porcorū, Asinorum, & omnium Bestiarum.

Tandem in fine n. n. 132 hæc scribimus solum igitur questio reducitur ad Animam rationalem Cuius prima opinio, ipsam quoque ponit mortalem. ita Epicurus, & ex Peripateticis Alexandrei. in quam sententiam, quamplurimi ex sanctis Patribus trahunt ipsum Arist: Communior opinio, ipsam asserit esse immortalē, & hanc immortalitatē docet esse naturaliter cognoscibilem; illamque cognouisse Arist: ità Recentiores ferè omnes, & præsertim Ferchius citat.

Firmato opinionum sensu de immortalitate Animæ nu. 138. ponimus nostrum Assertum. Dicendum tamen est, Animæ

ratio-

rationalis immortalitatem esse de fide; & pro statu isto; quamuis efficacissimis rationibus probetur, non tamen vera, & rigorosa demonstratione ostendi posse. Aristotelem autem, licet hanc Veritatem agnouerit, illam tamen non ità clarè, & indubitanter docuisse, sed cum aliqua formidine ad oppositum. Hanç Conclusionem esse Scoti 4 d.43. q. 2. a. 2 dicimus, quem sequuntur omnes Scotistæ, ac eius Interprætes. (Vno dempto Patauino publico Interprete Ferchio.)

Hoc num: incipimus probare nostrum Assertum & quidem, quod sit de Fide, conuincitur manifestis Sacræ Scripturæ Authoritatibus Math: 10. & Lucæ 23. atque deffinitionibus sacrorum Cõciliorum Generalium Vien: sub Clemente V. & Lateran: sub Leone X. quod verò, non sit naturaliter demonstrabile. probamus etiam, nec à priori, nec à posteriori.

Num: 134. ostendimus, ex multis locis Arist: ipsum agnouisse immortalitatem Animæ, sed huius veritatis habuisse formidinem ad oppositum, cum hæc Veritas pugnet aliquo pacto cum quibusdam eius principijs, scilicet æternitate Mundi, & infinitate in actu. Non negamus tamen, quin possint illa loca ad bonum sensum deduci, propter consuetam loquendi obscuritatem; sed an talis fuerit ipsius mens, ex textu non apparet, magis tamen ad immortalitatem inclinasse; quia immortalitatem expressè pluries asseruit, licet non demonstrauerit; mortalitatem verò numquam, sed solum ex quibusdam principijs, & propositionibus deduxisse.

Ex hucusque nostris dictis, Aequus Lector, hoc corrolarium

Ferchia-

Ferchianæ imposturæ eliciat, scilicet cum inquit. " Offen-
" sores affirmare mortalem animam sub persona Arist: dubi-
" tantis; quia si quæratur, dubitat ne Arist: pro mortalitatę
" cũ ratione; statum proferunt principia demonstratiua Ari-
" stotelis. "

Vbi nam hoc à Nobis fuit dictum, vel aliquando somniatum? vbi prolata fuere principia demõstratiua Aristotelica, atq; eadem insoluta relicta? Certè Nos apertissimè diximus, mortalitatem nunquam expressè Arist: asseruisse, sed solũ deduxisse, ex quibusdam eius principijs, & propositionib⁹ ad immortalitatem verò magis inclinasse, cum hanc expresse, pluries affirmauerit, licet non demonstrauerit.

Quod ante nos docuerunt cum summo Præceptore, Scotistę omnes, vna cum doctissimo Caietano, à Ferchio prætitulati per ly, & (Consortes eorum.) nec non Excelentiss. Raguseus disp. 21. cap. 6. pag 438. linea 7. Veritati ergo est ne consonum, quod Ferchius blaterat. " Muti tacent. Si quæras, dubitat ne Arist: pro immortalitate cum ratione? " quando præponderauit secundum Nos, mens eius, magis ad immortalitatem. Eam expressè pluribus in locis docuerit, & rationibus efficacissimis muniuerit, licet non veris, & rigorosis demonstrationibus; cum pro statu isto fieri minimè possit.

Iudicet Doctus Lector, an eius farinæ homines scimus, quales virulento calamo, & atriori atramento depingit Ferchius. at pergamus.

A num. 135. vsquè ad nu. 138. inclusiuè, adducimus authoritates & Rationes, quibus Alexandrei, & Epicurei, probãt Animę mortalitatem, & eas refellimus, & soluimus.

Hic

Hic eliciat Aequus Lector, alterum corrollarium Ferchianæ calumniæ, dum scribit. " sub prætextu Arist: dubij, mor-
,, talitatem indubiam faciunt, quam probant, quam defen-
,, dunt, etiã sine Arist:" Legantur quæ scripsimus à n. 153. vsque ad finem quæsti; & videbitur an defendatur, probetur indubia mortalitas animæ, etiam sine Arist: quemadmodum Nobis imponit Ferchius.

Prosequimur à n. 139. vsq; ad n. 152. afferre rationes contra aliam partem nostri asserti, quà negamus, hanc Veritatem immortalitatis Animæ posse naturaliter demonstrari. atq; eas rationes adducimus, quibus Doctores aliqui, eam conãtur demonstrare. quas quidem rationes, valde efficaces esse dicimus: sed non esse demonstrationes euidentes puro Philosopho, quin possit eas soluere. quod fuit nostrum intentum i js locis.

Etenim, cum in sententia Subtilissimi præceptoris, nobis certissimè constet de immortalitate Animæ, solummodo per fidem Christi; adeo vt, propter hoc maximæ sint gratiæ referrendæ misericordię Creatoris, qui in hoc certissimos nos reddidit, quod eruditisśimi, solo lumine naturali, attingere non potuerunt; quamuis adsint efficaces rationes, quæ apud intellectum Christianum benè institutum, quasi locum demonstrationis teneant (quemadmodum apud Cauellum disp: p. de Animæ substantia sect: 13. doctissimus Suarez fatetur) præcipuè autem, illæ quatuor à Nobis vltimò adductè: eas tamen soluimus; ne videatur Fidem nostram, suam certitudinẽ, ab humanis rationib⁹, emẽdicasse.

Id quod egregiè præstitit pariter in cõsimili D. Thomas Doctor Angelicus lib. 2. contra gentes cap. 38. quò loco, cum

addu-

adduxisset rationes, quibus Doctores aliqui existimabant, eos demonstrasse hanc veritatem Catholicam (Mundus non est æternus,) illas statim soluit, atq; hæc verba scripsit, (Has autem rationes, quia vsquequaque non de necessitate concludunt, licet probabilitatem habeant, sufficit tangere solum, ne videatur Fides Catholica in vanis rationibus constituta, & non potius in solidissima Dei Doctrina; & ideo conueniens videtur, qualiter obuietur eis per eos, qui æternitatem Mundi posuerunt) Hęc doctissimè Angelicus Doctor, quem Scotus, & Nos eius addictissimi Discipuli imitantes, Rationes, quæ ad sensum aliorum demonstrant hanc Veritatem Catholicam, scilicet (Animam esse immortalem,) meritò soluimus; ne solidissima Dei doctrina expressa Mathei cap. 10. [Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt.] humanarũ rationum indiguisse videretur

Hinc eliciat Aequus Lector quam calumniosè Ferchius imponat. " Nos si non absolutè, saltem versutè dicere ani-
" mam esse mortalem, ne puniamur a fidei Censoribus. Quo
" niam omnes authoritates, & rationes pro immortalitate,
" & pro Veritate Catholica factas, diligentissimè soluimus.
" Rationes verò, & authoritates contra prædictam Verita-
" tem aggeramus. "

Falsissimum enim est; nos adducere authoritates, & Rationes pro mortalitate, & eas insolutas relinquere, vt est videre nostra scripta loc: cit: Non imitamur hac in parte Te ipsum; qui in Vestigat: 6. lib. pr. cap. 2. proprio labore insumpto, inquis duodecim rationes conficis ad probandam immortalitatem omnis formæ, easque in-

ſolutas relinquis, ac ſi diceres. hæc opinio pro vniuerſali affirmatiua melius probata, proponitur animalibus rationalibus, atque irrationalibus; non audes abſolutè affirmare, animam Aſini eſſe immortalem, ne ſepultura Aſinina puniaris: Sed verſutè id aſſeris, cũ omnẽ formã ſubſtãtialẽ eſſe ingenerabilẽ & incorruptibilẽ, cõtenids. pro ĩmortalitate beſtiarum, rationes, & authoritates Ariſt: aggeras, eaſque inſolutas dimittis. fuga eſt miſerorum, vt aiunt, quam Tu dicis pag. 264. " Scoti ſecutus exemplum " in 4 d.43. q.2. quod, quam falſum ſit, iam apertiſſimè commonſtratum eſt Expurg. 6. præcedenti;

Si per Te, Animæ immortalitas, eſt Veritas Catholica, ſicuti aſſeris pag. 473. Videtur ne Tibi; nos hanc Veritatem exarmaſſe, dum authoritate Chriſti Domini, eam armauimus, quacumque humana demonſtratione incomparabiliter efficaciore? exarmatam aſſerant Turcæ, & Pagani, ac eorum conſortes; quibus Chriſtus Dominus Crucifixus, ſtultitia eſt. armatam potentiſſimè confitebuntur omnes, qui Militiæ Chriſtianæ nomen dederunt, etiam ipſimet iuratiſſimi Eccleſiæ Romanæ hoſtes, atque filij degeneres Hæretici.

Si per Te pag. 344. " Citare Ariſt: eſt perinde ac citare rationem. " quare citare Chriſtum Dominum, non erit etiã per Te, ac perinde citare pluſquam Rationem. (ſi teſtimonium hominum accipimus, teſtimoniũ Dei maius eſt) inquit Ioannes Epiſt: p cap. 5. Tantum ne homini pagano ingenij fallaci defertur. quẽ Tu ſtultum hominẽ alias, & meritò appellaſti lib p de Cæli ortu c.p. pag. 140. & tantũ veritati ipſemet, quinĩmo D. O. M. aufertur, vt aſſerta,

ab

ab ipsius diuinissima voce authenticata dicantur exarmata, & sine vlla ratione ad probandum?

Non inficior, vt dixi expurg. 6. Veritates Catholicas, aliquorum ingenijs suaderi debere, vt assensus eis facilius praebeant, agnoscantq; nostram fidem irrationabilia haud docere. Sic paratos semper nos vult Apostol: Petrus in p. sua Catholica cap. 3. (reddere rationem omni poscenti, de ea, quae in nobis est fide.) Sic docet D. Bonauentura q. 2. prol. per Te citatus.

Verumenimvero; Catholicae veritates, non exigunt demonstrationes. (Non haberet nostra fides meritum, quando humana ratio posset praebere experimentum.) contestatur D Gregorius homil: 26. in Euangelia.

Frustra ergo Ferchi, quaeris demonstrationes rigorosas ad probandam hanc Veritatem Catholicam. (Anima est immortalis.) Error hic est 96 Raymundi Lulli relatus 2. p. Direct: Inquisit: pag. 260. col. p. Veritas fidei non potest à Nobis euidenter demonstrari, licet possit à nobis sufficienter defendi, concludit Franciscus Mayro quol. 9. §. (Dico ergo.) Non habet illa nisi persuasiones multum efficaces intellectui Christiano benè instituto, à nobis insinuatas.

Reminiscere eorum, quae Tumet scripsisti Vestig: 8. cap. 4. num. 30. cum inquis. In physica, de animae intellectiuae
„ substantia, origine, informatione, multiplicatione, dura-
„ tione, beatitudinis regressu, litigio implacabili, & immor-
„ tali Philosophi litigant, Sectae cum Sectis & in eadem Se-
„ cta Peripateticorum, sunt sectiunculae plures, quas litiga-
„ re contra euidentem demonstrationem velle, non est veri-

 simile

,, simile. Sed in his facilius est demonstrationes iactare, ,, quam tenere. Ea propter, qui dissidium immortale philo-,, sophorum animaduerterit, leui negotio cognoscet (nihil ,, esse certò demonstratum, vbi nihil conspicit certum,) tan-,, toque sæculorum decursu communi consensu nihil deci-,, sum. " hæc Tu veraciter, quorum si non fuisses oblitus, ,, certè, cõtentioso fastu, non scripsisses, " rationes dubitan-,, di pro immortalitate, Arist. fuisse adeo efficaces, quę ęquè ,, ponderarent principijs demonstratiuis, vel etiam præpon-derarent. " Igitur tandem captiuanda est mens nostra in obsequium fidei, constanter asserentis, (Animã occidi non posse,] & non Scoti, & Aristotelis, qui cum ratione probant.

Quale ergo Somniatum artificium, periculosius, an pernicio-sius fingis? cum Nos, omnes rationes adductas, tanquam demonstrationes rigorosas ad probãdam immortalitatem Animarum soluimus; Vnde mortalitatem perinde Nos credere, mortalitatem dominari in cordibus nostris, infers?

E Catholicis parentibus natus sum, atque originis meæ locus, situs est in præcordijs Italiæ, hoc est, in sinu Ditionis S. R. E. & non in finibus Turcarum, quemadmodum Tu ortus, ac altus fuisti. Catholicissimè educatus sum, Franciscanam Religionem & Scoticam Doctrinam, hoc est, stabilem Regulam Fidei Romanæ profiteor. Immortalitatem Animarum constantissime credo. Aristotelicam transmigrationem, (per Te nouissimè excogitatã,) anathematizo. Mortalitatem ijs credendam relinquo, quorũ Deus Venter est. Christianæ Philosophiæ in Vita Scoti, & non puræ Aristo-

telicæ

felicæ Vestigator, quemadmodum Tu, author fui. sub persona Arist: quidquam contra Fidem, & Veritatem Catholicam, minus asserui; quinimmò Philosophum, à Veritate deuium, vel confutaui, vel ad veritatis caulam reduxi. scripta mea, ad Sacro Sancti Concilij Tridentini, Constitutionum Pontiphicarum, atque Religionis Seraphicæ præscriptum, reuisa, approbata, & sæpius recusa, per omnium manus passim inuulgata, in Bibliopolarum apothecis, per compita, per circulos eruditorum, per conducta studentiū, leguntur, sicuti Tu ipse, non sine immani inuidia, cogeris fateri pag. 6. & 8 prologi Tui Libelli.

Qualē igitur diligentiam pro Animæ mortalitate, dicis à nobi fieri, cum omnia argumenta, quæ pro Epicurea opinione afferuntur robustissimè refellimus? Est ne hoc mortalitatem indubiam facere probare de, fendere, quemadmodum calumniaris?

Non videbit, Ferchi, non leget Mundus, atque in primis Christiana Iuuentus, Opuscula nostrorum Auditorum, quæ Epicuream opinionem, scilicet mortalitatem Animarum doceant. absit pestis hæc absit à mentibus nostris. Non docuerunt hanc Magistri, non tradent Discipuli, (: est Discipulus sicut & Magister eius) Legit benè Christiana Iuuentus (quod non sine ingenti dolore dicimus] opuscula tuorum Auditorum, in quib⁹ Pithagorica, ceu Arist: animarum transmigratio traditur, (ac constanter creditur.) Ita infirma in fide, propter adolescentiam, Christiana Iuuentus, magnopere offensa est, atque Tibi tanquā alteri Pithagoræ magis credidit, dum rationibus, fabulam illam tuam armare contendisti, quam Scripturis Sacris

con-

confutare; quæ Te assertore pag. 474. " multa dicunt, & nihil probant.

Et hæc satis dicta sint pro Expurgatione mea, dum æquum Lectorem (vt tantomagis calumnia Tua patentissimè ostendatur] remitto ad q. 10. disp. p. de anima, vbi in fronte, nostra de immortalitate animæ rationalis Opinio, ac doctrina tradita est.

Nona Querela Ferchij.

Quod dixerimus perniciosiorem Errorem esse Circulationem Animarum, ipsamet mortalitate.

SCripsimus disp. 5. q. 7 a. 2. n. 172. lib. de Gen: & Corrupt: Resolutè dicimus, satius esse in Arist: sententia, animæ mortalitatem tenere, quam immortalitatem asserere, cum tam absurda appendice transmigrationis animarum. Hoc enim turpius putamus absurdũ, vel saltem æquè turpe, & nostræ Fidei perniciosum, non minus, quam sit ipsa mortalitas.

Ferchius toto lib 4 sui Libelli, qui hoc loco, ex integro transcribendus esset, vbi plures imposturas nobis affingit, quã lineas scribat. queritur, quasi Nos ei imposuerimus. opinionem transmigrationis animarum, perniciosorem errorem esse respectu Fidei Catholicæ, ipsa mortalitatis sententia; Quapropter, excitata prima Disputatione Catholica. " (Vtrum mortalitas animæ intellectiuæ magis pugnet cum Fide Catholica, quam immortalitas eiusdem

animæ

,, animæ cum regressu ad Corpus humanum) post ingentem apparatum præmissum protestatur cap. p. ad causam Fidei Catholicæ pertinere Tres ex nobis depromptas propositiones.

Prima. Nos habemus ex philosophia potiores rationes pro animę mortalitate. Secunda, nihil refert, statuere animā absolutè mortalem, aut immortalem, hoc modo scilicet cum regressu, hoc enim turpius absurdum, vel æquè turpe putant. Tertia est. pernitiosior est immortalitas cum transmigratione animarum, quam sit ipsa mortalitas respectu Fdei Catholicæ.

Deinde cap. 2. & tribus alijs sequentibus capitibus probat ex authoritate Sacro Sancti Concilij Lateran: ex Sacra Scriptura. Patribus & Rationibus pernitiosiorem, & fabulosiorem errorem esse mortalitatē animę ipsa circulari Trasmigatione. Atque tandem concludit post infinita propemodum Scōmata in Nos effusa pag 463. " Malum
,, consilium offensores mei mihi datis, quale ne Stultus ille
,, quidem dare ausus est. Consilium illud, Vobis retinete;
,, immo omnino reijcite, si Christiani; Si Aristotelici, si ho-
,, mines esse vultis. "

Nona Expurgatio Mastrij.

CONtraquem, Ferchi, apparatum hunc bellicum Dip: Catholicæ primæ Tuæ constituis! in quos hostes, tot, ac tanta tela authoritatum, Conciliorum, Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, Rationum dirigis, iacularis? clamas. in offensores meos, quinimmo totius Ecclesiæ Catholicæ, cum asserunt in Philosophia vera, potiores rationes esse pro mortalitate; atque pernitiosiorem, fabulosioremque errorem, respectu Fidei Catholicæ esse immortalem transmigrationem, ipsa mortalitate?

Do manus Ferchi iustissimæ Tuæ querelæ, si ita est, vt deponis. offensores Tuos meritò argumentorum iaculis confodis, interrimis, si quemadmodum, Tu ei imponis, ipsi scribunt.

Sed quoniam Vestig: 6. lib. 2. nu. 95. Tumet rectissimè ex Scoto transcribis "Nulli Authori imponenda est sententia falsa, vel multum absurda, nisi habeatur expressè in di-
„ ctis eius, vel sequatur euidenter ex dictis eius per Scot:
„ quol: 7. FF. Item ex dictis aliorum, accipere debemus
„ sensum quo ad possumus rationabiliorem ex eodem Scoto p. d. 8. q. 5. G. D." Idcirco cum hæc asserta (Immortalis transmigratio respectu Fidei Catholicæ est pernitiosior error ipsamet mortalitate,) atque (potiores rationes habentur in Philosophia vera pro mortalitate) sint absurdissima. Videamus, an expressè habeantur in dictis Tuorum offensorum. Vel sequatur euidenter ex dictis eorum, vt iurè meritò, Hæretici [vti Tu conaris eis impingere)

gere) conclamandi sint. an potius Tu, verbis Tuis proprijs, adulterinis, atque sensu distorto per Te confícto, eorum scripta fædaueris, maculaueris.

Liber noster de Gen: & Corrupt: est omnibus ad manum; non latitat in angulis bibliotecarum, omnibus ignotus præterquam blattis quemadmodúliber Vestig: Disp: 5. q. 7 a 2. n. 172. (postquam eo loco indicauimus solutionem argumenti de infinitate animarum ex mundi æternitate, & animę immortalitate deductum; cuius ignorantia Te impulit in hanc antiquatam, obsoletam, fabulosam opinionē de trāsmigratione animarum, postquam, inquam, diximus & quando hæc solutio non placeret, cui tamen intellectus quicumque bene affectus acquiescere debet) nos scribimus. resolutè dicimus, satius esse in Arist: sententia, animę mortalitatem, quam immortalitatem tenere cum tam absurda appendice transmigrationis animarum. Hoc enim turpius putamus absurdum; vel saltem æque turpe, & nostræ fidei perniciosum non minus, quam sit ipsa mortalitas.

Hæc agnoscimus à nobis scipta esse. Tu vero pag. 433. rescribis. " hoc autem turpius putamus absurdum, vel saltim æque turpe, & nostræ fidei pernitiosius, quàm sit ipsa mortalitas. quod repetis pag. 426. dum sententiam immortalis transmigrationis, doles à Nobis oneratam iniurijs, per ly tam (absurdam, turpius absurdum, & fidei nostræ pernitiosius.] atque tertio pag. 434. imponis falsò, quod scripserimus. (pernitiosior est immortalitas cum transmigratione animæ, quam sit ipsa mortalitas respectu Fidei Catholicæ,) & alibi sexcenties.

Ita ne Ferchi à Te obseruatur Scoticum documentum. Non

esse imponendum authoribus sententias falsas, vel multum absurdas, nisi habeantur expressè in dictis eorum; vel sequantur euidenter ex eorum dictis? est ne hoc rationabiliorem sensum pro posse accipere? Siccine falsificantur nostra scripta, vt tanto licentius, hostili animo in Nos inuehere posses, tanquam in damnatos Authores?

Scribis Tu Vestig: 4. cap p. n p. "recta locutio, rectę est inditium opinionis. qui igitur rectè locutus est, rectè sensisse. qui prauè locutus est, prauè sensisse, meritò æstimatur. „ **Etenim quæ sunt in voce, sunt earum, quæ in anima pas-** „ sionum notæ. Ita est vt scribis. cur ergo si nos rectè scripsimus. Tu prauè rescripsisti?

Ex hac vnica impostura; ex hac singulari corruptela nostrorum dictorum, iudicet Aequus Lector, quam verum sit, quod Ferchius intonat in apparatu bellico primę Disp: illis primis verbis. " omnibus modis offendit qui voluntatem „ habet offendendi. "

Rem scrutemur attentè. Si Nos diximus. (Satius esse in Arist: sententia, animæ mortalitatem tenere, quàm immortalitatem, cum tam absurda appendice transmigrationis animarum; hoc enim turpius putamus absurdum, vel saltem æque turpè.) quâ fronte audes Tu, ex nostris dictis irrationabiliorem hunc sensum accipere pag. 434. & alibi sæpissime in hac Tua discreptatione. Nos scilicet habere ex philosophia potiores rationes pro animæ mortalitate! per (Philosophiam) intelligendo Philosophiam simpliciter, & non secundum quid!

Reclamas, quia in principio n. 172. " à Vobis distincta Philosophia, in (Veram, & Aristot:) asseritis ex animarum

circu-

circulatione, recensita absurda in præcedentibus numeris, in Vtraque Philosophia occurrere.

Ita sanè scripsimus, & rectè Sicuti Tu prauè contendis, eumdem esse sensum, cum diximus n. 168. fabulosior siquidē est animarum circulatio, etiam in sola corpora humana. & vtique ex Philosophia, potiores rationes, & ex Arist: plura, ac manifestiora habemus loca pro animæ mortalitate, quā eius circulatione. Etenim illorum Verborum (& Vtique ex Philosophia potiores rationes, & ex Arist: plura, ac manifestiora loca habemus &c.) non est intellectus noster, vti tu confingis de Philosophia simpliciter & Vera ex qua, potiores rationes esse pro mortalitate, quàm pro transmigratione animarum, quis est ille tam hebes mente, & stultissimus hominum, qui hoc auderet affirmare.

Tú à Nobis didicisti quæst: proemiali ad Vniuersam Philosophiam. rectè distingui Philosophiam, in (Veram,) & (secundum quid,) seu Peripateticam pag. 434. Atque, vtramque differre. Nam Philosophia (Vera,) solum ea, quæ vera sunt approbat, quæ falsa sunt reprobat, nihilque affirmat esse verum, quod Fidei Catholicæ repugnet. Philosophia secundum quid, siue cum addito huius, vel illius hominis, potest approbare falsum, & reprobare Verum, ex errore hominis.

Quomodo ergo Tu, persuadere vis, etiam num insulsissimo Lectori, per illa verba; (Vtiq; ex Philosophia potiores rationes habemus pro mortalitate, quam eius circulatione.) intelligenda esse de Philosophia Vera, quæ nullas rationes construit contra Veritatem Catholicam. ah quam rationabiliter accipis pro posse sensus Authorum?

Per philosophiam igitur eo loco, manifestè conuincitur: Nos loqui de Philosophia Arist: in qua, potiores rationes pro mortalitate sunt, quàm pro circulatione, sicuti in Arist: idest in Arist: Philosophia, etiam plura loca, & quidem manifestiora habemus pro mortalitate, quā pro animarum circulatione.

Quem ęquipollentem loquendi modum, Tumet vsurpasti Vestig: 5 cap. 2. n. 8. cum scripsisti. " Principio, nonnulla accipienda sunt ex Philosopho, quibus via sternatur ad " mentem Arist: indagandam. " quod est dictu, quædam accipienda sunt ex Arist: ad indagandam mentem Arist:

Atque sic censuimus eo loco. in Arist: scilicet Philosophia, turpius absurdum esse, vel saltem æque turpe, Circulationē, ac mortalitatem animarum, pro qua plures, ac potiores adstant rationes. sicuti, & (fabulosa,) idest falsa opinione mortalitatis animæ, (fabulasiorem,) idest falsiorem existimamus in Arist: circulationem animarum, pro qua nulla ratio expressa, nullus textus Aristotelicus ex professo adducitur: sed contenditur tantum colligi, vbi minus tale quid somniauit Arist: quemadmodum Nos solidissimè probauimus disp: 5. de Gen: q 7. a. 2. n. 169. Et sic tandē prima tua impostura confutata manet. ad secundam pergamus.

Insuper si Nos diximus, (Circulationem animarum respectu fidei nostræ perniciosum non minus esse absurdum, quam sit ipsa mortalitas.) quomodo Tu ausus fuisti falsificare nostra scripta, rescribendo modò (perniciosior?) nunc (perniciosius, ?) vt sic Nos prouocares ad disceptationem Catholicam. (Vtrum mortalitas animæ intellectiuæ, magis

gis pugnet cum Fide Catholica, quam immortalitas eiusdē Animæ cum regressu ad Corpus.) Nos scripsimus; (non minus perniciosum .) Tu rescribis (perniciosius.) Nos intendimus, non minus pugnare cum Fide Catholica , circulationem, quam mortalitatem animarum. Tu contendis, magis pugnare cum Fide Catholica mortalitatem, quam circulationem; atq; longe minorem errorem in philosophia, & hæresim in Theologia circulationem tuam esse, quam Alexandream mortalitatem.

Si ponderasses, quæ scripsimus in disp: p. q. 10. n. 158. in lib. 2. de anima, cum dicimus. Certè, minus absurdum est, imponere Arist: hanc hæsitationem (scilicet immortalitatis animæ) quam circulationem animarum. Cum hæc circulatio sit æque impia, ac mortalitas animæ, vt diximus disp. 5. de gener: Q. 7. a. 2. fortè non fuisses tam effrons, vt nobis imponeres eo loco taliter scripsisse. (Maleuoli est, opinionem, licet peruersam, traducere in peius) scribit Paulus man in Apophteg: 49.

Attamen totum Tibi gratis concedatur. Non enim Nos pretendimus, Vnius ex his hæresibus patrocinium suscipere , atque ostendere altera deteriorem esse, vti Tu mordicus contendis Nam, & Tumet pag. 466 (vellis nolis,) cogeris fateri, præter tres enumeratos errores, alios plures deduci etiam posse ex hæretica opinione (circulationis animarū; quamquam credas, non tot ac talia, sicuti ex mortalitate animæ. quod certè, ita audacter non crederes, si legisses eximium Doctorem Parisiensem Guidonem Briansonem in 4. q. 14. Concl: 2. in fine litera G. asserrentē ex hac hæretica opinione Circulatoria, (infinita) inconuenientia

sequi

ſequi contra Fidem Catholicam. atque aliquot grauiſſima ibi enumerat. videantur apud ipſum.

Hoc certum eſt apud Nos, opinionem de circulatione animarum, in ſententia D. Bonauenturæ 2. d. p. q. 2. n. 15. æqualiter pugnare contra Fidem Catholicam, ſicuti pugnat animæ rationalis corruptio, aut Vnitas; cum æque ab iſtis omnibus hæreſibus auferatur Beatitudo, itaut nulla eſſe poſſit, quemadmodum probat S. Doctor 2. d. 18. q. 2. de 2. art. n. 39. vnde concludit [iſte error, & malum habet initiũ, & peſſimum finem.] atque manifeſtam continere abſurditatem in Philoſophia, vt probat loc: cit: idem Seraphicus Doctor; cuius authoritas, Tibi Sancti Doctoris Sequaci, explorata; id pondus addere debebat, vt quieſceres, atque claſſicum non clangeres contra nos quorum rationabiliorem ſententiam ex illis dictis colligere potueras.

Mens itaq; noſtra, & eo loco fuit, cum diximus circulationem animarum, non minus pernitioſum errorem eſſe reſpectu Fidei noſtræ mortalitate ipſa, eomodo etiam per exagerationem loqui, quomodo frequenter locuti ſunt SS. Patres; qui vt extirparent contra ſe hæreſes pullulantes, exceſſiuè locuti ſunt, volentes declinare ad aliud extremum, ſicuti ex D. Bonauentura docet Scot: 2. d. 23. in ſolutione ad P. principrincipale F. feciſſe D. Auguſtinum contra Arium, dum videtur quaſi declinare ad Sabelium, & è conuerſo ſimiliter videtur contra Pelagium declinare ad Arium, & è contra.

Imitantes in hac Methodo loquendi Te ipſum pag. 285. cum tranſcribis ex D. Bonauentura, & inquis, " Volui Ariſt: " obtemperare in 2. ad Nicomachum cap. vltim. qui Viam

deue-

,, deueniendi ad medium virtutis, docuit esse ipsum deflec-
,, tere ad extremum illius oppositi, ad quod inclinamur. Sic
,, Virgam, quæ ad sinistram vergat, inclinamus ad dexteram
,, vt in medio recta consistat; sic monet D Bonauentura, &,
,, Scotus 2. d. 33. "

Audiantur verba seraphica loc: cit: q. p. de 3. a. n. 43. (Dicendum, quod Augustinus in verbis illis, non intendit dicere, quod paruuli sensibiliter crucientur; sed intendit eorum pænam manifestare quantum ad carentiam Visionis Dei, & quantum etiam ad vilitatem loci, & hoc valdè abũdanter exprimit, plus dicens, & minus volens intelligi: Nec sine causa loquitur sic: hoc enim facit ad extirpandam illam hæresim, quæ dicebat, paruulos nulla pæna puniri: Vnde sicuti in moribus, documentum est; quod, qui vult ab vno extremorum peruenire ad medium, quasi debet declinare ad aliud extremum, sicuti docet Philosophus. Sic etiam D. August: vt illam hæresim extirparet, quæ dicebat, paruulos ab omni pæna immunes, & ad medium reduceret, videlicet ad pœnam carentiæ visionis Dei, simpliciter asseruit, eos cum alijs peccatoribus æternaliter damnari; hæc Sanctus Doctor. Iàm ad Nos.

Videbamus, Te, ad hoc malum extremum inclinatum, vt crederes circulationem animarum, quam mirè in Tua Vestig: 6. lib 2. extollis, & per Te excogitatam nouissimè, iactas pag. 346. n. 145. Vt ergo mentem Tuam adduceremus ad hanc Veritatem (anima rationalis, vna in singulis hominibus, multiplicata, & multiplicabilis pro corporum formatione est simpliciter immortalis;) inclinauimus in modo loquendi ad extremum contrariũ, scilicet

satius

ſatius eſſe mortalitatem tenere, quam animarum circulationem; & hoc valdè abundanter exprimendo, vt inquit Seraphicus Doctor, (plus dicentes, & minus volentes intelligi) vt mens Tua in hanc partem grauata, longè facilius ad Veritatem intentam accederet. inſuper, Tibi amicè ſuggerentes ſalubrem ſolutionem argumenti de infinitate animarum; cuius ignoratio ad extremum hoc malum torſit peregrinum ingenium Tuum. Legatur Melchior Cano lib. 10. de locis Theologicis cap: 5. de Ariſt: hæc proferens. (quid de animarum infinita multitudine? quam admittat, neceſſe eſt, ne in Pitaghoræ metem: phycoſis incidat.) quod Tibi contigit Ariſtotelicæ mentis puro Veſtigatori. Audi quam grauiter execretur D. Auguſt: hanc exilem Tuam Animæ immortalitatem, cum tam dedecoroſa Appendice tranſmigrationis lib. 12. de Ciu: Dei cap. 20. (ſed abſit vt vera ſint, quæ nobis minantur; Veram miſeriam nunquā finiendam; ſed interpoſitionibus falſæ beatitudinis ſæpe, ac ſine fine rumpendam. quid enim illa beatitudine falſius, atque fallacius? vbi Nos futuros miſeros, aut in tanta veritatis luce neſciamus, aut in ſumma fælicitatis arce timeamus? Si etenim ibi futuram calamitatem ignoraturi ſumus; peritior hìc eſt noſtra miſeria, vbi futuram beatitudinem nouimus; ſi autem Nos illic clades imminens non latebit; beatius tempora tranſigit anima miſera. quibus trāſactis ad beatitudinem ſubleuetur, quam beata, quibus trāſactis in miſeriā reuoluatur. Atque ita ſpes noſtræ infelicitatis eſt fælix, & fælicitas infelix. Vnde fit, vt quia hic mala præſentia patimur, ibi metuimus imminentia, verius ſemper miſeri, quam beati aliquando eſſe poſſimus.

Sed

Sed quoniam hæc falsa sunt, clamante pietate, conuincente Veritate. illa enim nobis veraciter promittitur Vera fęlicitas, cuius erit semper retinenda, & nulla infelicitate rumpenda certa securitas. Viam rectam sequentes, quæ nobis est Christus, à Vano, & inepto impiorum Circuitu, iter fidei, mentemque auertamus.) hæc Catholicissimè August: in detestationem illius esse, quod melius Tu appellas pag. 375. & beatitudinis temporariæ, quam animę concedis.

Vnde pulcrè intulit D. Hieronymus ad sensum præcitatum August: in cap. 4. Ecclesiastici ad illud, (& laudaui ego mortuos, qui iam mortui sunt super viuentes. Melius est omnino non esse, nec sensum habere substantiæ, quam infæliciter, vel esse, vel viuere, quomodo & de Iuda Dominus loquitur, futura eius tormenta significans, melius erat non nasci, quam æternos cruciatus perpeti.)

Hic est rationabilis sensus, Ferchi, nostrorum dictorum, quem si vt optimè noueras, Tu accepisses, non onerasses certè nos tot imposturis sicuti passim fecisti toto lib. 4. Tui Libelli; atque deprehendisses, non fuisse consilium a nobis datum, vt mortalitatem teneres: Sed nos, ijs verbis, collimasse potius, vt vtrumque Scopulum, Scyllam, & Charybdim, mortalitatem scilicet, & circulationem euitares atq; media incedens via, immortalitatem animæ, secundum Veritatem Catholicam sustinendo, tutissimus ires.

Decima Querela Ferchij.

Quod Animarum Circulationem Ferchianam appellauerimus.

SCripſimus in lib de Gen: & Corrup: diſp. 5. q. 7. a. 2. n. 170. deinde Ferchianam hanc animarum Circulationem, directè impugnat ratio Ariſtotelis. Ludit primo Ferchius, & poſtmodum querelam proponit. Iocatur vero, cum inquit " Veritate conuicti oſtenditis Vos hucuſque indirectè pugnaſſe, reſpondendo, non arguendo. an directè pugnabitis, videbimus. " Queritur verò pag. 391. " Circulationem Ariſtotelicam; appellatis Ferchianam, non ſum auidus laudis, nec timidus vituperij, procedentis à Vobis. Hæc opinio de Circulatione animarum rationalium in corpora humana tantum, ſuppoſita cũ Ariſtot: æternitate motus; non fuit à me primo inuenta. Ferchij eſt; Ferchiana non eſt. Theophraſti, Themiſtij, Simplicij, Auerois fuit. & in Veſtig: ſpecialiter eam adſcripſi Beſſarioni, & Contareno S.R.E. Cardinalibus. quorum ſententiam, nunc Naſo ſuſpenditis, malitioſè tacito nomine eorum. Itaque laudem veſtram, alijs defero. Veſtra vituperia facilè feram. "

Decima Expurgatio Mastrij.

RES planè admiranda est, aequissime Lector, quam ferax sit Ferchius, vituperijs, imposturis, calumnijs, Scómatibus maledictis, quæ contra Nos effutit; quam versipellis; cum iniuriæ, quib⁹ Nos afficit, dolet quasi à Nobis in ipsum prodierint. nunc scurratur, modò furit, cauillatur, deridet, semper subsānat. Totus effusus in lædoria, ironias dicteria; quæ si ab ingenti hoc suo Volumine abradantur, delumbentur certè in paucissimis pagellis redigi serias contentiones, prudens Lector, aduertet. At cum voluit fucum facere Mundo, ei placuit; post sexenij ex antlatos labores, stricto calamo peius angue, immensum Opus proferre, tot maledictis, detractionibus, vellicationibus, conuitijs, contumelijs, dicacitatibus, malignitatibus, petulentijs, onustum; vt pro Vna emina, decem modios rediderit, quibus longe cederent, Zoili Momi, Erasmus, Aretinus, & quotquot Scurræ Sycophante, Nebulones, Mastigophori, virulentis calamis, petulantissimis linguis, honorem proximi, & famam, ab orbe condito ad hæc vsque tempora impiè lancinarunt, traduxerunt. & hæc iustissimo nostro dolori parentasse, iteratò sufficiat; atque declamasse in tenebrionem à Subtiliū Academia extorrem publici stipendij, sub nomine Scoti interpretis expillatorem, qui nos toto hoc suo Libello, nefariè, scelleratè, paricidiosè, tanquam Hæreticos, Alexandreos, Epicureos insimulat; atq; si posset anihilatos vellet. Nunc, à Serijs ad eius Lusus conuertor, vt prouerbio locus detur.

(reperit patella suum operculum.)

Eò quia scripsimus, Rationem Arist: directè pugnare Ferchianam Circulationem, hanc ludicram consequentiam elicit.
„ ergo veritate conuicti ostenditis, Vos hucusque indirec-
„ tè pugnasse. " O quam bellè. nunc directè pugnare, infert hucusque indirectè pugnasse!

Huic dicterio Tuo Dialetico, aliud dicterium oppono, seu mauis appono, quod habes pag. 428. Dum enim dicebamus; Arist: semper negasse Circulationem animarum. Tu, qui à Petro Hispano, regulas Dialecticæ apprimè didicisti, hac inductione contra nos impetis. " Si semper Arist: ne-
„ gauit Circulationem, ergo numquã scripsit aliquid aliud;
„ sed voluit Saxum Sisyphi. "

Accutissima sanè consequentia, poeticò apologo confirmata. pergis, probando inductionem. " in primo cap. Antepræ-
dicam: de Aequiuocis, Vniuocis Denominatiuis agit.
„ Circulationem animarũ nõ negat. Sic arguo, in primo vel
„ vlt. cap. Logicæ, nõ negauit Circulationem animarum. in
„ primo, vel vltimo physicæ, non negauit. in primo, vel vl-
„ timo Methaphisicæ, non negauit. in primo, vel vltimo
„ moralis, non negauit. ergo non semper negauit. Immo
„ eandem prosequor inductionem, & adiungo; nec in alijs
„ intermedijs textibus negauit, quare vestrum (semper)
„ conuertitur. [in numquam] mea inductio verificata est
„ in octo capitibus citatis signatè "

(O rem ridiculam, Cato, & iocosam. dignamque auribus, & tuo Cachinno. addere Catullus potuisset, & meritò huic tuæ cantilenæ. Quis Te docuit, o ingeniorum Sampson,
(æmulor epitheta Tua pag. 293. [dum communiter dicitur

citur, (hæc ratio directè probat.) per hoc inferri ergo aliæ antecedentes rationes indirectè probarunt? item illud illarum (Arist: semper negauit circulationem, ergo numquam scripsit aliquid aliud?) quis est tam hebes ingenij, vt non percipiat sensum esse. Arist: semper negauit Circulationem, hoc est, cum è re nata fuit sermo differendi de ipsamet circulatione. quod experimentum, vide in pr. de anima t. 53.

Apagè istas tuas dialeticas consequentias, inductiones ridiculas. sicq; finem facio ludo: nam satis lusimus; & ad rem venio. Quereris Circulationem animarum, à Nobis appellari (Ferchianam) quando rectius ea dicenda foret, (Aristotelica.) hancque laudem nostram à Te digne abicis, atque in legitimos authores huius opinionis reijcis. & protestaris non fuisse à Te primo inuentam. vnde clamas, " Ferchij est, Ferchiana non est. "

Huic Tuæ subtilissimæ Distinctioni, vt respondeam, placet rem iocoseriam referre ex Martino Beccano Theologo eruditissimo in p.p. Summæ eius Theologicæ cap. 16. q.p. n. 15. Typo Moguntino.

(Autumno superiore, noster Nicolaus Serrarius, & ego eramus apud acidulas Schualbacenses. ibi commodè incidimus in Dauidem Pareum Caluinistam, & professorem Heydelbergensem. Salutauimus hominem perhumaniter. & ille vicissim Nos. in progressu, amicè, ac modestè mihi obiecit, quod in quadam disp; quæ Typis edita est, scripsissem, Deum Caluinistarum esse authorem peccati. Respondi, me solidè id probasse ex verbis, & sententi js Caluini. tum ille; esto sanè, inquit, sit ista Caluini sententia; at non

Calui-

Caluinistarum. Hìc subridens Serrarius, ita subiecit. Domine Paree. Hæc lis facile inter Vos, vt video componetur. Sola particula (starum) expungatur, & res erit salua. Placuit hoc Pareo, & colloquium solutum est. Vix Maguntiam reuersi eramus. & ecce Pareus ad me Epistolã dat, inqua inter alia monet nos nostri officij, hoc carmine.

Vos quoque promissi memores delete litura
Ingenua (Starum) impegistis, quod malè nostris.
Huculque Beccanus.

Applico; Sanctè polliceor Tibi Ferchio, in recusione hujus operis nostri, me deleturum litura ĩgenua (ana.) curaboque imprimi (Ferchij) est, atque ita alienam laudem non fraudabo. memor illius Catonis (aduersus notum noli contendere verbis.) (lis minimis verbis interdum maxima crescit.

Verumtamen scias, non inconsultò, Circulationem Animarũ à nobis appellatam (Ferchianam.) quamuis iam pridem legissemus in D. Bonauentura 2.d.p q. 2. in fine n°14. hunc detestabilem errorem alijs adscriptum. & in Pererio lib. 4. de antiquis Philosophis cap 10. pag. 157. col. 2. priscorũ Peripateticorum, nonnullos hanc circulatoriam opinionem sustinuisse.) nam cum Tumet Vestig. 6. lib. 2. n. 145
„ scripseris " Nouissimè hanc opinionem per me excogi-
„ tatam, comperi fuisse à Bessarione, & Contareno, & Legal-
„ la, & Camutio inclytis Viris indicatam " sanè si per alios tantum indicata, per Te vero excogitata, gloriosius meritum, in denominatione opinionis de Tuo nomine, quam aliorum, Tibi comparasse, piè credebamus (Ferchianam) ergo, nec iniuria, appellauimus.

Ast

Ast duo abstrusa (imitor verba Nalij Tui prædilecti Auditoris pag. 102.) ex hucusque dictis in Tua querela offendo. Primum, quomodo conueniant inter se illa duo Tua asserta. " Circulatio animarum non fuit à me primo inuenta. & nouissimè hæc opinio fuit per me excogitata. "

Secundum quando Nos scripsimus (loquentes de circulatione animarum) vt nuper Ferchius ad Arist: mentem supposita Mundi æternitate admisit persones. falsum de Te dictum; quod nuper sit admissa, scilicet Circulatio. " Non est nuper, inquis, hæc opinio in Arist: Schola. " atq; Te appellas ad authores indicatiuos huius opinionis; nec non temere iudicas; falsòq; imponis, Nos ideò non citasse eos, ne videremur petulantes; dum in tot, ac tales Viros, videremur bachari, & ita cautè prætermissos, vt Lectorem à Te auerteremus, cum Te solum inuentorem fabularum traduceremus. Prosit Tibi, ac modestiæ Tuæ, si non mentis, saltim verborũ " pag 163. At si (nuperã) opinionem hanc appellauimus, non sic imitati sumus Te, qui scripsisti eam (nouissimam!) quomodo ergo non erit (nupera) in Arist Schola! si per Te peripateticorum Patritium, (nouissimè) fuit excogitata, quæ per alios tantum fuit indice prodita?

Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.

Vnde

Vndecima Querela Ferchij.

Quod Platonicis regressum earumdem Rerum imposuerimus; atq; Diuos Augustinum, & Hieronymum in testes falsò aduxerimus.

SCripsimus disp. 5. de Gen: & Corrup: q. 7. a 154. An quod est corruptum, possit de nouo produci, & generari naturaliter, vel saltim supernaturaliter. Prima opinio extrema quæ Platonis solet adscribi, non solum supernaturaliter, sed etiam naturaliter hoc statuit possibile, & de facto ita contingere; quod non solum quidam effectus numero ijdem redeut, sed omnia prorsus huius Vniuersi indiuidua, peractis certis anno-rum periodis, post completam circulationem octauæ Spheræ per motum naturalem, quæ secundum aliquos 36. m. annis perficitur, secundum alios 49. m. ex tabulis Alphōsinis, ita referunt D. August: 12. de Ciuit: Dei cap. 13. D. Hieronymus in cap. p Ecclesiastici Ficinus de Theologia Platonis. Alcinous cap. 12 de Doctrina Platonis Ferchius pag. 347. ita quæritur. " quasi nihil referat fallas opinio-„ nes Authoribus imponere. hic infamantur Platonici. qua-„ si nihil referat falso authores citare. " Citantur hic San-„ cti Augustinus, & Hieronymus tanquam falsi testes & pag. 348. exclamat " illud certissimum est, loc. cit: ab August: non esse dictum, quod illa opinio sit Platonis, vel Platonicorum atque pag. 343. contendit opinionem relatam à D. Augustino, quo ad primam partem, esse Epicuri, quo ad

quo ad ſecundam partem eſſe Stoicorum. quapropter immerito à Nobis citantur Doctores SS. Auguſtinus, & Hieronymus tanquam impoſtores.

Vndecima Expurgatio Maſtrij.

PLaniſſimè ita eſt Ferchi, quemadmodum Tu iniquè Nos criminaris. quaſi nihil referat, per Te, falſas opiniones nobis imponere, dum [volantibus oculis) legiſti noſtra ſcripta. Si ſcripſimus. (Prima opinio extrema, quæ ſolet adſcribi Platonicis.) quomodo Tu imponis, per nos Platonicos infamari, quando illa opinio, non ſit Platonis, neque Platonicorum? Certè apud Criticos diſtat à toto Cælo hæc locutio. (Hæc opinio eſt Platonis) ab illa loquendi formula. [Hæc opinio ſolet adſcribi Platoni, vel Platonicis.] Verum cum mens noſtra principaliter fuerit impetere contra opinionem ipſam, parum, vel vix curauimus Cuiuſcunque opinantis ſit poſitio illa. nihilominus, vt contra phas & Ius, Tu ſemper nobis eſſes infenſus, impoſturæ notam negligis, nec Tibi curæ eſt apertiſſimè condemnari, in quo Nos iudicas.

Ergo vincat Veritas, ſcripſimus (prima opinio extrema, quæ Platonicis ſolet adſcribi.) optas nunc ſcire, quoſnā Doctores legerimus, apud quos citentur Plato, & Platonici; tanquam Authores illius opinionis, vnde rectiſſimè à nobis ſcriptum fuerit (Primo opinio extrema, quæ Platonicis ſolet adſcribi?

En Tibi primo Eminentiſſimus Cardinalis Toletus 2. de gen:

cap. 11. q. 13. (An corruptũ naturaliter idem numero reparari possit, quod est prorsus nostrum quæsitum [in hac difficultate,] scribit Tolet; (sunt quatuor sententiæ. Prima est Platonis. hic enim existimauit posse idem numero redire post corruptionem, immo de facto rediturum, dicebat enim; quod absoluto motu octauæ Spheræ redibunt cuncta iterum, sicut erant ante; & sic redibunt eadem tempora, & iidem homines, & res, & operationes. durat autẽ iste motus 36. m. annorum, vel secundum veriorẽ 40. m. quod tempus vocabat annum maximum. quo finito, dicebat reditura omnia; quia eædem redituræ erant causæ.) hæc Tolet:

Verum est tamen, quod post sequentia verba ĩmediatè subdit. (An verò hæc sit sententia Platonis, non omnino est constitutum. Immo Iamblicus, hoc non admittit in Platone, & alij multi. de quo vide Marsilium Ficinum lib. 17. de Theologia Platonis.) at post hæc scripta, sequitur Tolet: (Vt autem breuiter, quid mihi in hoc probabilius videatur aperiam. sit prima Conclusio. Sententia, quæ tribuitur Platoni est impia, & contra rationem naturalem.

Igitur exploratum est ex testimonio Eminentissimi Viri, opinionem extremam, per Nos citatam, vel esse Platonis, vel saltem Platoni tribui. quæ vltima Toletana Verba, sunt prorsus ea, quibus Nos vsi sumus. Non ergo per Nos infamati Platonici, quemadmodum, neque ab Eminentissimo Viro, eosdem fuisse traductos, nisi temerarius assereret.

En secundo D. Bonauentura in 2. d. 18. q. 2. in 2. art. quærẽs Vtrum animæ Omnium fuerunt creatæ simul n. 39. scribit. (Primus modus dicendi est, quod animæ fuerunt simul

crea-

createç in ſtellis corporibus,& poſt formatis corporibus, ſibi idoneis, ad hæc corpora viuificanda deſcendunt per lacteũ Cælum, & alios Orbes planetarum; & poſtmodum corruptis corporibus,illuc reuertuntur;& poſtmodum,loco ſuo, & tempore iterum deſcendunt; & cum deſcendunt obliuiſcuntur prius cognitorum, & cum aſcendunt obliuiſcuntur Malorum, quæ in corpore habuerunt. Hæc autem poſitio Platonis fuit, & ſuorum ſequacium.]

Audiſti Tu Seraphici ſequax,Doctorem Sanctum, non ſcripſiſſe per hanc formulam, (ſolet adſcribi Platonicis.) Sed dictaſſe; [hæc poſitio eſt Platonis & ſequacium.] Nunquid per hoc, Te Iudice, infamati Platonici. eo vel maximè, quando immediate poſt ſcribit. [Verè iſta poſitio, plus eſt ſomnium quàm aliquod dictum authenticum !)

Tertio loco, poſſem adducere authoritatem D. Thomæ Doctoris Angelici 2.d. 19. q p.6. [Reſpondeo] F. & lib. 2 contra Gentes cap 81. & 83 affirmantis. [Alij autem poſuerunt animas in ſua multitudine poſt corpora manere, ſed ne cogerentur animarum ponere infinitatem, dixerunt animas easdem diuerſis corporibus vniri poſt determinatum tempus. hæc fuit opinio Platonicorum, de qua infra agetur.) Poſſem Tibi afferre marginiſtas Scoti,qui in 4 d.43 q 3. A. ad locum D. Auguſt: lib. 12. de Ciu:Dei cap. 13. (quem in falſum Teſtem dicis Tu à nobis adduci) habent (opinio Philoſophorum, & maximè Platonicorum) quod ratum habent etiam Marginiſtæ Mayronis in 4 d 46. q 2. his verbis. (Non dari circulationem animarum, nec aliarum rerum, vt poſuit Plato. Vide Scotum in 4.d.43. huius q 3) & confirmat Guglielmus Vvorilon

4. d. 44. §. (quantum ad 2. art.) vbi ſcribit. (Hic ſunt tres modi dicendi. Primus eſt aliquorum Philoſophorum, vt Platonicorum, dicentium eadem redire omnia ſecundũ numerum; redeunte enim Cauſa eadem ſecundum numerum, redibunt effectus iidem ſecundum numerum, & vocant hoc annum magnum.

Poſſem teſtimonium proferre Petri Tatareti Scotiſtæ præclariſſimi, atque incomparabiliter Te Ferchio doctioris, qui ad loc. cit. Scoti, ſic habet. (De primo reſpondet Auguſtinus ſecundum mentem aliquorum Philoſophorum, de iſta materia tractantium quid ſenſerint. Vtrum idem num. Virtute agentis naturalis poſſit reproduci. hoc oſtendit, nam aliqui Philoſophi poſt magnam circulationem temporis poſuerunt omnia redire, ſicuti dicit Plato; quod poſt circulationem 36. m. annorum omnia eadem numero redibunt.

Poſſem inquam, ſexcentos alios Doctores Tibi numerare, qui hanc opinionẽ (Circulatoriam) fuiſſe Platonis, & Platonicorum conſtanter aſſeuerant. Videatur Tertull: initio libri de Reſurect: Carnis. Ioannes Franciſcus Picus lib. p. de exam: Vanitatis Doctrinæ gentium pag. 24. & lib. 3. pag. 107. Legatur Euſebius Pamphilus lib. 13. de præparatione Euangelica cap. 10. (quod non rectè in omnibus Plato ſenſit.) Franciſcus Mayro 4. d. 46. q. 2. Item Franciſcus Picolom: de Virtute Rationis, gradu 5. cap. 29. 30. 31 & 32. & alij inquam ſexcenti, idipſum affirmantes.

At nolo authoritati duorum Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium detrhaere, quando pluritate Teſtium viderer eorum dicta firmare. Et certe, Ferchi, ſi de Cardinali Toleto dicere

dicere, quod falsò imponat Platoni opinionem Circulatoriam, maximum conuitium esset. De Sancto Bonauentura, hoc itidem affirmare, apertissima blasphemia foret. maneat ergo Verissimum: Nos (cum grano salis,) vt aiunt, scripsisse; cum opinionem Circulatoriam à D. D. solere Platoni, & Platonicis adscribi, diximus.

Sed quoniam crimina criminibus accumulas, dum nos conuitiaris Diuos Augustinum, & Hieronymum in falsos testes, & tanquam impostores adduxisse, aggredior ostendere Aequo Lectori. Primo, quam Tu impatienter, Diuum Augustinum legeris, quamque hoc loco, sicuti de more tuo sæpe facis, mentiaris. Dehinc, idem de D. Hieronymo demonstrabo.

Igitur quod D. Augustinus per Philosophos nominatos in cap. 13. lib. 12. de Ciuit: Dei intellexerit Platonicos, (quamuis expressis verbis eos non nominauerit) & non Epicureos, atque Stoicos, sicuti Tu dicis; preterquamquod asseritur ab eminentissimo Toleto loc: cit: Conclusione prima dum Platonicam transmigrationem reijci à D. Augustino hoc eodem cap. 13. lib. 12. de Ciuit: Dei, scribit.

Confirmatur à Francisco Mayrone 4 d. 45 q. 2. vbi in margine citatur D. Augustinus 12. de Ciuit: Dei cap. 13. & ratum habent Conymbricenses 2. de gen: cap. 11. q p. cum inquiunt. (Variæ sunt in hac Controuersia Philosophorũ sententiæ. nam Platonici, vt D. August: lib. 12. de Ciuit: Dei cap. 13. refert, & ex eorum libris constat, arbitrati sunt confestim Syderum Cœlorum, quæ cursibus, & peracto anno magno easdem omnino causas, eosdemque effectus perpetuo redituros. Vt v. g. sicuti Plato Philosophus Athenis

nis in Academia discipulos docuit, ita prolixis temporum interuallis, sed tamen certis, idem Plato, & eadem Schola, ijdemque Discipuli repetiti, & per innumerabilia temporũ sæcula repetendi sint, eodem scilicet anno magno vertente. Hunc verò annum, nonnulli è Platonicis 36 m. nostrorum annorũ concludebant,) quo spacio credidit Ptolomeus peragi cursum nonæ Spheræ ab occasu in ortũ. Cui tamen rectè contradixit Alphonsus Rex in suis tabulis, aiens, non nisi 49 m. annorum huiusmodi periodum confici. Ad hæc Platonicorum dogma fuit, quod ille à Pitagoreis, hi verò ab Egiptijs, vt Herodotus lib. 2. scripsit acceperunt, animas cum è corporibus exijssent, ad corpora sæpius redire.) hæc Conimbricenses.

At audiamus eumdem August. eodem lib. 12. cap. 20. scribẽtem. (Si enim de istis circumitibus, & sine cessatione alternantibus itionibus, at reditionibus animarum Porphirius Platonicus suorum opinionem sequi noluit, siue ipsius rei veritate permotus, siue Christiana iam tempora reueritus, & quod in lib. 10 commemoraui, dicere maluit, animam propter cognoscenda mala traditam Mundo, vt ab eis liberata, atque purgata, cum ad Patrem redierit, nihil vlterius tale patiatur, quanto magis nos, istam inimicam Christianæ Fidei falsitatem detestari, ac deuitare debemus. His autem circumitibus euacuatis, atque frustratris &c.) hæc August.) Confer modò Ferchi hunc locum cum verbis Augustini cap. 13. à te relatis pag. 347. Hanc autem se Philosophi Mundi huius non aliter putauerunt posse, vel debere dissoluere, nisi vt circuitus temporum. [circumitus debet legi] inducerent, quibus eadem semper

per fuisse renouata, atque repetita in rerum natura, atque deinceps forent sine cessatione asseuerarent volumina venientium, prætereuntiumque sæculorum, siue in Mundo permanente, illi circumitus fierent, siue certis interuallis, Oriens, & Occidens Mundus, eadem semper quasi noua, quæ transacta, & quæ ventura sunt exhiberet) Hæc Augustin: Confer inquam vtrumque locum, & cogeris fateri (per Philosophos huius Mundi, circumitus admittentes,) quos anonymos tu dicis, D. Augustinum, ad viuum delineasse Platonicos, contra quos tanquam præcipuos, suo tempore, sapientes, se disputaturum protestatur passim in illis libris de Ciuit: Dei; quemadmodum, & Tumet scribis pag. 467. " augustinus quidem in Platonicis sententijs colligendis maximè incubuit, quoniam suo tempore Platonici erant notiores, & ex Philosophis, quilibet titulum Platonici potius optabat, quàm Peripatetici, Stoici, vel Epicurei. ex 8. de Ciuit: Dei cap. 12. " & quorum dogmata de circulatione animarum Porphirius Platonicus sequi noluit.

Quorsum ergo, per philosophos illos anonymos, manis augustinum intellexisse Stoicos. vel Epicureos? De Stoicis præclarum testimonium affert Romanæ Eloquentiæ Pater Cicero in Orat: Tuscul: p. (Eos scilicet non sensisse animas immortales.) sic enim inquit. (Stoici vsuram nobis tanquam cornicibus largiuntur, diù mansuros aiunt animos; semper negant.

De Epicureis, res decantata est. pereunte corpore, animam perire. immo animam primo perire, quam Corpus pereat. videatur D. Augus: in Tracta: de Epicur: & Stoicis cap. 4.

4. legatur itidem Tertul: lib. præscript: hæreticorum cap. 7. (& vt anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur) quod ratum habet Lactantius Firmian: lib. 7. Diuinarum Institit: cap. 9. dum inquit. (Falsa est igitur Democriti, & Epicuri sententia, & Dicearchi de animi dissolutione; qui profectò non auderent de interitu Animarum, mago aliquo præsente disserere, qui sciret certis carminibus cieri ab inferis animas, & adesse, & præbere se humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere &c.)

Sed quid immoror aliorum testimonia afferendo? quando tumet pag. 358. tam de Epicureis, quam de Stoicis, asseras, eos tenuisse animam intellectiuam esse mortalem.

Sed reuertamur ad August: legas cap. 26. eiusdem lib. 12. & audies D. Augustinum consequenter scribentem ad cap. 13 Platonem scilicet sensisse reditionem animarum ad corpora, non tantum humana, sed quod peius est, etiam beluina; qua propter lib. 10. de Ciui: Dei cap. 30. apertissimè inquit, (nam Platonem animas hominum post mortem reuolui vsque ad Corpora bestiarum scripsisse, certissimum est. hanc sententiam, Plato Doctor tenuit, & Platonis Discipulo Porphirio tamen iurè displicuit. in hominum sanè, non sua, quæ dimiserant, sed in alia noua Corpora reddire humanas animas arbitratus est. puduit scilicet illud credere, ne Mater fortasse, Filium in mulam reuolutā vectaret, & non puduit hoc credere, ne reuoluta Mater in puellam filio forsitan nuberet.) & paulò infrà, cum laudasset Porphirium Platonicum, eo quod emendauerit aliorum Platonicorum opinionem, quod mundatam ab omnibus malis animam, & cum Patre constitutam, nunquam iam mala

iam mala huius Mundi iterum passuram, scribit D. August: (qua sententia profectò abstulit, quod esse Platonicum maximè perhibetur, vt mortuos ex viuis, ita Viuos ex mortuis semper fieri. falsumquè esse ostendit, quod Platonicè videtur dixisse Virgilius in Campo Elyseos purgatas aĩas; missas; quo nomine, tanquam per fabulã, videntur significari gaudia beatorum ad fluuium Letheum euocari, hoc est ad obliuionẽ præteritorum scilicet immemores supera vt conuexa reuisant. rursus, & incipiant in corpora velle reuerti. Meritò hoc displicuisse Porphirio; quoniam reuera credere stultum est, ex illa Vita, quæ beatissima esse nõ poterit, nisi fuerit de sua æternitate certissima, desiderare animas corporum corruptibilium labem; & inde ad ista remeare, tanquam hoc agat summa purgatio, vt inquinatio requiratur.) hæc D. August: quæ omnia bene aduertit doctissimus Franciscus Mayro loc: supracit: d 45. & Guido Brianson Doctor parisiensis eximius 4 q. 14. litera. E.

Hinc, cum Platonicos, D. August: alloqueretur, adaptato exemplo in cap. 13. lib. 12. de Ciu: Dei scripsit. (Absit aũt à rectã fide vt his Salomonis Verbis, illos circumitus significatos esse credamus, quibus illi putant, sic eadem temporum, temporaliumque volumina repeti, vt v. g. sicut in isto sæculo, Plato Philosophus in Vrbe Atheniensi, in ea Schola quæ Academia dicta est, Discipulos docuit; ita per innumerabilia retro sæcula, multum quidem prolixis interuallis, sed tamen certis, & idem Plato, & eadem Ciuitas, eademque Schola, i jdem Discipuli repetiti, & per innũmerabilia deinde sæcula repetendi.] hæc August: Platonicis ergo, Platonem in exẽplum dedit; atque per Philosophos

huius Mundi cap. 13. nominatos, non alios quam Platonicos æquipollenter expressit.

Nihil refert igitur, quod Tu pag. 348. n. 3. scribas; " Diceretis
" fortasse offensores mei: Scotus nominat Platonem, vt
" authorem huius opinionis: Sed Scoti prudentia erat Vo-
" bis imitanda, cum nominet Platonem per modum exē-
" pli, non veracis assertionis, vt Vos ponitis, qui dumodo
Platonicos notetis, Vobis nihil curæ est. " Tum quia hoc tuū Voluntariū dicteriū negligimus tanquā inane, & multo magis oblatam responsionem. Neque enim Nos id dixissemus fundati solum in exemplo, adducto ab Augustino & relato à Scoto: Sed in ijs, quæ clarissimè docuit idē D. August: in loc: à nobis paulò ante cit:

Quamquam non defuerit Nicolaus de Nysse qui, Te attestāte in Vita Scoti pag. 100. summam Theologicam admodū proficuā edidit; qui inquā, & scripserit in Tract: 7. p. p. post: 4 q 2 relata primum opinione de earumdem rerum regressu post motum 36 m. annorum: (Vndè plato dicit, se ipsum tunc iterum fore eundem num. & lecturum in ijsdem Scholis, & eisdem Scholaribus, quibus ipse tunc legebat.

Item Bartholomeus sibilla ordinis prædicatorum Doctor clarissimus in suo speculo peregrinarum quæstionum p. Decade cap 2. pag 36. qui relata primum opinione platonis ex Augustino lib. 12. de Ciu: Dei cap. 13. de æterno rerum regressu; quam reperit pag. 46. satis fusè consequenter scribit. (Vnde dicebat plato, se iterum, atque iterū Athenis lecturum in eisdem Scholis, & eisdem Scholaribus post innumerabilia sæcula, sicut retro prolixis interuallis per innume-

numerabilia sæcula, & illis legerat.) hæc Sibilla.

Quæ Platonis nominatio, ab his duobus doctissimis Viris facta, non est per modum exempli: sed veracis assertionis, quorum fidem, & authoritatem, si secuti, & nos fuissemus; cum in ore duorum, vel Trium Testium stet omne verbũ. certè per Nos Platonici, non fuissent adeo notati, quemadmodum Tu impingis. sicuti & illos duos præcitatos Doctores, notasse Platonicos, per modum veracis assertionis, referentes dictum Platonis, non nisi impudens astrueret.

At obijcis pag. 347. " Cum Arist: 8. phys. t. 10. Platonis aduersarius; & August: cap. 12. lib. 12. de Ciuit: Dei, Platonis „ amicus, testimonium perhibeant, quod Plato posuerit „ Mundum, & tempus esse factum à certo initio, & non fu-„ isse semper. Opinio autem ponens circumitus, & reditio-„ nem earumdem rerum, ponit tempus semper fuisse, & fore, „ conspicuum est illam opinionem, non esse Platonis. "

Pro responsione huic Tuæ obiectiunculæ consulendus est Augustinus lib 10 de Ciu: Dei cap. 31 contra argumentum Platonicorum, quo animam humanam Deo esse coeternã astruebant. Sic enim scribit. (vt enim hoc Platonici nollent credere, hanc vtique causam idoneam, sibi videbantur afferre. quia nisi, quod semper antea fuisset, sempiternum deinceps esse non posset: quamquam, & de Mundo, & de his quos in Mundo Deos à Deo factos scribit Plato, apertissimè dicat, eos cæpisse, & habere initium, finem tamen non habituros; sed per Conditoris potentissimam voluntatem in æternum permansuros esse perhibeat. Verum id, quomodo intelligant inuenerunt. non esse hoc, videlicet temporis; sed substitutionis initium. Sicut enim inquiunt,

si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper ei sub esset vestigium. quod tamen vestigium à calcante factum, nemo dubitaret. nec alterum altero prius esset, quamuis alterum, ab altero factum esset. Sic inquiunt, & Mundus, atque in illo Dij creati, & semper fuerunt, semper existẽte, qui fecit, & tamen facti sunt.) hæc Augustinus. Quę Platonicorum responsio, ac doctrina, concordat hæc duo inter se pugnantia. Mundum, & tempus, factum esse in sẽtentia Platonis; & nihilominus, semper fuisse, & fore.

De huius responsionis Veritate, videatur Scot: 2 d.p. q. 3 litera C. §. (ad authoritates,) necnon legatur Perrer: lib. 15 suæ philosophiæ cap. 5. (An Plato senserit Mundum ortũ esse, & aliquando cæpisse; an potius sempiternum esse, atq; ortu, & interitu carere,) & deprehendetur, nobilissimos platonicos, negatiuam partem super Timeum Platonis, mordicus defendisse. Atque ista sufficiant, vt palpabiliter conuincaris. Nos, D. Augustinum in falsum Testem, ac impostorem, minus adduxisse: Sed verius Te non legisse eum patienter, vel saltem non percepisse, aut percipere noluisse.

Secundum Testem, nimirum D. Hieronymum à Nobis productum, à Te vero pag. 349. in Nos reproductum; ad nostram instantiam repetere placet. Non eo animo, eum excipiendi: absit. protritam enim legem, benè nouimus ex l. (si quis testibus C. de testibus.) quam Gratianus refert cap. testes 4. q. 3. ex quo t. Glosa vulgatam illam regulam elicit. (Testem inductum pro me, teneor recipere contra me.) sed eo animo repetendum duco, quò infrà.

Sic itaque loco proximè indicato scribis. (Iam de Diuo Hie-

,, Hieronymo cap. p. Ecclesiastici, Hieronymus ità scribit:
,, (Ne putemus signa, atque prodigia, & multa, quæ arbitrio
,, Dei noua in Mundo fiunt, in prioribus seculis esse iam fa-
,, cta, & locum inuenire Epicurum, qui asserit per innume-
,, rabiles periodos, eadem, & eisdem locis, & per eosdem fie-
ri: alioquin & Iudas crebrò prodidit. Et Christus passus est
,, sæpe pro nobis, & cætera, quæ facta sunt & futura in eosdẽ
,, similiter periodos reuoluentur. Sed est dicendum, quod ex
,, præscientia, & prædestinatiòne Dei, iam ea facta sunt, quæ
,, futura sunt.) Ergo attestatione S. Hieronymi, Epicurus est
,, (author) æterni regressus earundem rerum. Epicurus
,, autem, est è directò Platonis aduersarius, non Platonicus.
,, Itaque prima Pars opinionis à Beato Augustino relatæ, est
,, Epicuri; Ex quo constat, Vos non legisse D. Hieronymũ,
,, sed adplacitum scripsisse. " hæc Tu Ferchi.

Num autem Nos, haud legerimus D. Hieronymum, atque ad placitum scripserimus. an potius Tu, iudicabunt Docti Ponderemus textum à Te prænotatum ex D Hieronymo. Epicurum, asseruisse circulationem earumdem rerum, legimus quidem in Authoritate præcitata at certè nominari (authorem) æterni regressus earumdem rerum, non legimus. Ergo retorqueo Tua dicta. attestatione D. Hieronymi, Epicurus non est (author) sed assertor æterni regressus.

Illatum meum probo. atque attentionem Tuam enixè peto, vt in posterum discas Authorem æterni regressus earumdẽ rerũ ex D. Hieronymo, & desinas in futurum Nos calumniari, tanquam temeratores Sanctorum Doctorum.

Scribit D. Hieronymus in Apol: aduersus Ruffinũ pag mihi 890.

890. (& quia Pithagorica Dogmata legisse me dixeram. Audi quid apud Græcos, Pithagorus (Primus) inuenerit. immortales esse animas, & de alijs corporibus transire in alia; ad quod & Virg: in 6. Aeneidos volumine sequens loquitur. Has omnes vbi mille rotam voluere per annos. Letheum ad fluuium, Deus euocat agmine magno Scilicet immemores supera, vt conuexa reuisant. Rursus, & incipiant in corpora velle reuerti. Se primum fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pirhum, ad extremum Pitagoram, & post certos temporum circulos, ea quæ fuerant, rursum fieri, nihilque in Mundo nouum. hæc D. Hieronymus.

En ergo detectus per D. Hieronymum, quinam (Author) fuerit æterni regressus earumdem rerum. At Pithagoras floruit anno ab Orbe condito, secundum Iacobum philippum Bergomatẽ in suplem: Chron: lib. 4. pag. 72. 4608. & ante Christi Domini Natiuitatem 591. Vel secundum Guglielmum Rouillum in suo Imaginum promptuario pag. 109. post creatum Mundum 3430. & à redemptione nostra 523. Epicurus vero floruit secundum Bergomatem lib. 5 pag. 85 à Mundo creato 4833. & ante Christi ortũ 366. apud Guglielmum Rouillum pag. 132. anno ab initio Mundi 3635. à partu vero Virginis 327. quo computo facto, etiam secundum dissidentes Chronistas, conueniunt, inter Pithagoram, & Epicurum, duo sæcula præterijsse. atque adeo, Epicuri tempore, opinio pitagorica de æterno earumdem rerũ regressu, antiquata, ac absoleta erat. Videatur Peirer lib. 4. de antiquis philosophis cap. 4. pag. 131. & 142. referẽs ex probatissimis authoribus, quo tempore

pore floruerit Pithagoras, & ortus fuerit Epicurus, & obseruetur longum, inter vtrumque, temporis interuallum.

Huic Hieronymianæ opinioni subscribit doctis: Alphonsus de Castro lib. 2. aduersus hæres: verbo (anima) hæresi 8. & Aeneas Siluius, alias Pius secundus, è gente Piccolominea lib. p. Epist: Epist: 104 pag. 598. necnō petrus Castalius Vir dissertissimus in sua narratione philosophica pegmatis in Hesiodum pag. 279. his verbis (Vetus enim fuit, & ab antiquis iam ducta temporibus opinio, animas postquam his ereptæ vinculis in Cœlum euolauerant, iterum Deorum immortalium iussu in Corpora migrare cuius sententiæ, phithagoras Summus philosophus (princeps) fuit:

Quod etiam visum est Senecæ epist: 108. ad Lucillum ex Sotione philosopho pithagorica dogmata referente. & Maximo Tyrio serm: 28. Diogeni Laertio in Vita pithagoræ. Cuius opinionis meminit Ouid: lib. 15. Methamorph: cum cecinit. (Morte carent Animæ semperque priore relicta, Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptæ.

Hanc autem pithagoricam opinionem, (quam ab Homero, doctrinarum omnium, atque ingeniorum principe, primùm emanasse, asserit Angelus politianus (in sua præfatione in Homerum.) quæ in secundo Tomo eius operum habetur pag. mihi 73.) etiam nū à platone amplexatam, cum alijs pithagoricis placitis, fatetur D. Hieronymus loc: cit: his verbis, sequens proxime dicta (Et multa alia) scilicet pithagorica Dogmata inquit, (quæ plato in lib: suis, & maximè in phædone, Timeoque persequitur. Nam post Academiam, & innumerabiles discipulos, sentiés multum suæ deesse doctinæ, venit ad Magnam Græciam, ibique ab

Archita

Archita Tarentino, & Timeo Locrensi Pitagoræ doctrina eruditus, elegantiam, & leporem Socratis, cum huius miscuit disciplinis.

Quæ omnia eleganter D. Augustinus lib. 8. de Ciu: Dei cap. 4. ad eundem prorsus Hieronymianum sensum, exarauit. Nec diffitetur Marsil: Ficinus in argumento ad Phedonem, seu animam pag. 332. col. 2. & in argumento ad Phedrum seu pulcrum pag. 300. col. p.

Hanc item philosophicam fabulam, Origenem docuisse in ijs libris, quos [Periarchon] idest de principijs inscripsit, refert D. August lib. 21. De Ciuit: Dei cap. 17. Vbi plurimis alijs, eiusdem Origenis, enumeratis erroribus; concludit his verbis. [Sed illum, & propter hoc, & propter alia nonnulla, & maximè propter alternantes sine cessatione beatitudines, & miserias, ex statutis sæculorum interuallis, ab istis ad illos, atque ab illis ad istos itus, & reditus interminabiles, non immeritò reprobauit Ecclesia. hæc Augustinus.)

Consideret ergo Aequus Lector, quinam nostrũ. Num Ferchius, an vero Nos, adduxerimus Diuos Augustinum, & Hieronymum in falsos Testes? An illa duo Magna Ecclesiæ Catholicæ luminaria attente contemplati fuerimus? An ad placitum scripserimus? An de mente Augustini, & Hieronymi, plato, & platonici æternum regressum earumdem rerum sustinuerint? An potius Ferchius, pœna talionis puniendus foret?

Verum ad ea, quæ Tu dicis; " Toletum in 2. de Gen: & Corru:
„ q. vlt. tradere à Iamblico, & alijs platonicis, negari hanc
„ esse opinionem platonis, citareque adhoc Marsiliũ Ficinũ

lib.

„ lib. 17. de theologia Platonis, quem tamen Nos citamus, „ quasi Testem, quod illa opinio sit platonicorum. atque sub „ dit. An Toletus an Vos, melius intellexeritis Ficinum, „ Docti iudicabunt. Mea sententia est, Vos non legisse Fi„ cinum, sed falsò citauisse. "

Vnum obseruo. Te legisse Toletum attente in ea parte, quam putas contra Nos esse: Sed in ea, in qua stat aperte pro Nobis, taces; atque fingis eum non legisse. Si Toletus in opinione, quam asserit esse platonis, affirmat platonem docuisse, (quod absoluto motu octauæ Spheræ redibunt cuncta iterum; sicut erant ante; & sic redibunt eadem tẽpora, & iidem homines, & operationes. durat autem iste motus 36. m. annorum, vel secundum veriorem 40. m. annorum, quod tempus vocabat annum maximum. quo finito, dicebat reditura omnia quia eædẽ Causæ rediture erãt. quam opinionem reijcit Augustinus 12 de Ciu: Dei ca. 13.) Cur contra Nos clamas, quasi primi omnium hæc dixerimus de platone, & Augustino? pag. 353. Cur hanc opinionem, à Nobis esse confictam? dicis pag. 358. quasi plato docuerit circumitũ in animabus rationalibus tantũ. Sed non in cæteris rebus, ac operationibus; cum tamẽ Toletus, apertissime dicat, quod plato, motum 36. m. annorum Vocabat annum maximum, quo & finito aiebat, omnia reditura, quia eædem causæ rediture, quam opinionem scilicet platonis, reijcit, inquit Tolet: August: 12. de Ciu: Dei cap. 13.

Cur compillatorum titulo, hic Nos non suggillas, quemadmodum alibi facis? nimirum, ne videaris petulans, (liceat mihi par pari referre pag. 361.) dum in tantum, ac

talem Virum S. R. E. Cardinalem Bacharis. dum acerbè sententiam, atque sentientes insectaris; nimirum vt Lectorem à nobis auerteres, quando Nos solos impostores, ac temeratores, calumniaris. An verò Tolet: an Tu melius intellexeris platonem, & Augustinum; Docti iudicabunt.

Cæterum quo ad Ficinum à nobis citatum, quasi in testem ; quod illa opinio de æterno rerum earumdem regressu sit platonis. Respondeo primo. Me non legisse, vt aiunt, in fonte, tunc temporis Ficinum platonicum, nec platonem de legibus: sed bene legisse doctissimos Viros, qui eos citant; etenim, cum non sim philosophus platonicus, pœnes me Codices illi non reperiebantur. quemadmodum apud Te, Theologum publicum Vniuersitatis patauinæ, Vualdus, & paulus Coninchus, Theologi præclarissimi, minus inueniuntur, vt fateris pag. 122. cum tamen opera Cremonini à S. R. E. prohibita, in manibus habeas, legas, tueris pag. 103. & Vestig: p. pag. 6. col. 2. n. 6. & alibi sæpe.

Respondeo secundo me non credere Tibi affirmanti totum librum vndecimum Ficini de Theologia Platonis legisse, atque nihil ad propositum inuenisse eorum, quæ Nos diximus. Etenim cum mendacij fueris conuictus in opinionibus Diuorum Augustini, & Hieronymi, pæna mendaci loqui plecti meritò debes, scilicet [etiam vera loquenti, fides non adhibeatur.) quemadmodum censuit Arist: referente Laertio lib. 5. cap p. præterquam quod solitus es decipere Lectorem, citando falsò Ficinum, sicuti apparet in pag. 358 dum ipsum contra Nos citas in argumento lib. 10. de legibus, vbi dicis, " Ficinū scribere illa verba, (sed platonicos velle scito. ") cum tamē, minus eo loco reperiantur

riantur. sed bene in argumento lib. 10. de Repub: vel de Iusto pag. 446.

Respondeo 3. ad id, quod effutis 359. n. 14. " quæ de anno magno 36. m. annorum dicuntur non potuisse à Platone dici, qui multis sæculis antiquior fuit Ptolomeo, & multò antiquior Alphonso Rege: sed à Ptolomeo ortum duxisse annum 36. m. & ab Alphonso 49 m. " Respondeo, inquam, me magis credere Cardinali Toleto loc: cit: Bartholomeo amico in Tract: 14 phys: q. 8 dub. p. Francisco Mayroni 4. d. 46. q. 2. Petro Gregorio Tholosano in sua Syntaxi Artis mirabilis lib. 32. cap. 3. ex Herodoto, hoc ipsum referente, mecum id asserentibus, quam tibi neganti, prædictis minimè comparando in doctrina, & Veritate.

De anno magno, quò anima hominis suum explet circumitũ; & qui peragitur 3. m. annorum, videndus est Ficinus in argumento Dialogi 10. de Repub: vel de Iusto pag. 446. col. p. quo loco euincitur, quam falsò Tu scribas pag. 429. " opinionem de anno magno esse Astronomorum, assertore Ficino. "

Legendus pariter Guglielmus Vvorilon 4. d. 44. §. (quantũ ad secundum articulum.) triplicem opinionem de anno magno adducens. Prima, scilicet, quę est Iosephi, dicentis, quod ad minus, annus magnus habet annos. Secunda quę est Ambrosij Macrobij in 2. (super Somnium Scipionis) dicentis, annum magnum confici ex 15. m. de quo oannes de Sacro Bustoin suo computo, cæcinit. (Millia terquinque, Mundus complectitur annos) (Vt Plato testatur, magnum quos nuncupat annum. Tertia, quæ est Gu-

Qq 2 glielmi

glielmi Parisiensis in Summa de Vniuerso, & Scoti in 4. d. 43. q 3. A. asserentium, quod magnus annus (secundū ponentes,) est spacium 36. m. annorum.

Cum ergo indubitatum sit Platonem posuisse annum magnū, secundum Subtilissimum Doctorem; indubitatum quoque erit annū magnū 36.m. annorū, ortum duxisse à Platone.

Addo vltimo loco, me multum mirari Te sollertissimum Vestigatorem alienorum venialium erratorum, non obseruasse Alcinoum, citatum a Nobis pro hac opinione, haud rectè citatum cap. 13. cum eo loco, nec verbum vllum habeat de Transmigratione animarum, sed id præstet cap. 16. At fortè in causa fuit, quia codicem non vidisti, non enim omisisses tam nobilem subsannandi nos occasionem.

Tandem, pro coronide huius meæ Expurgationis, placet hoc loco (vbi occasio dignissima mihi p Te offertur,) iustè corripere Iacobum Georgium prædilectum Auditorem Tuū, atque (Libelli famosi) preconem selectum (in Epist: ad Lectorem Aequum,) qui indecora, atque absurda adulatione ausus fuerit, dum tecum alloquitur, scribere. ("Absit verbo Hiperboles, colloqui viderer cum Hieronymo,] vel Augustino") & sic in frontispicio Libri, statim Lectores decipere; etenim qualiter versatus sis in Libris Augustini, & Hieronymi, abundè hucusque demonstratum est, at prouerbio fertur. (Mulus mulum mutuo scabit.)

Assentio, Ferchi, (absit verbō Hiperboles) magis i js, quæ de Te scripsit Marcus Antonius Nali alter Auditor tuus in suo Opusculo (Auisi di Parnaso à i Poeti Toschi) car. 56. 60. & 61. cum inquit. (Se è vera la transmigratione dell' Anime accennata, come constantemente credo. O chi il P.

Veglia

Veglia è informato dell' Anima d' Aristotele; la cui Filosofia hebbe ogni origine, e finì col Demonio, e che per detto d' alcuni Rabini si fece, è morse Hebreo. O che Aristotele fù auiuato dall' anima del P. Veglia.) Cum mentem Aristotelicam potius vestigatus fueris circa Pithagorica placita, quam SS. Patrum Augustini, & Hieronymi sensa, de æterno, earumdem rerum regressu.

Duodecima Querela Ferchij in SCOTVM.

Quod scripsimus propositiones Arist: non esse semper vniuersaliter veras. Vbi de Arist: & Scoti prærogatiua in Philosophia disputatur.

IN lib. de Gen: disp. 5. q. 2. a. 2. n. 76. scripsimus. Vide, quæ consequentiæ deducantur, ex quibusdam propositionibus, quas indeffinitè protulit Arist: & hi Laterones eius accipiunt pro vniuersalissimis; quasi propositiones omnes sint vniuersaliter veræ.

Quæritur Ferchius. " Mirandum fuisset, si absque iniuri js absoluissetis has responsiones. Laterones, vel blaterones Aristotelis sumus Nos. Vos Scoti. Certè longè dignior, quē sequamur, est Arist: quam Scotus in philosophia. Nam si à Scoti libris auferatur Arist: nihil Scoto remanet in philosophia, in Theologia, ex decem partibus, vix remanerent tres: plures enim Tex: Arist: quam Sacræ Scripturæ expendit,

„ dit; prolixiores disputationes, ex Arist: philosophia, quam
„ ex doctrina Christi exagitat. " Hæc Ferchius in Summũ Religionis Franciscanæ Doctorem, in Scotum, publicus Scoti Interpræs.

Scotus Expurgatus A' Mastrio.

CVM Nos scripsimus disp. 5. qu. p a p. nu. 13. lib. de Gen: Peripateticorum partem meliorem docuisse, primamCausam, Entia quædam secunda immediatè ex nihilo fecisse. Ferchius pag. 86. ita nos compellat. "
„ Displicet tamen quod Vos, qui me arguitis iactantiæ, &
„ arrogantię propter peregrinitatem, Nunc tantum Vobis
„ ipsis arrugetis vt sitis Iudices omnium Peripateticorũ quis
„ quæso, Vos constituit Iudices super doctissimos quosque
„ tantæ Scholæ, vtiudicetis Scotistas meliores, cæteros, vt
„ Alexandreos, Aueroistas, Albertistas, & alios deteriores?
„ quid dicent per Vos damnati? nisi, Vos, nimium erexisse
„ supercilium, opinionem vestram, nimium Vobis placere. "
„ Regula quędam iudicandi meliores vel deteriores sancienda
„ est. Mea regula sit. qui pro Veritate laborant, & non
„ laborant pro falsitate, ij sunt meliores Peripatetici; nam
„ iuxtà principem peripateticorum [Sanctius est amicis,
„ immo & sibi ipsi præponere veritatem ". Hæc Ferchius
„ contra Nos.

Quæ ipsissima Verba, pro Scoto expurgando, ègo retorquero contra ipsum. quis quæso, Te Ferchi, Iudicem constituit super illa duo ingeniorum portenta, natui ę duo maxima

mi-

miracula, Ioannem Scotum, & Aristotelem stagiritam? vt Vnum altero in philosophia, digniorem iudicare præsumas? quid dicet per Te damnatus Scotus? per Te inquã, publicum eius interpratem, è qua sola prærogatiua pag. 7. Tui prologi tantum gloriæ, & honoris, in Vniuersitate patauina Tibi ascistere contendis; adeo vt Summum nephas, Nobis fuerit, Tria, vel quatuor Tua Oracula impugnasse?

Scotus ille damnatus, minusque dignus Arist. iudicatus, quem quisquè in Philosophia sequatur, qui logicam (Te referête in Vita ipsius cap. 6. n. 20.) tam acutè vsus est, vt nihil vltra fieri posse videatur. qui physicam apprimè caluit. Matematicam possedit egregiè, Geometrices peritiam, tã luculenter demonstrat, vt ad eum intelligendum, nemo nisi peritus Geometer sufficiat. Astrorum scientissimus Optices callentissimus, qui Metaphisicen, adeo perfectissime tenuit; vt (meritò) quidam in Metaphisicis, Arist: præfuerint. "

Quid igitur per Te dicet damnatus Scotus? forte, quemadmodum Tu de Nobis blaterasti, nimium scilicet, Te erexisse supercilium? opinionem tuam nimium tibi placere? absit hoc à pijssimo, & humillimo Doctore, qui sicuti cõtemnit atrocia illa Vituperia, quæ in eum debachatus fuisti, ita prorsus negligit inanem laudem illam, qua eum demulcere valeres.

At dicis. primo, Regulam Tibi esse iudicãdi digniores in philosophia. " eos nimirum qui laborant pro Veritate, & non pro falsitate. " ita verissimè est, vt asseris. Secundo dicis Arist: esse digniorem in philosophia, " quia, si à Scoti libris auferatur Arist: nihil remaneret Scoto in philosophia,

&

& in Theologia; cum plures textus Arist: expendat, & exponat, quam Sacræ Scripturæ. prolixiores disputationes instituat ex Arist: philosophia, quam ex doctrina Christi. " ita falsissimè tu scribis.

Vtrumque dictum examinemus, Methodumque regulæ Tuæ, qua dignoscantur meliores, & deteriores, digniores, & minus digni, quos sequamur in philosophia, etiam Nos, sicuti Tu ibi facis, prosequamur.

Certa Veritas est. Deum Optimum Maximum esse Vnum: Exodi cap. 3. & p. ad Corinth: cap. 8. Certa falsitas est, esse plures Deos. pro Veritate certat Scotus p. d. 2. q. 3 pro falsitate laborat Arist: in lib. Nicomach: p. 4 8. 10. Capitibus 5. 10. 8. 14. & in lib. 7. potilicorum cap. 9. 10. 12. & alibi frequenter. vt iurè meritò scripserit Pius II. lib. p Epist: Epist: 104. [qui super omnia sequitur Arist: cũ is semper Deos nominet, in errore manebit.)

Certa Veritas est. Hunc vnum Deum numero in essentia, in personis trinum, esse simplicissimum spiritum ex D. Augustino lib. 6. de Trinit: cap. 6. & Concil: Florent: sess 8. Certa falsitas est, Deum esse animal, & quidem compositum. pro veritate laborat Scotus p. d. 8. qu p. pro falsitate Arist: p. Top. loc. p. & 17. p. de anima t. 8. & 77. 5. Metaph: t. 31.

Certa Veritas est. Deum esse natura impeccabilem. Ioannis Epist p. cap. 3 Certa falsitas est, Deum non tantum peccabilem: sed (horrendum auditu Dæmonibus ipsis] Luxoriæ Idolum, ac Luxuriosum esse. pro veritate Scotus q. 3. prol: 3. d. 12. 4. d. 49. q 6. pro falsitate Arist: 4 Top: loc: 64. legatur Vestig: 4. pag. 184. col. p. & pag. 195. col.

col. p. & oratio habita in Vniuersitate Patauina die 12. Martij 1631.

Certa Veritas est. Deum immensum esse. sap. ca. p & psalm. 138. Certa falsitas est. Deum non in centro esse: sed in Orbe tantum. Pro veritate Scotus 4. d. 10. q. 2. k. Pro falsitate Arist: 8. phys. t. 84.

Certa Veritas est. Diuinissimum intellectum, omniscium cognoscere ea, quæ sunt extra se, atque adeo aliorum curam habere, & prouidentiam Vniuersi. ad Hæbreos 4. Math: 6. 10. sap. 6. 8. & 14. Certa falsitas est, Diuinum intellectũ, non cognoscere ea, quæ sunt extra se, atque ideo, neq; aliorum curam habere, aut prouidentiam Vniuersi. Pro Veritate Scotus p. d. 35. 3. d. 14. q. 2. & quol: 21. Pro falsitate Aristot: Videatur Vestig. 4. pag. 195. col. p. Cano lib. 10. de Locis Theologicis cap. 5 pag. 544. D. Ambrosius lib. p. de Officijs cap. 15. Tom. pr.

Certa Veritas est. Quod Deus, immobilis ipse manens, dat cuncta moueri. Malachiæ cap. 3. Certa falsitas est. Deũ mobilem esse. Pro veritate Scotus p. d. 8. q. 5. Pro falsitate Arist: 8. phys: t. 64 & 2. Cæli t. 17.

Certa Veritas est. Diuinissimam Voluntatem Summa libertate gaudere. Psalm: 113. Isaiæ cap. 46. Certa falsitas est. Deo libertatem adimere. pro Veritate Scotus p. d. 8. q. vlt. d. 47. 3. d. 32. & quol: 16. Pro falsitate Arist: Videatur Vestig: 4. pag. 193 col. p. Cano loc: cit:

Certa Veritas est. Attributa Diuina, alijs à Deo fore incommunicabilia. Ioannis Epist: p. cap. p. Certa falsitas est. Substantijs alijs à Deo proprietates Deitatis attribuere. Pro veritate Scotus p. d 3. q p. E. & d. 8 q 2. Pro falsitate

Arist: Videatur vestig: 4. pag. 193. col. p. & 2.

Certa Veritas est. Summam adorabilitatem Latriæ, Vni, & soli Deo competere. prima ad Timoth: cap. p. Mathei 4. Exodi 20. & 23. Esaiæ 80. Certa falsitas est. parem cultum Latriæ multis Dijs largiri. pro Veritate Scotus 3. d. 9. q. v. pro falsitate Arist: videatur Vestigat. 4. pag: 193. n. 27.

Certa Veritas est. Deum Summum Ens primum esse Causam rerum omnium in genere Causæ efficientis. Apoc. ca. 22. v. 13. Certa falsitas est, esse Causam solum in genere causæ finalis Pro veritate Scotus p. d. 2 q. p. & in 2. d. p. q. p. 5. Metaph. q. 3 Pro falsitate Arist: Videatur Vestig: 4. pag. 194 col. 2. in fine, & Franciscus Mayro 4. d. 46. q. p. §. (Exemplum quarti.]

Certa Veritas est. Deum non alligatum causis secundis in operando, liberè adextra operari Psalm: 113. Certa falsitas est, Deum causis secundis mancipatum, operari necessario adextra. Pro Veritate Scotus p. d. 8. q. 5. D. Pro falsitate Arist: videatur Vestig: 4. pag. 194. col. 2.

Certa Veritas est est. Beatas mentes, ceu Intelligentias spirituales, millia millium ministrare Deo, mobiles esse, incepisse per Creationem, atque desinere posse per anichilationem; non esse actus puros; quorum intelligere accidens est; potiri quidem optima Vita, sed ex Creatoris beneplacito; finitæ perfectionis existere; peculiari cultu à latria discreto adorandas. Daniel cap 7. Apoc. 5. Lucæ p. ad Colloss: p. prima ad Timoth: cap. 6. Apoc. 21. Psalm: 44 Apoc. 22. Certa falsitas est. Substantias separatas ad numerum motuum Cælestium Orbium numerari, immobiles esse, ineffectibiles, puros actus, quorum intelligere sit substantia; necesse

necesse esse, atque proinde Vitam optimam, quam possident ex se habere, infinitæ perfectionis, diuino cultu adorandas, tanquam omnipotentes, omniscientes, primos efficientes. Pro Veritate Scot: 2. d. 3. q. 7. d. 10. q. v. d. 2. q. 9. 10 11. 12. d. p. q. 2. & 3. d p. q. 6. d. 3. q. 10 d. 5. q. v. d. p. q. 4. (3. d. 9. q. v. Pro falsitate Arist: videatur Vestig: 4. pag. 193. 194. Cano lib. 10. de locis Theologicis cap. 5 pag. 545.

Certa Veritas est. Cœlum, & materiam primam, esse opera manuum Omnipotẽtis, lususque digitorum eius. Genesi p. Certa falsitas est Cœlum esse primum efficiens, atque etiam alium Deum, nec non cum materia prima ineffectibile. Pro Veritate Scotus 2. d. p. q. 2. Pro falsitate Aristot: videatur Vestig: 4. pag. 194 Hurtadus dip. 12. Metaph: sect. p.

Certa Veritas est. Principio temporis, Deum, Cœlum, & Terram, hancque Mundi machinam, oculis hominum spectabilem, creando, dedisse. Gen. p. Certa falsitas est. Cœlum, Terram, Motum, Tempus, Mundum ab æterno extitisse. Pro Veritate Scotus 2 d. p. q. 2. & 3. Pro falsitate Arist: 8. Physicorum toto. videatur Cano loco supra citato pag. 544 Hurtad: de opere sex dierũ disp. 3. sect p §. 2. pag 376.

Certa Veritas est. Deum posse alium Mundum pulchriorem condere Sap cap. 11. Certa falsitas est. Deum id non posse, cum alia materia ei non suppettat tota iam ad Vnius structuram consumpta. Pro veritate Scotus p d. 44. q. v. Pro falsitate Arist: videatur Direct: Inquisit: par. 2. q 4. pag. 238 col. 2. C.

Certa veritas est. Cœlum, Substantiam inanimem esse. ex D. Hieronymo in psalm: (Audite Cœli.) Certa falsitas

est; anima intellectiua esse informatum, atq; viuere vita perfectissima. pro veritate Scotus 2. d. 14. q. p. pro falsitate Arist: videatur direct: Inquisit: loco supra cit: & lib. 2. de Cælestis motus contrarietate ad mentem Anaxagoræ cap. 12. pag. 526.

Certa veritas est. Deum, in tempore, pro libito diuinæ Voluntatis suæ multiplicare, creando, animas, vt primum corpora humana vltimo organizata informationem petunt; easque in separatione, æternum præmium, aut perpetuam pænam pro qualitate gestorum sortiri. ex Decret: Concil: Lateran: sub Leone X. Certa falsitas est, Deum certum animarum numerũ ab initio Mundi produxisse, nec alias sine ipsius nouitate posse producere, easque circulariter ingredi Corpora humana, post multas annorum Myriades, nec perpetua beatitudine gaudere, aut æternis pænis addictas. Pro veritate Scotus 4. d. 43. q. 2. & 3. d. 47. q. p. Pro falsitate Arist: videatur Vest: 6. lib. pag. 345. & Libellas toto libro 4.

Certa Veritas est. Ressurrectionem Mortuornm esse possibilem, quinimò certissimè futuram, expectamus. Ex vtroq; Symbolo, Apostolorum, & Nicæno. Certa falsitas est. Impossibilem esse; cum corruptum non possit redire viuum, & si redit, non idem numero redit. pro veritate Scotus 4. d. 43. q. p. Pro falsitate Arist: p. de anima t. & 8. Metaph. Direct: Inquisit: loco citato.

Sed hæc satis superq; enarrata sint; etenim in ĩmensum prodirem, cum falsitates in Philosophia, quas asseruit Arist: omnes enumerare vellem. si quis autem plures scire cupidus est, plurimas leget in tuis opellis, de ortu Danubij, & origi-

ne

ne fluuiorum. in Vestig: 4. In oratione habita in Vniuersitate Parauina 12. Martij 1631. nec non in lib. de Cælesti substantia, ortu, motu, compositione ad mentem Anaxagoræ.

Longe plura apud Petrum Ramum Gallum, Hieronymum Cardanum, Bernardum Telesium, Picum Mirandulanum de Vanitate Peripateticę Doctrinæ, tribus lib. in fine à pag. 108. vsq; ad 208 Alexandrum Tassonum libro Italicè præticulato [Pensieri diuersi] & Patrem Danielem Bartolum in suo Opusculo Italicè inscripto. (Dell' Huomo di lettere.) P. Ioseph Blācanū in lib. Arist: loca Mathem: &c. pag. 31.

Certè igitur longe dignior est Arist: quem sequaris in Philosophia, qui tot falsitates approbauit, neglecto Scoto; " de cuius peritia in plurimis scientijs comperta, " (scribis in „ Vita ipsius n. 20.) " in philosophia Peripatetica est sin„ gularis, atque ad philosophos Aristotelicos, contra fidem se armantes retundendos efficacissima. " Hęc, Hæc est causa potissima, cur iudicas Scotum, minus dignum, quem sequaris in philosophia quia nimirum reprobat fabulam illā Tuam (de circulatione animarū,) quam approbatam contendis ab Arist: Sequere nunc (tuum fatuorum sapientum Principem,) vt cum D. Hieronymo ad Eustochium loquar, atque cum ipso in circuitu ambula. Vel potius, vt Tu declamas in orat: præcit. [velut Cæcus Cæcum ducem sequere, vt cum illo in foueam cadas.]

Nos sequemur Summum Theologorum, ac Philosophorum Dynastā, fælicissimam literariæ nauigationis nostrę Cynosuram, dignissimum in philosophia Authorem; de quo Tu-met in discuss. Scotica de Coment. Metaph. pag. 83. hæc

plus-

plusquam verà scribere, à veritate, & coactus fuisti. " Scotus congerie rerum æstuans, axiomatis creber, verborum ponderator sagax, consequentiarum accutissimus Vestigator, singularum propositionum examinator, textui excutiendo singularis, sensus supra sensum, & consensum cōmunem elicit; quot propositiones, tot sententias. Totus nouus, totus Subtilis, totus sui Iuris. verbis prægnans, phrasi præfractus, disputatione accuratus, nihil intentatum, nil indiscussum vellet, infatigabilis speculando, insatiabilis dicendo. "

Secundo dicis, Te præferre in philosophia Aristotelem Scoto, " quia si auferatur Arist. à Scoti libris, nihil Scoto remanet in philosophia. in Theologia ex decem partibus, vix remanerent tres; cum plures textus exponat, quam Sacræ Scripturæ loca, & prolixiores disputationes ex philosophia Aristot: quam ex doctrina Christi instituat, agitet. "

At quam sit hoc illustre mendacium. Testem produco Teipsum, qui in vita ipsius cap. 6. n. 23 ita scribis. " Elucubrationum suarum studium fuit eximium, Sacrarum Scripturarum arcana eruere " (est ne hoc plures textus Aristot. quam Sacræ Scripturæ loca exponere.) Sanctorum Patrum munimenta voluere, Verbum Dei sedulò Euangelizare, Rationes veritatibus Catholicis intelligendis perscrutari; (est ne hoc prolixiores disputationes ex Aristotelis philosophia, quam ex Doctrina Christi instituere, agitare) " dogmata Scholasticorum, quæ minus vera censuerat, ad filum redigere " (remanerent ne tres partes Theologiæ ?)

Item cap. 7. n. 21. scribis " plurimis ergo Sacrarum actionum

„ num, Concionum, disceptationum, & scriptionum ad fidẽ
„ illustrandam, mores corrigendos Religionem amplifican-
„ dam, posteros instruendos, meritis, & Virtutibus plenus,
„ consumatus in breui, expleuit tempora multa, donec ei pro
„ temporarijs laboribus, Deus æternam requiem offerre, ac
„ è Terris raptum in Cœlum euehere dignatus est " Ita qui-
dem verissimè vt dicis. pro laboribus susceptis, ad illustran-
dam Fidem Catholicam, Religionem amplificandam, mo-
res corrigendos, non Aristotelicam doctrinam vestigan-
dam, æterna pace fruitur Scotus.

O quam aptius intulisses cum Paulino Berti, à Te relato in Vita Scoti, cap 12. n. 43. " si auferas è Scholis peculiares Scoti opiniones, reliquum est, vt ipse planè differendi Vsus, & occasio langueat. " quam quod falsò scripsisti. " Si à Scoti libris auferatur Arist: nihil Scoto remaneret in Philosophia. "

Audi quid Gregorius Pomus aureus in Epist: ante Coment: quod in p. Scoti concinnauit, scripserit. (Scoti ingenium, sine exemplo, maximum fontem ingeniorum appello; in quo, hoc præcipuum, quod neque ante illum, quem ille imitaretur; neque post illum, qui illum immitari posset inuentus sit.)

Audi quid Ioannes Pitseus Decanus Liuedurni in Lotharingia de rebus Anglicis p 3. q p. de Subtilissimo Doctore sentiat. (Scotus ingenio ad literas planè facto, & ad miraculum subtili, atque acuto, vt non tam hominem, acie mentis stupendum, quam inter Philosophos quemdam dixeris Deum.)

Non pernego tamẽ, Scotistarum Antesignanum in Arist: Sta-

giritę

giritæ doctrina exercitatissimum fuisse, quinimmo, cum eruditissimo P. Labè in Elogio Doctoris Subtilis affirmo (Philosophiam sic excoluisse, vt eius inuentor esse posset, nisi natam inuenisset. ita Arist: discipulum extitisse, vt doceri ab eo Arist vellet, si viueret.) atque tecum fateor in vita Scoti cap. 6. n. 20. " res physicas, quam maximè, &
" frequentissimè accersere ad res Theologicas enucleandas,
" prout in 2. sent: de motu, loco, æuo Angelorum; de mate-
" ria prima, Cælo, & Elementis. & in 4. de actione, & tran-
" smutatione, rarefactione, de causis generantibus substan-
" tiam, & alijs pluribus in locis videre est.

Itá Philosophiam, Theologiæ Scotus famulari facit. Qua de re candidè scripsit Leonardus Lessius in césura scripti Oxoniensis nouiter recogniti & scholijs exornati à P. Cauello. (nemo est, qui nesciat Scotum esse cotem ingeniorum, & limam subtilioris Theologiæ, ac Philosophiæ, quæ in scholis, & eruditis disputationibus maximè triumphare consueuit.)

Verum pro coronide huius Scoticæ Expurgationis, placet animum Lectoris, serijs iam discussis, nimiumq; distentum; tandem hac tua declamatione exhilarare, quam addictissimus Tuus Discipulus Marcus Antonius Nali, eleganti stillo Italico, curiosæ posteritati exarauit in suo Libello (Auisi di Parnaso a Poeti Toschi) pag. 57.

Postquam ergo querelam Excellentissimi Liceti (quem doctissimum Virum, Sicophanta ille, in eo Pasquillo, plurimum subsannat) contra Te, atque instantiam retulit; quà apud Musarum Principem vrgebat, vellet Te relegatũ Patauij, eo quod in orat: à Te declamata in Vniuersitate

Pata-

Patauina. 12. Martij 1631. (cũ ex metaphisico Theologũ agere inciperes,) (Arist: impietatis notaueris,) pro rostris in Stagiritam tonantem. sic exibet.

Il M. R. P. Veglia, sentite le Vestigationi di questo Filosofo col' suo viuace ingegno, e la solita libertà di parlare.

Sire diss' egli, io non sò come à Theologo di questa Religiosissima Republica Veneta, possa essermi commandato, che io loda Aristotele, che hà nelle morali, nelle politiche, e nelle sciēze naturali, così bruttamēte bestēmiato cōtro Christo, e suoi Christiani. Oda il Mondo, e tutto il Parnaso à carratteri publici l' empia dottrina di questo Filosopho. Nel quarto libro della sua Topica, asserisce l'empio Aristotele, che Dio sōmo bene possa fare cose cattiue. Tale è il Dio d' Arist: perloche il nostro Dio verace, non può se non insegnare cose buone, vere, e rette. mà bene ogn'huomo è mēdace, e più d'ogn'altro l empio Arist: Nel 7. libro della Politica permette per legge, che gl' humoni, e le Donne sagrificano alli Dei delle lascuie. O' empietà detestabile, chiedere la salute da vna causa d' eterna dannatione. Fù populare il dogma, non conforme la mente d' Arist: nol niego: mà la gratia, e l'aura populare, non era d'anteporsi alla diuina gratia, alla diuina Verità. questo è officio di verace Filosopho. Nel 7. della Politica al cap. vlt. il crudele Arist: prohibisce l'alleuare Figli ciechi, gobbi, ò diffettosi in altre forme. O'bella Republica d'Arist: ò saggia Aristocratia. poueri figli ciechi, e zoppi; meglio sarebbe stato à loro, non esser nati, che nati al Mondo per douer essere immantinenti vittimati all'ombre. Ah' crudeli viscere de Parenti, generare figli per subito anciderli, e sagrificarli col'

cortello del rigore sù gl'Altari della crudeltà. Empia legge, barbaro decreto.

Nelle Meteore hà errato Arist: volendo contradire al sacratissimo scrittore di Moyse intorno all origine del Lago di Palestina. E nel primo libro delle Meteore assegna l'origine del fiume Istro, ouero Danubio dà Monti Pirinei, hauendo Scaturigine di vna Villa distante dà monti Pirinei molte centinaia di miglia, il cui nome per essere aspro, e duro all'orrechia, & alla lingua dell a pena mal temperata, tralascio.

E mi sarà commandato, ch'io sublimi, ed encomi quest'Aristotile, la cui Filosofia hebbe ogni origine, e finì col Demonio. onde vn giorno disperato per hauere consumato il Patrimonio lasciatogli dal Padre, ouero morto il Padre Nicomacho, e restando giouine pouero, e studente nella Città d'Attene, se n'andò all'Oracolo d'Apolline in Delfo oue vna Vergine nominata Pithia respondeua, entrandoui à dosso per le parti secrete, & inuisibili, il Demonio. Aristotele dunque supplice, e genuflesso, gl addimandò, che cosa mai doueua fare per liberarsi dà i laberinti di tante miserie. Rispose la Donna, agitata, e commossa dalle furie d'Auerno, che attendesse, e s applicasse con tutta la constanza dell' intelletto alla Filosofia, antiuedendo dà i segni di conietture l'astuto Demone mali effetti, che douea produre al Mondo la Filosofia d'Aristotele, e quanti bellissimi ingegni mediante la vaghezza delle sue opinioni filosofiche douesse tirare alla perditione. Ed' io encomiarò quel Aristotele, che per detto d alcuni Rabbini si fece, e morse Hebreo, onde bandito dal Popolo, perche adoraua

vna

vna sua meretrice, honorandola con quei titoli di Deità, che l'Vulgo daua alla Dea Cebele, si ritirò in vna Isola per fuggire gl'infiniti persecutori, e per non darsi nelle loro crudeli mani, miseramente da se medesimo s'auelenò. Ouero essendo quell'Isola propinqua al Mare, considerando il flusso, & il riflusso, non potendolo capire entro se stesso proruppe in queste parole. Già che Aristotele non può capire il Mare, capisca almeno il Mare Aristotele, & in quel punto s'immerse per non più viuere nell'onde. Questa opinione però non è probabile, come verisimile la prima.

Ed'io encomiarò quell'Aristotele, che sempre hauea à cãto vn Demonio fatto suo famigliare, lo docomentaua di tante, e tante false opinioni circa le intelligenze motrici de i Cieli, nominandole nella filosofiia Beate, immortali, sempiterne, eterne, e per natura impeccabili, e con altri attributi heretici, cò quali hà ingannato molti de i nostri Teologi, e sono quei, che si gloriano di tirare Aristotele à Christo, la Filosofia alla Teologia, dicendo, che le intelligenze d'Aristotele sono gl'Angeli nostri. Questo, è più che falso. le concede Aristotele sempiterne, necessarie, & ineffette. Gl'Angeli non sono sempiterni, ma fatti, e creati della stessa materia prima, della quale fu formato il mondo. non sono impeccabili per natura, perche molti di loro peccorno, come i Demoni, i quali non sono concessi da Aristotele, se non nella Metafisica per gratia d'esempio. Non sono beati per natura soggiornando alcuni nelle fiamme d'Auerno, benche adesso non sentino la pena del senso: ma del Danno.

Si legge in vn libro d'Aristotele, quale Noi non habbiamo: mà dicono i Filosofi che'l hanno letto, che haueste in sua compagnia sempre vn Demone famigliare, che gli suggeriua gl'accennati attributi delle intelligenze, perche l'intelletto d'Aristotele sù le pure, ali naturali non poteua tant'alto soruolare. Socrate suo Maestro hebbe vn'altro Demone famigliare, del quale compose vn libro intitulato (de Deo Socratis) nominandolo Dio, in luogo di Demonio, perche il nome di questo spirito rubelle, presso lui era troppo odioso, & horrendo; presso Platone non fù nome esoso. significaua nome sapiente, onde pose egli i Dei nel Cielo, gl'Huomini nel Centro, & i Demoni nella meza regione dell'aria.

Queste inuettriue piene di Vampe di fuoco, furono rapresentate dal P. Veglia con tanta vehemenza, che haurebbero abbruggiata la barba, e le ciglia ad Aristotele, se vi fosse stato presente.

Hucusque Nalius, tuam eloquentissimam, ac elaboratissimam de Arist: digniorem Scoto quem sequaris in Philosophia, declamationem producit. atque, hæc, à me serio, & iocosè, non tamen extra propositum, pro Expurgatione Scotica, ad ipsius nominis immortalis honorem, subtilissimæ doctrinæ gloriam, natis, ac nascituris demandata sufficiant.

Ter-

Tertiadecima Querela Ferchij.

Quod aliquot Conscotistas, delirasse affirmauerimus in Controuersia de Toto, & Partibus.

SCripsimus in lib. de Gen: disp. 5. q. 2. a. p. n. 63. Verus itaque sensus distinctionis Totius à partibus, & quem intendit Doctor 3. d. 2. q. 2. traditur à Nobis disp. cit. Physicorum q. 13. a. p. [quicquid dicat ibi Pater Cauellus in Scholio, & Meurisse lib. 2. Metaph: cap. 3. par. 4. q. 4. Vbi inquit Doctorem 3. d. 2. q. 2. solum distinctionem formalem intendere inter totum, & partes, non realem. quod delirium reffellimus disp. p. loc: cit. q. 5. a. 2.) vbi adeo exactè, hanc controuersiam pertractauimus, vt quamuis post illius editioné, alij Authores pro opposita sententia, strenuè decertantes ad manus peruenerint, vt Complutentes p. physic. q. 6. Contaren: cit: Aref: p. de Gen: disp. 2. q. 13. Ioannes de S. Thoma p. phys. q. 6 a. 2. Manca p. Phys: q. p. dub. p. Ariaga disp. 5. q. 6. Nec obiectiunculam quidem offéderimus, quę ad amussim pręuisa, & sedata non fuerit, Nec vllam rationem afferunt vrgenté, nisi contra distinctionem realem totius integralis à partibus; quam Nos quoque ibidem inficiamur a. p. Queritur Ferchius pag. 196. " Si Ego in mea Vestigat: tan-
„ tam assumpsissem licentiam, vt doctissimorum Cauelli, & Meurisse dicta tanto cum probro (Delirium) vocauis-
„ sem. Vhe mihi. Nulli codices suffecissent ad meam arro-
„ gantiam confutandam, Si laudem tam speciosam, &

omni

„ omnibus ferè orationis pigmentis ornatam, de me protu-
„ lissem, non amplius quinque, sed quingentas Myriadas co-
„ lumnarum scripsissem, sicuti contra vnum vocabulum.
„ [peregrinitas) malè intellectum tamen, scripserunt.
„ Nota in dicto loco non (tractarunt;) sed cum addito per-
„ fectionis (pertractauimus.) Deinde per exagerationẽ,
„ augent aliorum Doctorum grauitatem, atque pugnã stre-
„ nuam. per congeriem augent numerum eorumdem, [alij
„ graues Authores strenuè decertantes pro opposita senten-
„ tia.] nempe vt ipsi multo grauiores, & magis strenui, &
„ inuicti appareant. non inuenerunt obiectiones; sed per
„ diminutiuũ, [nec obiectiunculas apud alios,) quin Sibil-
„ lina præuisione & magnas, & paruas præuiderint, & excel-
„ lenti metaphora (adamussim) scripserint. atq; vt Deus
„ aliquis tempestatem, (sedauerint.") Hæc Ferchius irriso-
riè de Nobis. Videamus an & nos, panem fractum restitu-
ere possimus, eius exemplo edocti.

Tertiadecima Expurgatio Mastrij.

DVO Nobis impingit Ferchius, totus in Virum tener-
rimæ Conscientiæ mutatus. Primum, quod tanto
cum probro, patrum Cauelli, & Meurisse dicta, (De-
lirium) vocemus. secundum, quod inanem gloriolam
nimis ardenter appetamus. Primum, sanè ridiculum est;
quando Nos citamus Scotistas contra ipsum, illicò excla-
mat pag. 358." sunt ingenia seruilia, classici non sunt:
„ sed serui les, loquuntur sine iuditio, ad voluntatem alte-

rius

„ rius obloquuntur. “ Vno verbo adeo nihili fuit, vt eos expunctos velit è numero Entium, cum Scotistæ non faciant numerum in rerum Natura. E contra, quando Nos, aliquos deuios Conscotistas à communi Præceptoris doctrina fraternè corripimus, tanquam delirantes, tunc à Ferchio declamantur pag. 197. & 198. “ Doctissimi exerci-
„ tatissimi, Scoti amantissimi, recolendæ memoriæ Viri,
„ præclari Theologi pag. 219. circa finem. Talem derisicularium modum obseruat cum Scoto; quando subtilissimus Præceptor pro ipso adducitur. Tunc coronatur Titulo Doctoris Inclyti “ Vestig: 2. lib. 2 cap. 5. nu. 78. sin autem contra affertur scribitur “ quidā Alexandreus, nempe Doctor vester pag 285.

Patrum Cauelli, & Meurisse opinionem, scilicet solam Distinctionem formalem intercedere inter Totum, & partes, non realem, (Delirium) appellauimus; & iurè quidem, cum præfati Doctores, à recta communi sententia Scoti, decedant. [Delirare,) hoc est à recto decedere dicimus, inquit Ambros: Calep: per translationem ab aratore. Nam (lira) est recta fossa quæ in agris ducitur; vt in eam aqua pluuia, & Terræ vligo defluat at quia rectus est sulcus, delirare dicuntur, qui extra sulcum, idest à recta via declināt. sic Horatius cæcinit, (quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.] Verbum est, compositum ex [de, & liro) quasi deorsum liro atque in hoc sensu (delirium) acceptum. idest deuium à cōmuni Scotistarum Via, Nos intellexisse, prudens Lector adiudicabit, quam opinionem non esse deuiam à Scotica Doctrina, Ferchius non est ausus impugnare; contentus rixasse de Nomine (deli-

rium)

rium.) quemadmodum, statim tuendam adsumit decantatam opinionem Patris rauentini, de permanentia partiũ in Toto. de qua videatur sequens expurgatio.

(Delirium) ergo, vult à Nobis probrò dictum, vt sic corruptum eius stomachum, dulcia etiam abhorrentem ostendat. Non inficior Ferchi, (Delirium) aliquando senilem stultitiam significare, prouenietem ex intemperie cerebri, vitiante actiones principis facultatis: Sed hanc significationẽ, relinquo adaptatam ijs, " graui senectute, & ægretudine præpeditis & quibus mors instat, vt Tu scribis pag: 257. docentibusque Circulationem animarum, quemadmodum Nos scripsimus dip. 10. physic. q 3. nu. 58. in fine.

Vhe Nobis, Vhe Nobis, Aequus Lector, si Pater Cauellus taliter fuisset exceptus, quemadmodum ab [Hipponate nostro] discuss: de coment: Metaphys. Scoto adscriptis, excipitur. Nam cum Doctissimus, & Optimus ille Pater, defendat Metaphisicam textualem non esse Antonij Andreæ: sed genuinum partum Subtilissimi Præceptoris. E' contra Ferchius, (qui vellet pretiosiora Scoti opera, vel anichilata, vel denigrata] contendat esse Antonij Andreæ, quem propterea, pseudo Scotum appellat. scribit Cauellus. (Respondet quidam) Ferchius [hoc dictum esse non à Scoto, sed Antonio Andrea Aragonio. Salua pace tanti Viri, dixerim, fallitur toto Cælo.) Communem loquendi modum Scholasticorum secutus. videatur Eruditissimus Andreas Vega lib 6 de præparat. adultorum ad Iustificationem cap. 2. pag 73. col. p.

Cui statim replicat Ferchius. " Caue obsecro, ne dum ego

fal-

(fallor toto Cælo.) fallaris Tu cum parte Inferni. "
Siccine Ferchij? hoc ne sibi vult Apost: ad Galatas: 6. [quē locum ad corripiendum Cauellum tu adducis) (Fratres si præocupatus fuerit homo in aliquo delicto. Vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans Te ipsum, ne & tu teneris.) quando tàm modestè scripsit Cauellus, [salua pace tanti Viri;] & insuper vsus fuerit communi adagio (falleris toto Cælo.) tentatio non ne Te apprehendit? vt adderes peregrino Scōmate, & ipsum falli cum parte Inferni? est ne hoc placide " instruere confratrem in spiritu lenitatis? est ne hoc, alterius onera portare, & sic adimplere legem Christi? At protestaris iratus pag. 75. " Agnoscat ipsequoque sententiam Publiani (omnis pilus habet vmbram suam, etiā capillus vnus habet vmbram suam.) scribendum erat, cum sic dicat minus Publianus, qui videatur;) & vt aiunt frontem in cornu gerens, furiosè minaris " sciat me calamum cruētare nolle, alioquin huius pili vmbra, Cauellano splendori non cederet! "

Pape? quam eleganter scripsit Seneca lib. pr. de Ira cap. pr. (Iram esse breuem insaniam, æque enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod cæpit pertinax, & intenta; rationi consilijsque præclusa, vanis agitata causis ad dispectum æqui Verique inhabilis, ruuinis similima, quæ super id, quod oppressere franguntur.)

Modo, si Nos, talia scripsissemus de Doctissimo Patre. quot codices cōspurcactes ad coercendam nostram arrogantiā? Non amplius quadringētas & octoginta duas: Sed quingentas Myriades columnarum scriptitasses; quemadmodū

contra oppugnata, & expugnata à Nobis quatuor Tua placita peregrina, tanta scripsisti. at pergamus ad secundum. quò nostra speciosâ laus, & omnibus fere orationis pigmẽtis ornata, rethorico stilo à Te accuratè describitur.

Recordor, me aliàs protestatum fuisse. Nos in tradenda nostra Philosophia, vsos fuisse phrasi Latina, omnibus intelligibili, aperta, nuda, incompta, sine verborum Lenocinijs, vt Philosophos, & maximè Scotistas decet; nec vnquã in mentem venit, Rethoricæ pompam ostentare; quam nunquam professi fuimus, nec à Præceptore nostro Scoto, (vt Tu scribis in Vita Ipsius pag. 39. & in Bzouium 47.) " studijs humanitatis nonadmodum culto, non in grammaticis, vel rethoricis flosculis, Lectorem occupante, " discere potuimus. "

Verum, Ferchius, irronicè vult nos Rethoricos esse; nec veretur coloribus Artis, (quod alibi in Iouium car. 44. & in Libello 289.) ipse tam accerbè detestatur in alijs, nomen Deitatis nobis tribuere, quando scripserimus, (nec obiectiunculam offenderimus, quæ adamussim sedata non fuerit,) ipse interpretatur vt " (Deus aliquis scilicet Castor, vel Pollux,) tempestatem sedauerint. quasi verò, nõ eadem phrasi, & ipsemet vsus fuerit in lib. de Cælestis motus compositione pag 440. cum inquit " Responsio hęc non [sedat] mentem dubitantis. " & in lib. de fabulis Stagni Palestini pag. 6. cum scripsit " en (sedatam) placidè controuersiam. " absque irronia, vt Deus aliquis tẽpestatem sedauerint. "

O quàm bellè possem hoc loco recantare contra Te. quid tibi vult, Ferchi, Rethorica ista phrasis Tua, " atque vt Deus aliquis

aliquis tẽpestatẽ sedauerint? scribis ne Paganus? an de Paganis? in ore Christiani, de Christianis, Theologi de Theologis, adhuc resonãt Dij gẽtiũ? Sed istas nenias philosopho indignas, Tibi relinquo; atq; in faciẽ obicio; non ironicè, sed vere in tuis ostellis, Lectorem passim offendere tales speciosas laudes omnibus orationum pigmentis ornatas.

Missam facio celeberrimã illam pag. 230. "cum anno 1629 &c. " atque inter plurimas, simile exemplum seligere placet. scribis Vestig: 6. cap. 14. dum propinas Discipulis tuis (Transmigrationẽ animarum) " à Te controuersiam „ de forma quandoque separabili, & quandoque separata , „ quoad fieri per Te potuit exagitatã fuisse exquisitè. Iam Nota Lector. non dicit à me (agitatã:) sed cum addito perfectionis (exagitatã.] nec sine emphasi, & augumento emphasis, dicit [exquisitè, & quoad fieri per me potuit] Deinde in Libello pag. 346 per exaggerationem inquit. " nouissimam hanc opinionem per me „ exagitatam comperi fuisse à Bessarione, & Contareno, & „ Legalla. & Camutio. inclitis Viris indicatam, ob quorum „ authoritatem Virorum, vehementer sum exhilaratus. " nempe vt ipse Ferchius, author excogitatæ opinionis, consortes haberet inclitos Viros, qui solum peregrinas eius excogitatione indicarunt.

Sequitur loco supracitato. " qua opinione data, pauciores paciemur angustias, " En sibillinum præsaggiũ & tandem „ hac opinione concessa facillimè cuertuntur duo vltima ar- „ gumenta & multa præcedentia. " Ecce controuersiæ „ tempestas facillimè sedata.

„ Ea est inclita hominum consuetudo, scribis Tu in apol. cõ-

„ tra Bzouium pag. 46. vt alios potius, quam seipsos reprehendant; & quo Vitio ipsi tabescunt, illud alijs appingant vt immunes ipsi videantur. "

Sed de his nugis nugarum, satis sit cum rubore nugarum quādo ita fermè comparatum est, vt in alienis erratis Lincei simus. in nostris lippi, & cæci; atque vt Catullus ait ad Varum. (Non videmus manticæ, quod in tergo est.)

Quartadecima Querela Ferchij.

Quod contra Patrem Fabrum, nonnullas Arist: & Scoti authoritates falsò allegauerimus.

POstquam Ferchius, non fuit ausus vt dixi præcedenti Expurgatione, Patrum Cauelli, & Meurisse opinionem de distinctione formali totius à partibus defendere, contentus nugatoriè rixasse de vocibus [delirium, adamussim, exactè, præuisa, sedata,] & similibus inanibus, minimeq; serijs rebus; statim à pag. 197. n 43. vsque ad pag. 200 n. 46. decantatam Patris Fauentini sētentiam, [de permanentia partiū in toto,] vt pote in Academia Scotistarum frequentissimè exagitatam, pro rostris tuendam suscipit, his verbis.

„ Sed tamen circa illam de toto, & partibus à Vobis scriptā
„ controuersiam, quid mihi acciderit narrabo. Legebam for-
„ tè disp: Discipulis de toto, & partibus, cum liber vester phy-
„ sicæ ad me missus est. quæro Indice ductore locum, &
„ incipio legere Disp: 5. qu. 11. vt viderem, quid sentiretis

de-

,, de permanentia partium in Toto, circa opinionem Patris
,, Fauentini, recolendæ memoriæ Viri, statimq; in Exordio
,, video citari Arist: dicentem [ex materia, & forma fieri per
,, se Vnum, quia materia est, per se potentia, & forma per se
,, actus, vt ex professo docuit Arist: 2. de anima t. 7. 5. Me-
,, taph: t. 7. 6. Metaph: t. 4. 7. Metaph: t. 42. & 8. Metaph:
,, t. 15. Tam numerosa textuum citatione exhilaratus, puta-
,, ui, Vobis, offensores, Arist: esse familiarissimum; cæpique
,, à memoria repetere loca cit: & quidem in 2. de animat. 7.
,, docet Arist: [materiam vniuscuiusque, & formam esse
,, vnum.) non tamen rationem sumit ex per se potentia,
,, & per se actu: Sed præcisè ex actu. (quia quod propriè
,, est, & vnum est, actus est.) nihil tamen offensus ex di-
,, uersitate in ratione.
,, Incipio considerare 5. Metaph: t. 7. sed contradicente me-
,, moria citationi; accipio librum, & nihil prorsus inuenio ad
,, propositum, non solum in illo t., sed neque in toto capite
,, à t. 7. ad 12.
,, Examino tertiam citationem, è 6. Metaph t. 4. & collatã
,, cum lib. Arist. falsam deprehendo. iamque tertia cita-
,, tione, perturbari cepi, tertio scilicet deceptus. Expendo
,, quartam ex 7. Metaph. t. 42. atque exerto libro Philoso-
,, phi, nihil reperi.
,, Aspicio quintam citationem, & eam à Doctore Subtili fa-
,, ctam reminiscens, conferre nolui tantum obseruaui, aliud
,, esse in textu Arist aliud in declaratione Scoti. Aristoteles
,, namq; posuit actum, & potentiam, non posuit [per se] ad
,, actum, & ad potentiam. Scotus autem declarando, adie-
,, cit vt in composito per se vno, intelligatur per se actus, &

per

„ per se potentia. Non est autem iustum, vt Scoti declara-
„ tio, tanquam textus Arist: citetur, cum sæpe maxima sit in
„ declarationibus diuersitas, in textu Vnitas. Aegre ferens
„ tot falsas citationes coaceruatas. cæpi casu voluere car-
„ tas.
„ Et vidi in q. 14. a. p. quæ mihi erãt opportuna ad id quod
„ agebam; inter legendum multa occurrebant, quæ mihi nõ
„ videbantur Vera: multæ citationes Arist. falsæ plurimæ
„ petitiones principij: sed & fastidiosæ repetitiones earum-
„ dem rationum, quæ iam toties à Scoto, & Scotistis sunt
„ scriptæ, & trãscriptę. nimirum prouerbio dicitur (repetita
„ crãbe mors.) Veni ad pag 458. col. 2. quo loco, ex depen-
„ dentia essentiali totius à partibus, probare vultis distinc-
„ tionem realem totius à partibus. quia vero Pater Fauenti-
„ nus in 3. disp. 9. n. 21 dixerat in Scoto non reperiri, quod
„ totum essentialiter dependat a partib⁹ vnitis, quæ actu sint
„ in ipso, & cum ipso, secundum proprias entitates. Vos
„ nouelli Scotistę, Scotistam exercitatissimum, & Scoti amã-
„ tissimum docere vultis, & sumitis negotium ostendendi,
„ quod Scotus dixerit Totum dependere essentialiter à
„ partibus vnitis, in ipso toto existentibus. Hoc si inuenis-
„ sem probatum, putauissem me thesaurum esse nactum, nec
„ mihi esse impossibile hoc videbatur, si duo viderint quod
„ vnus Fauentinus non vidit. Fortis erat Hercules; sed tamẽ
„ adagio locum dedit. (Nec Hercules contra duos.
„ Primus locus à vobis citatus est in 3 d. 2. qu 2. lit. F. vbi
„ inquit. (Totum non solum præexigere: sed etiam coe-
„ xigere partes sub vnione.) Ita Vos. (Respondeo,)
„ Scotus scribit; (potest hic esse, quod tota entitas totius
sit

„ sit absoluta, licet necessario præexigat, vel coexigat vnio-
„ nem partium absolutarum.) in qua quidem authorita-
„ te, Scotus non ponit dependentiam essentialem in toto ad
„ partes, quam dependentiam, sibi ostendi desiderabat Fa-
„ uentinus. In Creaturis, & in Deo voluntas præegigit, &
„ coexigit intellectum, nec tamen dependet essentialiter ab
„ intellectu. Rursus Fauentinus concedit, quod totum prę-
„ exigat vnionem partium? sed negat quod totum coexi-
„ gat Vnionem partium; propterea quod partes in totū sunt
„ transactæ; sed data coexigentia, non sequitur dependen-
„ dentia; sed neque Scotus asserit coexigentiam etenim par-
„ ticula disiunctiua, [vel] ex natura disiuncti, habet Vnam
„ partem Veram, & alteram falsam regulariter. Scotus in-
„ quit [præexigat, vel coexigat Vnionem) Fauentinus
„ concedit primam partem vt Veram. secundam negabit,
„ vt falsam, quare neq; dependentiam, neq; coexigentiam
„ probauistis.
„ Secundus locus à Vobis prolatus in 3. d. 22 q. p. §. (quan-
„ tum ergo.) ait Entia naturalia composita habere causali-
„ tatem intrinsecam per causas inexistentes materiam, scili-
„ cet, & formam, quas statim realiter esse distinctas à tali cō-
„ posito. Nec dici potest, quod loquatur de partibus vnitis
„ tantum, & non transactis; quia loquitur de partibus, vt ac-
„ tu inexistunt in composito. Hæc Vos offensores.
„ Sed aliquid postulat Fauentinus: aliud Vos respondetis, sci-
„ licet (pro Allijs cæpas) Postulat ille dependentiam essen-
„ tialem ostendi. Scotus in loc: cit: per Vos, non habet, vel
„ vocabulum (dependentiæ essentialis) Nec Scotus ibi do-
„ cet, causas intrinsecas esse realiter distinctas à composito.

„ sed distinctas, ait, inter se. quoniam loquitur de sobstantia
„ non composita ex causa materiali, & formali realiter dis-
„ tinctis; realiter distinctis ex construction gramaticali in-
„ ter se, non autem à composito, quia comparat eas ad non
„ compositum. Neque tertio loquitur Doctor Subtilis, de
„ partibus inexistentibus, ac transactis; immo loquitur de
„ Angelis, qui secundum communiorem doctrinam non sũt
„ compositi ex causa materiali, & formali. Si autem non sũt
„ compositi, liquidò constat partes essentiales in ipsis non es-
„ se transactas.

„ Tertius locus in 4. d. 12. q. p. E. docet composita essentia-
„ liter deprehendere à causis intrinsecis quamdiu existunt,
„ & à nulla extrinseca sic dependere, nisi à prima Hæc Vos.
„ At Fauentinus reclamaret, quoniam aliud promittitis,
„ aliud datis. Nam Scotus hic scribit, [si igitur accidens ab-
„ solutum) requirit subiectum, oportet, quod hoc sit prop-
„ ter aliquam dependentiam ad ipsum essentialem, sed nul-
„ la est dependentia, simpliciter necessaria alicuius absoluti
„ ad aliquid, quod non est de essentia eius, sed tantum est
„ causa extrinseca, nisi ad causam extrinsecam simpliciter
„ primam scilicet ad Deum. Tunc diceret doctissimus Pater;
„ accidens absolutum non dependet essentialiter ad illud,
„ quod non est de essentia. Concedo hanc negatiuam, sed
„ si vultis inferre, ergo dependet essentialiter ad illud, quod
„ est de essentia. Nego hanc affirmatiuam, si quidem in bo-
„ na Logica. ex negatiua non concluditur affirmatiua. Ex-
„ emplum. Nullum viuens dependet essentialiter ad ani-
„ mal, quod non est rationale, ergo dependet essentialiter
„ ad animal, quod est rationale; non valet connexio. Ratio

autem

„ autem propter quam non eſt dependentia eſſentialis inter
„ rem, & illud, quod eſt de eſſentia; eſt identitas realis ipſi-
„ us rei includentis ad illa, quæ ſunt de eſſentia, & in propo-
„ ſito ſunt tranſacta in eſſentiam.

His ità perpenſis clauſi librum veſtrum dicens. Si quid boni
„ eſt ex Ariſt: vel Scoto in hoc libro, illud in Ariſt: vel Sco-
„ to legam. Neque ab anno 1638. librum aperui vſque ad
„ hodiernum diem 18. Decembris 1644. quem rurſus aperui,
„ vt quod mihi contigerat, annotarem. Huc recidunt veſtræ
„ laudationes de controuerſia, adeò [exactè pertractata)
„ atque de omnibus [adamuſſim) præuiſis, (ac ſeda-
„ tis obiectiunculis,) contra graues Viros, & ſtrenuè de-
„ certantes. "

Hucuſquè Ferchius pro doctiſſimo Patre Fauentino deſudat.

Quartadecima Expurgatio Maſtrij.

SOlita ſibi connaturali dicacitate, ſemel & iterum Nos calumniatur Ferchius in hac Fauentina defenſione [de toto, & partibus.] Primum, quod diximus in diſp. 5. Phyſ: q. 11. à principio, Ariſtot: docuiſſe in 2. de anima t.7. 5. Metaph: t.7. 6. Metaph: t.4. 7. Metaph: t.42. & 8. Metaph: t.15. [ex materia, & forma fieri Vnũ per ſe;] quia materia eſt per ſe potentia, forma eſt per ſe actus: quando ipſe librum Ariſt: præ manibus habens, diligenterque conſiderans, examinás, expendens, finaliter deprehendit citationes illas eſſe falſas, nihil ibi reperiri ad propoſitum, atque ſic à nobis fuiſſe

deceptum. Secundum, quod eadem disp: 5. phys: qu. 14. a p. concl. 3. §. (præterea) quo loco, inquit, ex dependentia essentiali totius a partibus, Nos probare distinctionem realem totius à partibus, cæperimus ostendere contra Patrem Fabrum, quod Scotus dixerit, totum dependere essentialiter à partibus vnitis, cum ipso toto existentibus, idque tribus locis, ex Scoto; in quibus nihil ad propositum.

Pro eluenda hac gemina calumnia ad lydium lapidem deuenire debemus, hoc est, Textus citati ex Arist: & loca Scoti præfata, cum libris Arist: & Scoti conferenda sunt; & tunc apparebit, quinam nostrum falsator, deceptor fuerit. Num (scilicet pro auro, Scoriam; pro Allijs Cæpas dederimus.) An duo nouelli Scotistæ viderint, quæ duo Hercules veterani non viderunt?

Sed antequam id aggrediamur. placet primo monere Lectorem, incidere Ferchium in muscipulam, quam parauerat Nobis. Si quidem pag. 198. n. 44. (citat) ex nostra 5. disp: physica [q. 14] & tamen tota illa disputatio (tredecim quæstionibus tantum) clauditur, vt est videre in prædicto Tomo, tum Romæ, tum Venetijs impresso. igitur ipse est, qui citat citationes falsas.

Insuper ibidem ait. Nos ad pag. nostram 458. col. 2. ex dependentia essentiali totius à partibus, velle probare distinctionem realem totius à partibus. quod pariter falsissimũ est. quoniam, illa, est vna probatio concl. 3 quæ erat talis. (Dicimus tertio distinctionem realem, quæ versatur inter totum, & partes vnitas, esse positiuam, & mutuam.) quapropter, ob eam rationem solum probare cõtendimus, distinctionem realem versantem inter totum, & partes, esse po-

sitiuam

sitiuam, non autem esse realem. Hoc enim iam propositũ fuerat; atque probatum supra conclusione 2. quæ erat ista. (Dicimus secundo totum essentiale, & partes simul vnitę realiter distinguuntur.) igitur, (qui prædicat, non falsificandum, falsificat.] At ommitamus ista satis Ferchio familiaria. Veniamus, inquam, ad Lydium lapidem, quò purum ab adulterino dinoscitur aurum. & primo librum Arist: accipiamus. postmodum itidem de Scoto facturi.

Quinque textus ergo, ex diuersis Arist: libris, à Nobis citantur, vt ex omnibus [collectim) sumptis inferatur. Ex philosopho nostrum assumptum. (ex materia & forma fieri per se vnum; quia materia est per se potentia, forma per se actus.]

Primus est lib. 2. de animat. 7. qui sic habet. [Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis naturalis instrumentalis. vnde non oportet quærere, si vnum est anima, & corpus, sicut neq; ceram, & figuram, neque omnino vniuscuiusque materiã, & id cuius materia, vnum enim, & esse cum multiplex dicatur, quod proprie est, actus est.] Hæc Arist:

Ad hunc t. Ferchius dicit. " & quidẽ in 2. de anima t. 7. docet " Arist: materiam, vniuscuiusque, & formam esse vnum. non " tamen rationem sumit ex per se potẽtia, & per se actu: sed " præcisè ex actu. [quia, quod proprie est, & vnum est actus " est.) nihil tamẽ offensus ex diuersitate in ratione] hæc Fer- " chius. Sed quam impropria sit hæc expositio Ferchiana; quare fiat vnum per se, non sumi rationem ab Arist: ex potentia, & actu; sed solum ex actu. Ex verbis, & mente Philosophi, Ducibus doctissimis eius interpretibus consi-

deremus,

Et primo audiatur Doctissimus Fauentinus, Ferchi cliens in hac causa contra Aduocatū suū lib. 11. Metaph: disp. cap. 7. pag. 855. col. 2. lin. 16. clarissimè scribens [2. de anima t. 7. ait [scilicet Arist:] nullam aliam esse rationem propterquam ex materia, & forma fiat Vnum per se, (nisi quia Vnum est actus, & aliud potentia.) Non ergo ex pręcisa ratione [actus,] ad placitum Ferchianum inquit Arist: in illo t. fieri Vnū per se, sed [ex actu, & potentia;] ad sensum Fauentini, & nostrum.

Secūdo Appollinaris offredus in expositione illius t. sic inquit. Remouet dubium, quod Antiqui dubitabant, dicens, quod non oportet dubitare, quomodo ex anima, & Corpore fiat Vnum; quia per se notū est [ex actu, & potentia fieri Vnū,] quemadmodum ex figura, & Cęra fit Vnum. Sed anima est actus, & Corpus sicut potentia, igitur per se notum est, ex anima & Corpore, fieri Vnum; quare & subdit. quod, cum Vnum, & Ens multipliciter dicantur. illud, quod vere est Ens est actus. Hæc Doctissimus Interpræs.

Pro cuius maiori intelligentia notat. quod non est quærenda Causa, quare ex materia, & forma fiunt Vnum; tum quia, hoc est per se notum, (vt dicitur in textu, cum Vnum sit potentia, & relinquum actus eius. hucusque Offredus. ergo ad sensum Sapientissimi Interpretis habetur, ex hoc t. Arist: rationem Vnius summi, non solum præcisè ex actu, vt Ferchius vult: sed etiam ex potentia.

Huic interprætationi concinnit Petrus Tartar: Subtilissimus Scotista in hunc textum. lib. 2. de anima scribens, subdit, quod non oportet perquirere, (scilicet Arist:) Vtrum

anima

anima, & Corpus sint Vnum, sicut neque de cera, & figura, nec de actu & potentia, quia actus, & potentia habent ex suis naturis vt constituant Vnum totum. ex isto textu elicitur hæc authoritas [Non est quærenda causa,] supple extrinseca, [quare ex actu, & potentia fit Vnum, nisi quia hoc est actus, illud verò potentia.] Hæc Subtilissimus Interpres.

Videat, examinet, consideret Ferchius. An ratio Vnius, sumatur precisè in illo t. ex ratione [actus.] An Nos rectè citauerimus hunc t. ad probandam per se Vnitatem constantis ex materia, & forma. quia illa est (potentia,) hæc verò [Actus) quandò Iudice Tartaretto [ex hoc t. 7. hæc authoritas eliciatur]

Totum hoc confirmat mirabiliter Ioannes de Ianduno, Arist. & Auerois fidelissimus immitator, qui super hunc textum, mouens hanc quæstionem. (Vtrum ex anima, & Corpore fiat Vnum per se.) scribit. Ad quæstionem dicendum videtur, quod ex anima, & corpore fit ens Vnum & per se; cuius causa est; quia ex actu, & eo cuius est actus fit ens Vnum, sed anima est actus corporis, vt probatum est ergo, &c. maior recipitur pro manifesta, & per se nota; nec opportet huius aliquam causam intrinsecam quærere principalem; sed solum ex hoc, quod Vnum est actus. & alterum est ens in potentia, fit ex eis vnum; tamen Arist: si benè consideretur, videtur hoc confirmare. hæc Iandanus ergo si benè Ferchius considerasset t. Arist: cit: vt monet Interpres eruditissimus; aduertisset, non ex præcisa ratione [actus,] sumere Arist: Vnitatem per se Vnius (nisi vt ratio per se actus magis conspicua est, vt res sint per se vnum; quemadmodum super hunc t. exponit Piccolom: ex Scoto

infra-

infracitand:] atque ita, magis nobis familiarem esse Arist: quam sibi.

Sed quoniam protestatur, se nihil offensum esse, ex diuersitate in ratione, quamquam deceptus à nobis fuerit, vt innuit pag. 198. lin. 5. (quod quàm falso assertum, pateet ex hucusque dictis] properemus ad collationem secundi t. cit: ne Lectorem fastidiamus.

Is est 7. lib. 5. Metaph: qui est initium cap. 6. pretitulati [de Vno;) & incipit. (Vnum dicitur. Vno modo secundum accidens, altero per se.) De hoc t. Ferchius sic scribit
„ " incipio considerare 5. Metaph: t. 7. sed cõtradicẽte me-
„ moria citationi, accipio librum; nihil prorsus inuenio ad
„ propositum, non solum in illo t. sed neque in toto cap. à t. 7
vsque ad 12. " Hæc Ferchius. Sed quam falsò id asserat, videantur omnes expositores super hunc tex. aptius dicam, super illud cap. (de Vno.) D. Thom: Antonius Andreas, Alensis, qui omnes asserunt magis diligenter in hoc cap., quàm alibi faciat, Arist: explicare varias vnius acceptiones disecti (in Vnum per se, & in Vnum per accidens.] quapropter Pater Fauentinus super hunc t. in sua Metaph: monet; quod cum nullus sit terminus, qui frequentius occurrat in sermonibus philosophicis, quàm hic terminus, ideo eius explicatio est perquamnecessaria. & vtilis

Qui Fauent: insuper aduertit in t. 10. Vbi Philosophus exponit tertium modum vnius per se, cum adducit exemplum, quomodo illa sunt Vnum, quorum materia est Vna, inquit (similitudinem enim aliquam habet materia cum genere, quia sicut materia est eadem, sed per varias formas distinguitur, sic genus per varias differentias quasi per formas distin-

distinguitur, & sicut materia determinatur, quia est potẽtialis per formas; sic genus habet rationem materiæ, & determinatur per differentias quæ habent rationem formæ. Fauentinus igitur in hoc cap. in quo agitur ex professo [de vno per se) quale est compositum nostrum substantiale, realiter distinctum à partibus inuenit ad propositum in exẽplo adducto ab Arist: illos terminos. [genus, & differentiam, materiam, & formam, actum, & potentiam,) quæ faciunt Vnum per se. & Ferchius occulatior Fauentino, quem hoc loco defendendũ suscipit; audet scribere " se nihil inuenisse ad propositum ? Eat; & primum Aduocatus ipse, concordet cum Cliente. at conferamus tertiam Citationem.

Ea est t. 4. lib. 6. Metaph: Iste t. 4. dat initium cap. p. summę secundæ illius lib. 6. cuius cap. titulus est. (Dari ens per accidens, quidque illud sit;] & adducitur à Scoto 2. d. 3. q. 4. in argumento ad oppositum. De hoc t. Ferchius sic scribit. " Examino tertiam Citationem è 6. Metaph: t.
„ 4. & collatam cum libro Arist: falsam deprehendo. Iam-
„ que tertia citatione perturbari cæpi. Tertiò scilicet deceptus

Verum quam falsò id scribat, legantur omnes expositores præcitati super hunc textum, & videbitur, quod illi affirmant cum Scoto loc: cit. Philosophum in vltima parte tex. assignare differentiã inter ens per accidens, & ens per se. [quoniam huius est generatio; illius sunt generationes,] inquit, Alensis, quapropter magis debet dici (entia,) quam (Vnum Ens,) quia nullam Vnam Naturam dicit. Cum ergo Philosophus ibi declaret, ens per accidens, vt distingui

tur

„ per se potentia. Non est autem iustum, vt Scoti declara-
„ tio, tanquam textus Arist: citetur, cum sæpe maxima sit in
„ declarationibus diuersitas, in textu Vnitas. Aegre ferens
„ tot falsas citationes coaceruatas. cœpi casu voluere car-
„ tas.
„ Et vidi in q. 14. 2. p. quæ mihi erāt opportuna ad id quod
„ agebam; inter legendum multa occurrebant, quæ mihi nō
„ videbantur Vera: multæ citationes Arist. fallæ plurimæ
„ petitiones principij: sed & fastidiosæ repetitiones earum-
„ dem rationum, quæ iam toties à Scoto, & Scotistis sunt
„ scriptæ, & trāscriptę. nimirum prouerbio dicitur (repetita
„ crābe mors.) Veni ad pag 458. col. 2. quo loco, ex depen-
„ dentia essentiali totius à partibus, probare vultis distinc-
„ tionem realem totius à partibus. quia vero Pater Fauenti-
„ nus in 3. disp. 9. n. 21 dixerat in Scoto non reperiri, quod
„ totum essentialiter dependat a partib⁹ vnitis, quæ actu sint
„ in ipso, & cum ipso, secundum proprias entitates. Vos
„ nouelli Scotistę, Scotistam exercitatissimum, & Scoti amā-
„ tissimum docere vultis, & sumitis negotium ostendendi,
„ quod Scotus dixerit Totum dependere essentialiter à
„ partibus vnitis, in ipso toto existentibus. Hoc si inuenis-
„ sem probatum, putauissem me thesaurum esse nactum, nec
„ mihi esse impossibile hoc videbatur, si duo viderint quod
„ vnus Fauentinus non vidit. Fortis erat Hercules; sed tamē
„ adagio locum dedit. (Nec Hercules contra duos.
„ Primus locus à vobis citatus est in 3 d. 2. qu 2. lit. F. vbi
„ inquit. (Totum non solum præexigere: sed etiam coe-
„ xigere partes sub vnione.) Ita Vos. (Respondeo,)
„ Scotus scribit. (potest hic esse, quod tota entitas totius

sit

„ sit absoluta, licet necessario præexigat, vel coexigat vnio-
„ nem partium absolutarum.) in qua quidem authorita-
„ te, Scotus non ponit dependentiam essentialem in toto ad
„ partes, quam dependentiam, sibi ostendi desiderabat Fa-
„ uentinus. In Creaturis, & in Deo voluntas præegigit, &
„ coexigit intellectum, nec tamen dependet essentialiter ab
„ intellectu. Rursus Fauentinus concedit, quod totum præ-
„ exigat vnionem partium? sed negat quod totum coexi-
„ gat Vnionem partium; propterea quod partes in totũ sunt
„ transactæ; sed data coexigentia, non sequitur dependen-
„ dentia; sed neque Scotus asserit coexigentiam etenim par-
„ ticula disiunctiua, [vel] ex natura disiuncti, habet Vnam
„ partem Veram, & alteram falsam regulariter. Scotus in-
„ quit [præexigat, vel coexigat Vnionem) Fauentinus
„ concedit primam partem vt Veram. secundam negabit,
„ vt falsam, quare neq; dependentiam, neq; coexigentiam
„ probauistis.

„ Secundus locus à Vobis prolatus in 3. d. 22 q. p. §. (quan-
„ tum ergo.) ait Entia naturalia composita habere causali-
„ tatem intrinsecam per causas inexistentes materiam, scili-
„ cet, & formam, quas statim realiter esse distinctas à tali cõ-
„ posito. Nec dici potest, quod loquatur de partibus vnitis
„ tantum, & non transactis; quia loquitur de partibus, vt ac-
„ tu inexistunt in composito. Hæc Vos offensores.

„ Sed aliquid postulat Fauentinus. aliud Vos respondetis, sci-
„ licet (pro Allijs sæpas) Postulat ille dependentiam essen-
„ tialem ostendi. Scotus in loc: cit: per Vos, non habet, vel
„ vocabulum (dependentiæ essentialis) Nec Scotus ibi do-
„ cet, causas intrinsecas esse realiter distinctas à composito,

sed

„ sed distinctas, ait, inter se. quoniam loquitur de sobstantia
„ non composita ex causa materiali, & formali realiter dis-
„ tinctis; realiter distinctis ex constructione gramaticali in-
„ ter se, non autem à composito, quia comparat eas ad non
„ compositum. Neque tertio loquitur Doctor Subtilis, de
„ partibus inexistentibus, ac transactis; immo loquitur de
„ Angelis, qui secundum communiorem doctrinam non sũt
„ compositi ex causa materiali, & formali. Si autem non sũt
„ compositi, liquidò constat partes essentiales in ipsis non es-
„ se transactas.
„ Tertius locus in 4. d. 12. q. p. E. docet composita essentia-
„ liter deprehendere à causis intrinsecis quamdiu existunt,
„ & à nulla extrinseca sic dependere, nisi à prima Hæc Vos.
„ At Fauentinus reclamaret, quoniam aliud promittitis,
„ aliud datis. Nam Scotus hic scribit, [si igitur accidens ab-
„ solutum) requirit subiectum, oportet, quod hoc sit prop-
„ ter aliquam dependentiam ad ipsum essentialem, sed nul-
„ la est dependentia, simpliciter necessaria alicuius absoluti
„ ad aliquid, quod non est de essentia eius, sed tantum est
„ causa extrinseca, nisi ad causam extrinsecam simpliciter
„ primam scilicet ad Deum. Tunc diceret doctissimus Pater;
„ accidens absolutum non dependet essentialiter ad illud,
„ quod non est de essentia. Concedo hanc negatiuam, sed
„ si vultis inferre, ergo dependet essentialiter ad illud, quod
„ est de essentia. Nego hanc affirmatiuam, si quidem in bo-
„ na Logica. ex negatiua non concluditur affirmatiua. Ex-
„ emplum. Nullum viuens dependet essentialiter ad ani-
„ mal, quod non est rationale, ergo dependet essentialiter
„ ad animal, quod est rationale; non valet connexio. Ratio

autem

„ autem propter quam non eſt dependentia eſſentialis inter
„ rem, & illud, quod eſt de eſſentia; eſt identitas realis ipſi-
„ us rei includentis ad illa, quæ ſunt de eſſentia, & in propo-
„ ſito ſunt tranſacta in eſſentiam.

His ità perpenſis clauſi librum veſtrum dicens. Si quid boni
„ eſt ex Ariſt: vel Scoto in hoc libro, illud in Ariſt: vel Sco-
„ to legam. Neque ab anno 1638. librum aperui vſque ad
„ hodiernum diem 18. Decembris 1644. quem rurſus aperui,
„ vt quod mihi contigerat, annotarem. Huc recidunt veſtræ
„ laudationes de controuerſia, adeò [exactè pertractata)
„ atque de omnibus [adamuſſim) præuiſis, (ac ſeda-
„ tis obiectiunculis) contra graues Viros, & ſtrenuè de-
„ certantes. "

Hucuſquè Ferchius pro doctiſſimo Patre Fauentino deſudat.

Quartadecima Expurgatio Maſtrij.

SOlita ſibi connaturali dicacitate, ſemel & iterum Nos calumniatur Ferchius in hac Fauentina defenſione [de toto, & partibus.] Primum, quod diximus in diſp. 5. Phyſ: q. 11. à principio, Ariſtot: docuiſſe in 2. de anima t.7. 5.Metaph: t.7. 6.Metaph: t.4. 7.Metaph: t.42. & 8.Metaph: t.15. [ex materia, & forma fieri Vnũ per ſe;] quia materia eſt per ſe potentia, forma eſt per ſe actus: quando ipſe librum Ariſt: præ manibus habens, diligenterque conſiderans, examinás, expendens, finaliter deprehendit citationes illas eſſe falſas, nihil ibi repeiiri ad propoſitum, atque ſic à nobis fuiſſe

deceptum. Secundum, quod eadem disp: 5. phys: qu. 14. a p. concl. 3. §. (præterea) quo loco, inquit, ex dependentia essentiali totius a partibus, Nos probare distinctionem realem totius à partibus, cæperimus ostendere contra Patrem Fabrum, quod Scotus dixerit, totum dependere essentialiter à partibus vnitis, cum ipso toto existentibus, idque tribus locis, ex Scoto; in quibus nihil ad propositum.

Pro eluenda hac gemina calumnia ad lydium lapidem deuenire debemus, hoc est, Textus citati ex Arist: & loca Scoti præfata, cum libris Arist: & Scoti conferenda sunt; & tunc apparebit, quinam nostrum falsator, deceptor fuerit. Num (scilicet pro auro, Scoriam; pro Allijs Cæpas dederimus.) An duo nouelli Scotistæ viderint, quæ duo Hercules veterani non viderunt?

Sed antequam id aggrediamur. placet primo monere Lectorem, incidere Ferchium in muscipulam, quam parauerat Nobis. Siquidem pag. 198. n. 44. (citat) ex nostra 5. disp: physica [q. 14] & tamen tota illa disputatio (tredecim quæstionibus tantum) clauditur, vt est videre in prædicto Tomo, tum Romæ, tum Venetijs impresso. igitur ipse est, qui citat citationes falsas.

Insuper ibidem ait. Nos ad pag. nostram 458. col. 2. ex dependentia essentiali totius à partibus, velle probare distinctionem realem totius à partibus. quod pariter falsissimũ est. quoniam, illa, est vna probatio concl. 3 quæ erat talis. (Dicimus tertio distinctionem realem, quæ versatur inter totum, & partes vnitas, esse positiuam, & mutuam.) quapropter, ob eam rationem solum probare cõtendimus, distinctionem realem versantem inter totum, & partes, esse po-

sitiuam

ſitiuam, non autem eſſe realem. Hoc enim iam propoſitũ fuerat, atque probatum ſupra concluſione 2. quæ erat iſta. (Dicimus ſecundo totum eſſentiale, & partes ſimul vnitę realiter diſtinguuntur.) igitur, (qui prædicat, non falſificandum, falſificat.] At ommitamus iſta ſatis Ferchio familiaria. Veniamus, inquam, ad Lydium lapidem, quò purum ab adulterino dinoſcitur aurum. & primo librum Ariſt: accipiamus. poſtmodum itidem de Scoto facturi.

Quinque textus ergo, ex diuerſis Ariſt: libris, à Nobis citantur, vt ex omnibus [collectim) ſumptis inferatur. Ex Philoſopho noſtrum aſſumptum. (ex materia & forma fieri per ſe vnum; quia materia eſt per ſe potentia, forma per ſe actus.]

Primus eſt lib. 2. de animat. 7. qui ſic habet. [Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis naturalis inſtrumentalis. vnde non oportet quærere, ſi vnum eſt anima, & corpus, ſicut neq; ceram, & figuram, neque omnino vniuſcuiuſque materiã, & id cuius materia, vnum enim, & eſſe cum multiplex dicatur, quod proprie eſt, actus eſt.] Hæc Ariſt:

Ad hunc t. Ferchius dicit. " & quidẽ in 2. de anima t. 7. docet „ Ariſt: materiam, vniuſcuiuſque, & formam eſſe vnum. non „ tamen rationem ſumit ex per ſe potẽtia, & per ſe actu: ſed „ præciſè ex actu. [quia, quod proprie eſt, & vnum eſt actus „ eſt.) nihil tamẽ offenſus ex diuerſitate in ratione] hæc Fer„ chius. Sed quam impropria ſit hæc expoſitio Ferchiana; quare fiat vnum per ſe, non ſumi rationem ab Ariſt: ex potentia, & actu; ſed ſolum ex actu. Ex verbis, & mente Philoſophi, Ducibus doctiſſimis eius interpretibus conſi-

deremus,

Et primo audiatur Doctissimus Fauentinus, Ferchi cliens in hac causa contra Aduocatũ suũ lib. 11. Metaph: disp. cap. 7. pag. 855. col. 2. lin. 16. clarissimè scribens [2. de anima t. 7. ait [scilicet Arist:] nullam aliam esse rationem propterquam ex materia, & forma fiat Vnum per se, (nisi quia Vnum est actus, & aliud potentia.) Non ergo ex præcisa ratione [actus,] ad placitum Ferchianum inquit Arist: in illo t. fieri Vnũ per se, sed [ex actu, & potentia;] ad sensum Fauentini, & nostrum.

Secũdo Appollinaris offredus in expositione illius t. sic inquit. Remouet dubium, quod Antiqui dubitabant, dicens, quod non oportet dubitare, quomodo ex anima, & Corpore fiat Vnum; quia per se notũ est. [ex actu, & potentia fieri Vnũ,] quemadmodum ex figura, & Cera fit Vnum. Sed anima est actus, & Corpus sicut potentia, igitur per se notum est, ex anima & Corpore, fieri Vnum; quare & subdit. quod, cum Vnum, & Ens multipliciter dicantur. illud, quod vere est Ens est actus. Hæc Doctissimus Interpræs.

Pro cuius maiori intelligentia notat. quod non est quærenda Causa, quare ex materia, & forma fiunt Vnum; tum quia, hoc est per se notum, (vt dicitur in textu, cum Vnum sit potentia, & relinquum actus eius. hucusque Offredus. ergo ad sensum Sapientissimi Interpretis habetur, ex hoc t. Arist: rationem Vnius summi, non solum præcisè ex actu, vt Ferchius vult: sed etiam ex potentia.

Huic interpretationi concinnit Petrus Tartar: Subtilissimus Scotista in hunc textum. lib. 2. de anima scribens. subdit, quod non oportet perquirere, (scilicet Arist:) Vtrum anima

anima, & Corpus ſint Vnum, ſicut neque de cera, & figura, nec de actu & potentia, quia actus, & potentia habent ex ſuis naturis vt conſtituant Vnum totum. ex iſto textu elicitur hæc authoritas [Non eſt quærenda cauſa,] ſupple extrinſeca; [quare ex actu, & potentia fit Vnum, niſi quia hoc eſt actus, illud verò potentia.] Hæc Subtiliſſimus Interpres.

Videat, examinet, conſideret Ferchius. An ratio Vnius, ſumatur præcisè in illo t. ex ratione [actus.] An Nos rectè citauerimus hunc t. ad probandam per ſe Vnitatem conſtantis ex materia, & forma. quia illa eſt (potentia,) hæc verò [Actus) quando Iudice Tartaretto [ex hoc t. 7. hæc authoritas eliciatur]

Totum hoc confirmat mirabiliter Ioannes de Ianduno, Ariſtot. & Auerois fideliſſimus immitator, qui ſuper hunc textum, mouens hanc quæſtionem. (Vtrum ex anima, & Corpore fiat Vnum per ſe.) ſcribit. Ad quæſtionem dicendum videtur, quod ex anima, & corpore fit ens Vn um & per ſe; cuius cauſa eſt; quia ex actu, & eo cuius eſt actus fit ens Vnum, ſed anima eſt actus corporis, vt probatum eſt ergo, &c. maior recipitur pro manifeſta, & per ſe nota; nec opportet huius aliquam cauſam intrinſecam quærere principalem; ſed ſolum ex hoc, quod Vnum eſt actus. & alterum eſt ens in potentia, fit ex eis vnum; tamen Ariſt: ſi benè conſideretur, videtur hoc confirmare. hæc Iandanus ergo ſi benè Ferchius conſideraſſet t. Ariſt: cit: vt monet Interpres eruditiſſimus; aduertiſſet, non ex præciſa ratione [actus,] ſumere Ariſt: Vnitatem per ſe Vnius (niſi vt ratio per ſe actus magis conſpicua eſt, vt res ſint per ſe vnum; quemadmodum ſuper hunc t. exponit Piccolom: ex Scoto

infra.

distinguitur, & sicut materia determinatur, quia est potétialis per formas; sic genus habet rationem materiæ, & determinatur per differentias quæ habent rationem formæ.

Fauentinus igitur in hoc cap. in quo agitur ex professo [de vno per se) quale est compositum nostrum substantiale, realiter distinctum à partibus inuenit ad propositum in exéplo adducto ab Arist: illos terminos. [genus, & differentiam, materiam, & formam, actum, & potentiam,) quæ faciunt Vnum per se. & Ferchius occulatior Fauentino, quem hoc loco defendendũ suscipit, audet scribere " se nihil inuenisse ad propositum? Eat; & primum Aduocatus ipse, concordet cum Cliente. at conferamus tertiam Citationem.

Ea est t. 4. lib. 6. Metaph: Iste t. 4. dat initium cap. p. summę secundæ illius lib. 6 cuius cap. titulus est. (Dari ens per accidens, quidque illud sit;] & adducitur à Scoto 2. d. 3. q. 4. in argumento ad oppositum. De hoc t. Ferchius sic
„ scribit. " Examino tertiam Citationem è 6. Metaph: t.
„ 4. & collatam cum libro Arist: falsam deprehendo. Iam-
„ que tertia citatione perturbari cæpi. Tertiò scilicet deceptus.

Verum quam falsò id scribat, legantur omnes expositores præcitati super hunc textum, & videbitur, quod illi affirmant cum Scoto loc: cit. Philosophum in vltima parte tex. assignare differentiã inter ens per accidens, & ens per se. [quoniam huius est generatio; illius sunt generationes,] inquit, Alensis, quapropter magis debet dici (entia,) quam (Vnum Ens,) quia nullam Vnam Naturam dicit. Cum ergo Philosophus ibi declaret, ens per accidens, vt distingui

tur

tur ab ente per se. Nec citatio illa falsa erit; nec omnino extra propositum, quando compositum substantiale sit ens per se vnum, & ad illud, sit vna generatio tantum, quæ virtute agentis naturalis, educendo actū ex potentia, fit. Preterquam quod t.4. in eum finem fuit à nobis citatus vt vnà cum alijs textibus coniunctim citatis, magis corroboraretur nostrum assumptum de Ente Vno per se, coalescēte ex materia & forma, quod præstat egregiè, dum differentiam entis per accidens ab ente per se declarat. At pergamus ad 4. citationem.

Quartus textus fuit 42. lib. 7. Metaph: (Nunc autem primo dicamus quatenus in Analiticis de diffinitione non est dictum.) qui tex. est initium cap. 14. prætitulati, [quo pacto ex diffinitionis partibus Vnum fiat.]

Hic est ille singularis t. quo Scotus fatetur. Se edidisse textualem expositionem in Metaph: 4. d. 11. qu. 3. C. C: §. (ad confirmationem.]

De hoc t. Ferchius scribit. " Expendo quartam ex 7. Metaphis: t. 42. atque exerto libro Philosophi " nihil reperi. " hæc ille.

Opus erat mi Ferchi, vt post exertum librum, ipsum etiam legeres, considerares. ad quid librnm exerere, & lecturam eius negligere? Non sic fecit Subtilissimus Præceptor noster Scotus in 4 loc: præcitato; qui postquam reiecit opinionem S. Thomæ super hunc textum. habet hæc verba. [Est ergo intentio Philosoqhi, quod illud quod importatur per genus est nihil nisi pontentiale respectu specierum. & eodem modo illud, quod sequitur, quod finalis differentia erit terminus, & diffinitio nullo modo potest intelligi, quod

quod tota ratio quidditatiua sit in vltima differentia, tunc enim omninò genus semper flueret in diffinitione, quia sola vltima differentia totam essentiam rei exprimeret, sed debet intelligi, quod completiuè est tota substantia rei, sicuti a forma vltima, est completiuè tota essentia habentis formam. Eodem modo assignat ipse hic vnitatem diffinitionis, quomodo dixit se præmisisse in Analatycis, & quomodo in 8. Metaph: cap. pen. assignat Vnitatem rei; quia sicut ibi dicit, quod ex duobus constituitur compositum reale, quia hoc actus, potentia illud. ita hic dicit, quod ex duobus conceptibus componitur. Vnus cõceptus quidditatiuus, seu diffinitiuus, quia iste conceptus est potentialis, ille actualis. & sicut ibi actus est principalior, quam potentia; & per consequens principalior ratio vnitatis, sicut, & entitatis, ita & hic, quia conceptus vltimæ differentiæ, est conceptus actualior, & principalior ratio vnitatis diffinitionis.) hæc Scotus.

Ex quibus verbis, elicio primo, quam Tu falsò asseras. " expendo 4. cit: atque ex certo libro nihil reperi " quando Scotus reperit Vnitatem per se diffinitionis, pendere ex genere tanquam à potentia, & ex differentia tanquam ab actu. quod est prorsus nostrum intentum cum illum textum citauimus.

Elicio secundo, citationem nostram quintam ex 8. Metaph: t. 15. esse verissimam idque continere, quod probare intendimus. De qua citat: Tumet inquit, " Aspicio quintam cit: & eam à Doctore Subtili factam reminiscens, conferre nolui. "

At obseruet hoc loco, Doctus Lector, Ferchianum æstum. Vi-

dens nimirum, hanc clarissimam citationem, vllis nugarum suarum nubeculis obumbrari posse. Scribit. " Tantum obseruaui, aliud esse in textu Arist: aliud in declaratio„ ne Scoti. Arist: namque posuit actum, & potentiam, non „ apposuit (per se) ad actum, & potentiam. Scotus autem de„ clarando adiecit, vt in composito per se vno intelligantur „ [per se] actus, & [per se] potentia. Non est autem iustum, vt „ Scoti declaratio, tanquam tex: Arist: citetur, cum sæpe ma„ xima sit in declarationibus diuersitas, in textu Vnitas. " hæc Ferchius qui per rimulas omnia scrutatur, vt Virulentum animum suum in Scotum, & in Nos ostendat.

Sed astutè nimis tacuit locum, vbi in Scoto obseruauerit adiectam particulam (per se) actui, & potentiæ. Cur Ferchi, non exeris textum Scoticum, vbi potentiæ, & actui adijcitur particula [per se?] Adest mysterium, erudite Lector, edisseram ego. Obseruauerat Ferchius, Scotum in lib. 8. Metaph: q 4. in p. sent. d. 26. q. v. N. §. ad (argumentum igitur) in 4. d. 11. q. 3. C. C. §. ad (confirmationem,] & in 2. d. 12. q. p. D. §. (sed quæro.) mentionem vtique fecisse huius tex. 15. libri 8. Metaphis.

Sed nunquam actui, & potentiæ adiecisse particulam [per se] Audiatur hic vltimus, & alter Metaphysicæ locus. (Sed quero (de partibus compositi, vnde habeant, quod istæ dant esse per se Vnum, & aliæ non. Respondeo Philosophus 8. Metaph: t. 15. & 16. quærit quare aliquid est vnũ. & dicit, quod simplex est vnũ. quia statim est id quod est. Sed in compositis, est dare aliquam rationem, & nesciuit Philosophus aliam dare, nisi quia hoc est actus, & illud potentia.) hæc Scotus. Sic in Metaphys: loc: cit: scribit.

Si

(Si ergo quęritur quare ex materia, & forma est vnum per se. Respondeo secundum Philosophum in litera, quia hoc est actus, illud potentia.)

Solum in q. quol. 9 B. legerat Ferchius, Scotum scribentem.

(secunda ratio ad propositum est hæc. Quidquid potest esse forma substantialis, hoc sibi competit immediatè per essentiam suam, scilicet posse dare actum simpliciter ipsi materiæ; quia 8. Metaph: t.15. pattet quod non est alia ratio, quare hoc possit facere per se Vnum cum materia, nisi quia hoc est per se actus, & illud per se potentia. & huius non est ratio aliqua vlterior, nisi propria ratio huius, & illius] hæc Scot. Sic pariter in 3. d 2. q. 2. sub F. legerat scribentem. [quare tales causæ causent, & constituant entitatem tertiam aliam à se, quæ sit per se vna; & alię nõ constituant. Non est ratio, nisi quia istæ entitates causarum, sunt tales, & aliæ sunt alterius rationis, quod Philosophus innuit 8. Metaph: t. 15. vbi respondens ad q. de Vnitate compositi, quomodo fiat Vnum per se ex materia & forma, assignat pro causa; quia hoc est per se actus, & illud per se potentia.) hæc Scotus.

Cum ergo vidisset Scotum, (quatuor) vicibus tex. Arist: declarauisse, absque additione particulæ (per se, & bis) solum eam adijcisse; vt Nos, & Scotum calumniaretur, quasi solum in ijs locis Scotus illius textus meminisset, particulamq; [per se] adiecisset semper, illa duo loca Scoti non fuit ausus citare, contra quatuor loca, vt eo magis Lectorem decipere posset.

Nihilhominus, rationabiliter Scotus egit, dum particulam [per se] adiecit actui, & potentiæ, vbi sermo erat de

composito substantiali. quemadmodum ita consequenter locutus fuerat in eo loco secundi sent: d. 12. cit: quãdo prę- fatis verbis addit. (ità quod hoc est potentia essentialiter receptiua secundum totum genus suum, & illud actus es- sentialiter perficiẽs aliud, & ideo ex his fit vnum per se &c. non sic est de subiecto, & accidente, quia enim tam mate- ria, quam forma sunt causæ intrinsecæ entis compositi, ideo faciunt per se vnum. albedo vero, & homo, non sunt causæ intrinsecæ, quia homo in vltima actualitate sua po- test esse sine albedine, & ideo nec per se habet potentialita- tem ad albedinem, & ideo tantum facit Vnum per acci- dens) hæc Scotus. Vbi illa verba (essentialiter po- tentia & essentialiter actus) æquipollent particulæ [per se] quam adijciendam indicauit Scotus.

Rationabiliter item egimus Nos sic scribendo. (ex materia, & forma fieri per se Vnum, quia materia est per se potentia & forma per se actus; [vt ex professo docuit Arist. loc: cit: Tum quia, hoc modo vniformiter locuti sumus, quemad- modum Scotus Magister noster scripsit. Tum quia imita- ti sumus doctissimum Patrem Fauentinum recolendæ me- moriæ Virum, Scotistam exercitatissimum, & Scoti aman- tissimum, qui in hoc theor: 21 de toto & partibus cap p. pag. mihi 102. col. 2. ita scribit. (sic si quæras vnde est, quod tales causæ causent, & constituant entitatem tertiam aliam à se quæ sit per se Vna, & aliæ causæ non, vt homo albus, non est assignanda alia ratio, nisi quia istę entitates illarum causarum sunt tales, & aliæ alterius rationis, quod innuit Philosophus 8. Metaph: t. c. 15. vbi respondens ad q. de Vnitate cõpositi quomodo fiat vnum per se, ex materia

&

& forma, assignat pro Causa; quia hoc est per se actus, hoc vero per se est potentia: & sicuti hoc est per se actus; illud vero per se potentia, ità hoc Totum est Vnum per se. hæc Fauentinus tanquam bonus Discipulus ex Scoto Magistro loco præallegato 3. d. 2. q: 2. transcribens de verbo ad verbum.

Blateret ergo Ferchius " Non est autem iustum, vt Scoti de-
,, claratio tanquam t. Arist: citetur, cùm sæpe maxima sit in
,, declarationibus diuersitas in textu Vnitas. " sicque defendendum P. Fauentinum, & nos itidem scribentes, simul damnet.

Et hæc satis, quo ad illos quinque textus Arist: à nobis citatos; seu verius ad quinque Ferchij imposturas coaceruatas. Cõuolemus iam ad loca Scoti citata, eaque conferamus cum libro Scoti.

Primus locus cit: disp. 5. phys: q. 13. a. p. Concl: 3. ad ostendẽdam in Scoto dependentiam essentialem totius essentialis à partibus suis est 3. d. 2 q. 2. sub F. vbi inquit [Totum nõ solum præexigere, sed etiam coexigere partes sub vnione.) ita Nos.

Respondet Ferchius pro P. Fauentino, quod Scotus scribit "
,, (potest hic esse quod tota entitas totius sit absoluta, licet
,, necessario præexigat, vel coexigat Vnionem partium ab-
,, solutarum. ") In qua quidem authoritate, ait Ferchius
,, " Scotus non ponit dependentiam essentialem in toto ad
,, partes, quam dependentiam sibi ostendi desiderabat Fauẽ-
,, tinus. in Creaturis, & in Deo voluntas præexigit, vel coe-
,, xigit intellectum, nec tamen dependet essentialiter ab in-
,, tellectu. Hucusque Ferchius.

Sed

Sed, nec citatio textus Scotici est fidelis, nec ratio ab ipso adducta est vllius vigoris, & momenti. Etenim voluntas præexigit quidem, vel coexigit intellectum, non tamen tanquam eius per se causam; sed est ordo inter ea, prioris, & posterioris plurium effectuum ab eadem causa pendentium. Cæterum, totum præexigit, aut coexigit partes, vt suas causas intrinsecas. Vniuersaliter autem, omnis per se effectus dependet essentialiter à sua per se causa; & ideo talis præexigentia, vel coexigentia partium à Toto, optimè infert dependentiam essentialem Totius à partibus. Vnde paritas Ferchiana assumpta de intellectu, & voluntate non est ad rem.

Nec etiam text: Scoticus integrè, & fideliter citatur. Ommititur namque particula, in qua exprimitur (dependentia.] quæ particula præcedit immediatè verba à Ferchio citata hoc modo. (Nec est inconueniens aliquod absolutum dependere, vel præexigere, vel saltem coexigere aliquo modo aliquem respectum.] (loquitur enim de vnione partium, siue partibus sub Vnione) (Vniuersaliter enī absolutum causatum, à pluribus causis, necessario præexigit Vnionem, & approximationem illarum Causarum in causando. & ita potest hìc esse, quod tota entitas totius, sit absoluta licet necessario præexigat, vel coexigat Vnionē partium absolutarum.) hæc Scot:

Infideliter ergo, & vafrè nimis, Ferchius tacuit nomina (causalitatis,] & [dependentiæ.] Si ergo compositum secundum Scotum, dependet ab Vnione partium, vt à præuia conditione, tanto magis dependebit à partibus suis, quæ sunt eius causæ intrinsecæ, & sine quibus omnino esse

non

non poteſt, etiam per abſolutam Dei Potentiam; in quo conſiſtit dependentia eſſentialis totius à partibus.

Secundus locus Scoti à nobis cit: eſt in 3. d. 22. q. p. §. [quãtum igitur.) Vbi, ait, Entia materialia compoſita habere cauſalitatem intriſecam per cauſas inexiſtentes materiam ſcilicet & formam; quas ſtatim, ait, realiter eſſe diſtinctas à tali compoſito. Nec dici poteſt, quod loquatur de partib⁹ Vnitis tantum, & non tranſactis, quia loquitur de partib⁹, vt actu inexiſtunt in compoſito. Ita Nos.

Occurrit Ferchius pro P. Fauentino, & inquit. " Sed aliud ,, poſtulat Fauentinus, aliud Vos reſpondetis. (ſcilicet pro ,, Allijs Cæpas.) Poſtulat ille dependentiam eſſentialem ,, oſtendi. Scotus loc: cit: per Vos, non habet vel vocabulum ,, dependentiæ eſſentialis. Nec Scotus ibi docet cauſas in- ,, trinſecas eſſe realiter diſtinctas à compoſito. Sed diſtinc- ,, tas, ait, inter ſe. quoniam loquitur de ſubſtantia non com- ,, poſita ex cauſa materiali, & formali realiter diſtinctis ex ,, conſtructione gramaticali inter ſe, non autem à compoſi- ,, to. quia comparat eas ad non compoſitum. Neque tertio ,, loquitur Scotus de partibus inexiſtentibus, & tranſactis; ,, immo loquitur de Angelis, qui ſecundum communiorem ,, doctrinam, non ſunt compoſiti ex cauſa materiali, & for- ,, mali. Si autem non ſunt compoſiti; liquidò conſtat partes ,, eſſentiales in ipſis non eſſe tranſactas. " hæc Ferchius.

At planè potius ipſe Ferchius dat [pro Allijs Cæpas.) quod Scotus ibi loquitur de partibus inexiſtentibus, pattentiſſime pattet ex illis verbis, [quia aliqua entia habent cauſalitatem intrinſecam per cauſas inexiſtentes, materiam, ſcilicet, & formam, vt entia naturalia compoſita.) Vnde

licet

licet Entia simplicia, quemadmodum Angeli, tales partes inexistentes non habeant, habent tamen illas entia materialia composita, de quibus præsertim ibi sermonem habet, vt probet materiam quoque esse partem quidditatis eorum.

Accedit, quod innuit etiam expresse dependentiam eorum à talibus causis intrinsecis; dum inquit [huiusmodi entia habere causalitatem intrinsecam per causas inexistentes, scilicet materiam, & formam,] quandoquidem talis causalitas sit ipsa dependentia essentialis eorum à talibus causis intrinsecis. Causalitas enim ex parte effectus, non importat formalissimè nisi dependentiam eius à Causa. sed quia hanc compositi dependentiam à partibus, expressit Doctor, nomine [passiuę Causalitatis;] & non ipso nomine (dependentię;] negat Ferchius ibi doceri dependentiam essentialem compositi à partibus intrinsecis. Concedo, ibi non haberi vocabulum (dependentiæ) Habetur tamen omnino equiualens, scilicet Causalitas intrinseca compositi à suis partibus inexistentibus. quam Ferchius, velit nolit, numquam explicare poterit, nisi per dependentiam essentialem ab illis.

Demum quando diximus Doctorem loc: cit: statim addere tales partes inexistentes esse realiter à composito distinctas. hoc planè non debet referri ad verba immediatè sequentia, cum ait [& aliqua entia habent simplicem entitatem, non causatam causalitate intrinseca ex diuersis causis materiali, & formali, realiter distinctis.] sed debet referri, ad ea quæ paulò inferius habet sub L. § (modo ad propositum.) Vbi docet totum habere Vnitatem quandam, &

& entitatem aliam à partibus, etiam Vnitis, & inexistentibus. Ferchius autem, vellet nos collegisse talem realem distinctionem ex alio Paragrapho Superiore, eà mente, vt Nos apud Lectorem, grammaticæ ignaros traduceret.

Tertius tandem loc: Scoti à nobis cit: pro dependentia essentiali Totius à partibus, est in 4 d. 12 q. p. E. Vbi docet, cóposita essentialiter dependere à causis intrinsecis quamdiù existunt, & à nulla extrinseca sic dependere, nisi à prima. Hæc Nos.

„ At Fauentinus reclamaret, scribit Ferchius; quoniam aliud
„ promittitis, aliud datis. Scotus sic scribit. (si igitur) (ac-
„ cidens absolutum) [requirit subiectum, oportet, quod
„ hoc sit propter aliquam dependentiam essentialem ad ipsũ,
„ sed nulla est dependentia simpliciter necessaria alicuius
„ absoluti ad aliquid, quod non est de essentia eius, sed tan-
„ tum est causa extrinseca: nisi ad causam extrinsecam sim-
„ pliciter primam, scilicet ad Deum.] Tunc diceret doctis-
„ simus Pater, inquit Ferchius. accidens absolutum, non de-
„ pendet essentialiter ad illud, quod non est de essentia; có-
„ cedo hanc negatiuam. Sed si vultis inferre ergo dependet
„ essentialiter ad illud, quod est de essentia, nego hanc affir-
„ matiuam. si quidem in bona logica; (ex negatiua non con-
„ cluditur affirmatiua.) Exemplum. Nullum viuens depen-
„ det essentialiter ad animal, quod non est rationale, ergo
„ dependet essentialiter ad animal, quod est rationale. non
„ valet consequentia. Ratio autem, propter quam non est de-
„ pendentia essentialis inter rem, & illud, quod est de essen-
„ tia est indentitas realis ipsius rei includentis ad illa, quæ
„ sunt de essentia. "

 Verum

Verum Nos, non intendimus sic arguere, ita vt, ex illa negatiua sequatur illa affirmatiua, quemadmodum Ferchius gratis format argumentum. sed nostra intentio est, ex illo loco Scoti cit: ostẽdere Scotum, ibi docere, quod cõpositũ dependet essẽtialiter à suis causis intrinsecis. & hoc dicimus manifestè deduci, ex ipsomet Scoti discursu, quo ibi probare intendit inhærentiam actualem, non esse de essentia accidentis absoluti. Hoc enim probat; quia accidens absolutum, non dependet essentialiter ad suum subiectum. quod sic ostendit. Nulla est dependentia simpliciter necessaria alicuius subiecti, ad aliquod, quod non est de essentia eius: sed tantum est ei causa extrinseca, nisi ad causam extrinsecam simpliciter primam, scilicet ad Deum. Subiectum autem, non est de essentia accidentis, quia tunc homo albus, nõ esset ens per accidens; quod est contra Philosophũ 5. Metaph: cap. de Ente. nec subiectum est causa extrinseca simpliciter prima, sed Deus præcisè, ergo dependentia accidentis absoluti, ad subiectum, non est simpliciter necessaria. Hæc est ratio Scoti in terminis. in Cuius maiori, dependentiam essentialem Vnius absoluti ab alio absoluto realiter distincto, ex duplici cap: ait prouenire posse. Aut, quia Vnum est de essentia alterius, vt Causa intrinseca eius. Aut, quia ad illud comparatur, vt Causa simpliciter prima.

Et quod, ex hoc duplici cap. velit Scotus intendere, posse dependentiam essentialem vnius ab alio desumi; colligitur ex minori, quam illi propositioni maiori subnectit, quę est. (Subiectũ autem, non est de essentia accidentis; nec subiectum est causa simpliciter prima eius.) Per primam partem huius

huius minoris, excludit primum caput dependentiæ essentialis. & per secundã partem, excludit aliud caput. quapropter, si primum caput non esset sufficiens ad inferendam essentialem dependentiam vnius absoluti ab alio, frustra Scotus in minori, primam illam partem posuisset, quod (subiectum) non est de essentia accidentis ad illud excludendum. quia si subiectum esset de essentia accidentis, adhuc non dependeret per Ferchium essentialiter ab eo; quia nihil dependet essentialiter ab alio, quod est de eius essentia.

Colligitur hoc idem ex instantia Scotica, quam immediatè subdit, ad probandam esssentialem dependentiam accidentis à subiecto, his verbis. [Si dicas subiectum, esse causam materialem respectu accidentis, & Deus non potest supplere vicem causæ materialis sicut nec formalis.] Talem instantiam excludit per reprobationem assumpti. [quia 8. Metaph: t. 12. accidentia non habent materiam ex qua, sed in qua.) in hac instantia, planè supponit, causatum dependere essentialiter à suis causis intrinsecis materiali, & formali. quod si ita non esset, non opportebat negare accidentia habere materiam ex qua. nam poterat dicere transeat hoc; quia si subiectum esset causa materialis intrinseca accidentis, ac de essentia eius, non adhuc sequitur quod dependet essentialiter ab eo. quandoquidem, nihil dependet ab eo, quod est de essentia eius. Tamen quia id concedit; ideo absolutè negat subiectum esse causam materialem intrinsecam accidentis.

Ratio autem à Ferchio adducta, propter quã ait " non esse dependentiam essentialem inter rem, & illud, quod est de essentia. " iamdudum soluta fuit disp: illa 5 phys q. 13 a. p.

ad 8, arg. quod eam rationem continet. quam solutionem Ferchius vidisset, si adeò non præproperè librum nostrum clausisset, vti ait ibi fecisse. " his ita perpensis clausi ve- strum librum dicens; si quid boni est ex Arist: vel Scoto in hoc Libro; illud in Arist: vel Scoto legam. "

Opus erat, totam illam quæstionem patienter legere, & non claudere Librum, si quæ ibi diximus de distinctione totius à partibus, maturo iudicio volebat perpēdere: sed quemadmodum nimis citò clausit, ità parum accuratè perpendit. & huc recidunt imposturę Ferchianę, dum alterius patrocinium suscipit, non nisi falsitatibus, & mendacijs, nixus.

Quintadecima Querela Ferchij.

Quod asseramus Arist: Philosophicè, & non populariter tuitum fuisse æternitatem Mundi.

SCripsimus in lib. de Gen: & Corrupt: disp. 5. q. 7 a. 2. n. 168. Nec dicat Ferchius, ex Hyppothesi, asserere Animarum Circulationem, supposita nimirum ęternitate Mundi, quam absolutè negat in Arist: sententia, & quà negata pœnitus labascit argumentum.

Queritur Ferchius pag. 427. " Non possum Vobis obtemperare, quoniam Vestig: 6. n. 136. dixi resolutè ab Arist: non phi- ,, losophicè) negatam Mundi æternitatem, sed (populariter ,, ad ostentationē) esse affirmatam. Arist: enim pag. 345. po- ,, pulariter (ad iram legum præcauendam) posuit Cœlum, ,, ac Mundum æternum. [philosophicè] vero oppositum

susti-

„ sustinuit, quorum opposita si Arist: dixisset [pag.48.]
„ Morti adiudicatus, ira Populi volentis, quod Mundus, &
„ Cœli sint Dij immortales. "

Quintadecima Expurgatio Mastrij.

QVAM inanis sit hæc Tua distinctio de Asserta (populariter,) vel (philosophicè) æternitate Mundi ab Arist: supra quam, totam fabricam construis Tuæ Circulationis animarum, quamuis in p. disp. de Cœlo q. 5. à nobis sufficientissimè fuerit ostensum.

Cui nunc addo irrefragabile testimonium pro nostra parte D. Ambrosij lib. p. Exameron cap. p. & rationem efficacissimam quam P. Pennotus lib. 8. propugnaculi Humanæ libertatis cap. 5. n. 3. cum scribit. (Neque dici potest, Arist: declinandæ Inuidiæ causa popullarium, & vulgarium, propriam sententiam occultare voluisse, & aliter docuisse, quã sentiret. quia hac responsione admissa, iam nullibi de mente illius vera nobis posset constare.]

Placet adhuc elimatius, à tua querella excitatus, eam testimonio pariter D. Augustini funditus euertere, vt appareat, tantomagis labile fundamentum Tuæ Chimericę circulationis.

An ergo Arist: ad præcauendam iram legum, [populariter ad ostentationem] docuerit æternitatem Mundi. audiatur D. August: lib. 18. de Ciu: Dei cap. 41. Vbi libertatem illã philosophandi (quam Tacitus hist: lib. p. suis etiam temporibus, elogio celebrem illis verbis facit. (rara tempo-

rum fælicitate, vbi sentire, quæ velis, & quæ sentias dicere licet.] sic describit.

Non ne apud Athenas, & Epicurei claruerunt, asserentes res humanas ad Deorum curam non pertinere? & Stoici, qui contrarium sentientes, eas regi, atque muniri Dijs adiutoribus, atque tutoribus disputabant? Vnde miror, cur Anaxagoras, reus factus sit, quia Solem dixit esse lapidem ardẽtem, negans vtique Deum, cum in eadem Ciuitate gloria non caruerit, floruerit Epicurus, vixeritque securus, non solum, Solem, vel vllum syderum Deum esse non credens: sed nec Iouem, nec vllum Deorum omnino in Mundo habitare contendens, ad quem preces hominum, supplicationesque perueniant. Non ne ibi Aristippus in voluptate corporis, summum bonum ponens; ibi Antisthenes Virtute animi potius hominem fieri beatum asseuerans? Duo Philosophi nobiles, & ambo Socratici, in tam diuersis, atq; inter se contrarijs finibus, Vitæ summam locantes, quorũ & ille fugiendam, iste administrandam sapienti dicebat esse Rempub: & ad suam quisque sectam sectandam, discipulos congregabat; nempè palam in conspicua, & notissima porticu, in Gymnasiijs, in hortulis, in locis publicis, ac priuatis cateruatim, pro sua quisque opinione certabat. Alij asserentes vnum. Alij innumerabiles mundos. Ipse aũt Vnum. Alij ortum. Alij vero initium non habere; Alij interiturum. Alij semper futurum. Alij mente diuina. Alij fortuito, & casu agi. Alij immortales esse animas. Alij mortales. & qui immortales. Alij reuolui in bestias. Alij nequaquã. qui vero mortales. Alij mox interire post Corpus. Alij viuere etiam postea, vel paululum, vel diutius, non tamen sem-

semper. Alij constituentes in corpore finem boni. Alij in animo. Alij in vtroque. Alij extrinsecus posita etiam bona, ad animam, & corpus addentes. Alij sensibus corporis semper: alij non semper. Alij putantes, nunquam esse credendum. Has & alias penè innumerabiles dissensiones Philosophorum, quis Vnquam Populus, quis Senatus, quæ potestas, vel dignitas publica, impiæ Ciuitatis diudicandas, & alias probandas, ac recipiendas, alias improbandas, repudiendasque curauit, ac non passim, sine vllo iudicio, confuseque habuit in gremio suo tot controuersias hominum dissidentium, non de agris, & domibus, vel quancumque pecuniaria ratione, sed de his rebus, quibus aut miserè viuitur, aut beatè; vbi & si aliqua vera dicebantur, eadem licentia dicebantur, & falsa prorsus, vt non frustra talis Ciuitas, mysticum vocabulum Babilonis acceperit. hæc doctissime, & elegantissimè D. Augustinus. cuius vnico suffragio omni exceptione maiore, manifestè euincitur, Arist: (Philosophicè, & exprofesso,) æternitatem Mundi docuisse in Peripato. quod etiam defendit D. Thom: 12. Metaph: lect: V. versus finem. Nec Arist: ne aliter sentiret, ac doceret, timere debuisse, quando pari licentia, vera, & falsa Athenis docerentur, atque nunquam populus, Senatus, potestas, aut dignitas publica illius impię Ciuitatis diudicauerit, an probanda, vel improbanda, an recipienda, vel repudianda.

Qua de re Illustrissimus Contarenus quæst: Peripateticarum Tom: p. de productione Vniuersi à Deo cap. p. pag. 251. veraciter exarauit, (quemadmodū,) inquiens, (apud Sacros Theologos, irrefragabili diuinæ reuelationis testimonio, sub-

Sed, nec citatio textus Scotici est fidelis, nec ratio ab ipso adducta est vllius vigoris, & momenti. Etenim voluntas præexigit quidem, vel coexigit intellectum, non tamen tanquam eius per se causam; sed est ordo inter ea, prioris, & posterioris plurium effectuum ab eadem causa pendentium. Cæterum, totum præexigit, aut coexigit partes, vt suas causas intrinsecas. Vniuersaliter autem, omnis per se effectus dependet essentialiter à sua per se causa; & ideo talis præexigentia, vel coexigentia partium à Toto, optimè infert dependentiam essentialem Totius à partibus. Vnde paritas Ferchiana assumpta de intellectu, & voluntate non est ad rem.

Nec etiam text: Scoticus integrè, & fideliter citatur. Ommititur namque particula, in qua exprimitur (dependentia.] quæ particula præcedit immediatè verba à Ferchio citata hoc modo. (Nec est inconueniens aliquod absolutum dependere, vel præexigere, vel saltem coexigere aliquo modo aliquem respectum.] (loquitur enim de vnione partium, siue partibus sub Vnione) (Vniuersaliter enĩ absolutum causatum, à pluribus causis, necessario præexigit Vnionem, & approximationem illarum Causarum in causando. & ita potest hìc esse, quod tota entitas totius, sit absoluta licet necessario præexigat, vel coexigat Vnionẽ partium absolutarum.) hæc Scot:

Infideliter ergo, & vafrè nimis, Ferchius tacuit nomina (causalitatis,] & [dependentiæ.] Si ergo compositum secundum Scotum, dependet ab Vnione partium, vt à præuia conditione, tanto magis dependebit à partibus suis, quæ sunt eius causæ intrinsecæ, & sine quibus omnino esse

non

non potest, etiam per absolutam Dei Potentiam; in quo consistit dependentia essentialis totius à partibus.

Secundus locus Scoti à nobis çit: est in 3. d. 22. q. p. §. [quā- tum igitur.) Vbi, ait, Entia materialia composita habere causalitatem intrisecam per causas inexistentes materiam scilicet & formam; quas statim, ait, realiter esse distinctas à tali composito. Nec dici potest, quod loquatur de partib⁹ Vnitis tantum, & non transactis, quia loquitur de partib⁹, vt actu inexistunt in composito. Ita Nos.

Occurrit Ferchius pro P. Fauentino, & inquit. " Sed aliud ,, postulat Fauentinus, aliud Vos respondetis. (scilicet pro ,, Alijs Cæpas.) Postulat ille dependentiam essentialem ,, ostendi. Scotus loc: cit: per Vos, non habet vel vocabulum ,, dependentiæ essentialis. Nec Scotus ibi docet causas in- ,, trinsecas esse realiter distinctas à composito. Sed distinc- ,, tas, ait, inter se. quoniam loquitur de substantia non com- ,, posita ex causa materiali, & formali realiter distinctis ex ,, constructione gramaticali inter se, non autem à composi- ,, to. quia comparat eas ad non compositum. Neque tertio ,, loquitur Scotus de partibus inexistentibus, & transactis ; ,, immo loquitur de Angelis, qui secundum communiorem ,, doctrinam, non sunt compositi ex causa materiali, & for- ,, mali. Si autem non sunt compositi; liquidò constat partes ,, essentiales in ipsis non esse transactas. " hæc Ferchius.

At planè potius ipse Ferchius dat [pro Allijs Cæpas.) quod Scotus ibi loquitur de partibus inexistentibus, pattentissime pattet ex illis verbis, [quia aliqua entia habent causalitatem intrinsecam per causas inexistentes, materiam, scilicet, & formam, vt entia naturalia composita.) Vnde

licet

licet Entia simplicia, quemadmodum Angeli, tales partes inexistentes non habeant, habent tamen illas entia materialia composita, de quibus præsertim ibi sermonem habet, vt probet materiam quoque esse partem quidditatis eorum.

Accedit, quod innuit etiam expressè dependentiam eorum à talibus causis intrinsecis; dum inquit [huiusmodi entia habere causalitatem intrinsecam per causas inexistentes, scilicet materiam, & formam,] quandoquidem talis causalitas sit ipsa dependentia essentialis eorum à talibus causis intrinsecis. Causalitas enim ex parte effectus, non importat formalissimè nisi dependentiam eius à Causa. sed, quia hanc compositi dependentiam à partibus, expressit Doctor, nomine [passiuę Causalitatis,] & non ipso nomine (dependentię;] negat Ferchius ibi doceri dependentiam essentialem compositi à partibus intrinsecis. Concedo, ibi non haberi vocabulum (dependentiæ) Habetur tamen omnino equiualens, scilicet Causalitas intrinseca compositi à suis partibus inexistentibus. quam Ferchius, velit nolit, numquam explicare poterit, nisi per dependentiam essentialem ab illis.

Demum quando diximus Doctorem loc: cit: statim addere tales partes inexistentes esse realiter à composito distinctas. hoc planè non debet referri ad verba immediatè sequentia, cum ait [& aliqua entia habent simplicem entitatem, non causatam causalitate intrinseca ex diuersis causis materiali, & formali, realiter distinctis.] sed debet referri, ad ea quæ paulò inferius habet sub L. § (modo ad propositum.). Vbi docet Totum habere Vnitatem quandam,

&

& entitatem aliam à partibus, etiam Vnitis, & inexistentibus. Ferchius autem, vellet nos collegisse talem realem distinctionem ex alio Paragrapho Superiore, eà mente, vt Nos apud lectorem, grammaticæ ignaros traduceret.

Tertius tandem loc: Scoti à nobis cit: pro dependentia essentiali Totius à partibus, est in 4 d. 12 q. p. E. Vbi docet, cōposita essentialiter dependere à causis intrinsecis quamdiù existunt, & à nulla extrinseca sic dependere, nisi à prima. Hæc Nos.

„ At Fauentinus reclamaret, scribit Ferchius; quoniam aliud „ promittitis, aliud datis. Scotus sic scribit. (si igitur) (ac„ cidens absolutum) [requirit subiectum, oportet, quod „ hoc sit propter aliquam dependentiam essentialem ad ipsū, „ sed nulla est dependentia simpliciter necessaria alicuius „ absoluti ad aliquid, quod non est de essentia eius, sed tan„ tum est causa extrinseca nisi ad causam extrinsecam sim„ pliciter primam, scilicet ad Deum.] Tunc diceret doctis„ simus Pater, inquit Ferchius. Accidens absolutum, non de„ pendet essentialiter ad illud, quod non est de essentia; cō„ cedo hanc negatiuam. Sed si vultis inferre ergo dependet „ essentialiter ad illud, quod est de essentia, nego hanc affir„ matiuam. si quidem in bona logica; (ex negatiua non con„ cluditur affirmatiua.) Exemplum. Nullum viuens depen„ det essentialiter ad animal, quod non est rationale, ergo „ dependet essentialiter ad animal, quod est rationale. non „ valet consequentia. Ratio autem, propter quam non est de„ pendentia essentialis inter rem, & illud, quod est de essen„ tia est indentitas realis ipsius rei includentis ad illa, quæ „ sunt de essentia. „

Verum Nos, non intendimus sic arguere, ita vt, ex illa negatiua sequatur illa affirmatiua, quemadmodum Ferchius gratis format argumentum. sed nostra intentio est, ex illo loco Scoti cit: ostẽdere Scotum, ibi docere, quod cõpositũ dependet essẽtialiter à suis causis intrinsecis. & hoc dicimus manifestè deduci, ex ipsomet Scoti discursu, quo ibi probare intendit inhærentiam actualem, non esse de essentia accidentis absoluti. Hoc enim probat; quia accidens absolutum, non dependet essentialiter ad suum subiectum. quod sic ostendit. Nulla est dependentia simpliciter necessaria alicuius subiecti, ad aliquod quod non est de essentia eius: sed tantum est ei causa extrinseca, nisi ad causam extrinsecam simpliciter primam, scilicet ad Deum. Subiectum autem, non est de essentia accidentis, quia tunc homo albus, nõ esset ens per accidens; quod est contra Philosophũ 5. Metaph; cap. de Ente. nec subiectum est causa extrinseca simpliciter prima, sed Deus præcisè, ergo dependentia accidentis absoluti ad subiectum, non est simpliciter necessaria. Hæc est ratio Scoti in terminis in Cuius maiori, dependentiam essentialem Vnius absoluti ab alio absoluto realiter distincto, ex duplici cap: ait prouenire posse. Aut, quia Vnum est de essentia alterius, vt Causa intrinseca eius. Aut, quia ad illud comparatur, vt Causa simpliciter prima.

Et quod, ex hoc duplici cap. velit Scotus intendere, posse dependentiam essentialem vnius ab alio desumi; colligitur ex minori, quam illi propositioni maiori subnectit, quę est. (Subiectũ autem, non est de essentia accidentis; nec subiectum est causa simpliciter prima eius.) Per primam partem huius

huius minoris, excludit primum caput dependentiæ essentialis.& per secundã partem, excludit aliud caput. quapropter, si primum caput non esset sufficiens ad inferendam essentialem dependentiam vnius absoluti ab alio, frustra Scotus in minori, primam illam partem posuisset, quod (subiectum) non est de essentia accidentis ad illud excludendum. quia si subiectum esset de essentia accidentis, adhuc non dependeret per Ferchium essentialiter ab eo; quia nihil dependet essentialiter ab alio, quod est de eius essentia.

Colligitur hoc idem ex instantia Scotica, quam immediatè subdit; ad probandam essentialem dependentiam accidentis à subiecto, his verbis. [Si dicas subiectum, esse causam materialem respectu accidentis, & Deus non potest supplere vicem causæ materialis sicut nec formalis.] Talem instantiam excludit per reprobationem assumpti. [quia 8. Metaph: t. 12. accidentia non habent materiam ex qua, sed in qua.) in hac instantia, planè supponit, causatum dependere essentialiter à suis causis intrinsecis materiali, & formali. quod si ita non esset, non opportebat negare accidentia habere materiam ex qua. nam poterat dicere transeat hoc; quia si subiectum esset causa materialis intrinseca accidentis, ac de essentia eius, non adhuc sequitur quod dependet essentialiter ab eo. quandoquidem, nihil dependet ab eo, quod est de essentia eius. Tamen quia id concedit; ideo absolutè negat subiectum esse causam materialem intrinsecam accidentis.

Ratio autem à Ferchio adducta, propter quã ait " non esse de-
" pendentiam essentialem inter rem, & illud, quod est de es-
" sentia. " iamdudum soluta fuit disp: illa 5 phys q. 13 a. p.

ad 8. arg. quod eam rationem continet. quam solutionem Ferchius vidisset, si adeò non preproperè librum nostrum clausisset, vti ait ibi fecisse. " his ita perpensis clausi ve- strum librum dicens; si quid boni est ex Arist: vel Scoto in hoc Libro; illud in Arist: vel Scoto legam."

Opus erat, totam illam quæstionem patienter legere, & non claudere Librum, si quæ ibi diximus de distinctione totius à partibus, maturo iudicio volebat perpēdere: sed quemadmodum nimis citò clausit, ità parum accuratè perpendit. & hùc recidunt imposturę Ferchianę, dum alterius patrocinium suscipit, non nisi falsitatibus, & mendacijs, nixus.

Quintadecima Querela Ferchij.

Quod asseramus Arist: Philosophicè, & non populariter tuitum fuisse æternitatem Mundi.

SCripsimus in lib. de Gen: & Corrupt: disp. 5. q. 7 a. 2. n. 168. Nec dicat Ferchius, ex Hyppothesi, asserere Animarum Circulationem, suppolita nimirum ęternitate Mundi, quam absolutè negat in Arist: sententia, & quà negata pœnitus labascit argumentum.

Queritur Ferchius pag. 427. " Non possum Vobis obtempera- ,, re, quoniam Vestig: 6. n. 136. dixi resolutè ab Arist: non phi- ,, losophicè) negatam Mundi æternitatem, sed (populariter ,, ad ostentationē) esse affirmatam. Arist: enim pag. 345. po- ,, pulariter (ad iram legum præcauendam) posuit Cœlum, ,, ac Mundum æternum. [philosophicè] vero oppositum

susti-

„ sustinuit, quorum opposita si Arist: dixisset [pag. 48.]
„ Morti adiudicatus, ira Populi volentis, quod Mundus, &
„ Cœli sint Dij immortales. "

Quintadecima Expurgatio Mastrij.

QVAM inanis sit hæc Tua distinctio de Asserta (populariter,) vel (philosophicè) æternitate Mundi ab Arist: supra quam, totam fabricam construis Tuæ Circulationis animarum, quamuis in p. disp. de Cœlo q. 5. à nobis sufficientissimè fuerit ostensum.

Cui nunc addo irrefragabile testimonium pro nostra parte D. Ambrosij lib. p. Exameron cap. p. & rationem efficacissimam quam P. Pennotus lib. 8. propugnaculi Humanæ libertatis cap. 5. n. 3. cum scribit. (Neque dici potest, Arist: declinandæ Inuidiæ causa popullarium, & vulgarium, propriam sententiam occultare voluisse, & aliter docuisse, quã sentiret. quia hac responsione admissa, iam nullibi de mente illius vera nobis posset constare.]

Placet adhuc elimatius, à tua querella excitatus, eam testimonio pariter D. Augustini funditus euertere, vt appareat, tantomagis labile fundamentum Tuæ Chimericę circulationis.

An ergo Arist: ad præcauendam iram legum, [populariter ad ostentationem] docuerit æternitatem Mundi. audiatur D. August: lib. 18. de Ciu: Dei cap. 41. Vbi libertatem illã philosophandi (quam Tacitus hist: lib. p. suis etiam temporibus, elogio celebrem illis verbis facit. (rara tempo-

rum

semper. Alij constituentes in corpore finem boni. Alij in animo. Alij in vtroque. Alij extrinsecus posita etiam bona, ad animam, & corpus addentes. Alij sensibus corporis semper: Alij non semper. Alij putantes, nunquam esse credendum: Has & alias penè innumerabiles dissensiones Philosophorum, quis Vnquam Populus, quis Senatus, quæ potestas, vel dignitas publica, impiæ Ciuitatis diudicandas, & alias probandas, ac recipiendas, alias improbandas, repudiendasque curauit, ac non passim, sine vllo iuditio, confuseque habuit in gremio suo tot controuersias hominum dissidentium, non de agris, & domibus, vel quancumque pecuniaria ratione, sed de his rebus, quibus aut miserè viuitur, aut beatè; vbi & si aliqua vera dicebantur, eadem licentia dicebantur, & falsa prorsus, vt non frustra talis Ciuitas, mysticum vocabulum Babilonis acceperit. hæc doctissime, & elegantissimè D. Augustinus cuius vnico suffragio omni exceptione maiore, manifestè euincitur, Arist: [Philosophicè, & exprofesso,) æternitatem Mundi docuisse in Peripato. quod etiam defendit D. Thom: 12. Metaph: lect: V. versus finem; Nec Arist: ne aliter sentiret, ac doceret, timere debuisse, quando pari licentia, vera, & falsa Athenis docerentur, atque nunquam populus, Senatus, potestas, aut dignitas publica illius impię Ciuitatis diudicauerit, an probanda, vel improbanda, an recipienda, vel repudianda.

Qua de re Illustrissimus Contarenus quæst: Peripateticarum Tom: p. de productione Vniuersi à Deo cap. p. pag. 251. veraciter exarauit, (quemadmodū,) inquiens, (apud Sacros theologos, irrefragabili diuinæ reuelationis testimonio, sub-

subnixus, nil certius adest, quam noua creatio Vniuersi ex omnipotenti rerum conditore. ita inter Peripateticos, Philosophantes, qui sola principia naturalia, & Arist. dicta sectantur, nihil sanctius adesse videtur quam illius æternitas, vt quilibet ipsorum in 8. lib. physic: ac primo de Cœlo progrediens patefecit.)

Hæc Illustrissimus, ac Sapientissimus Vir. cuius iudicium in Arist: Philosophia, Tumet Ferchi, tantum, & meritò, extollis in hoc Tuo Libello.

Sextadecima Querela Ferchij.

Quod temporaneam Mundi Creationen absolutè negauerimus.

SCripsimus in lib de Gen: disp. 5. q p. a. sp. nu. 13. quod autem specialiter asserit (Ferchius) ibidē Arist: nempe Creationem in tempore concessisse, quamuis id falsum autumemus, vt diximus disp. p. de Cælo q 5. vbi etiam rationes eius diluuimus &c: Ferchius, ita Nos calumniando queritur pag. 188. " Iudicatis creationem in tempore falsam esse: sed hoc vestrum iu-
" dicium, cum candore fidei Catholicæ non subsistit, si ego
" vestigans mentem Arist: dixi, non absolutè; sed conditio-
" natè, præsupposita æternitate motus, dari Circulationem
" Animæ rationalis de Corpore in Corpus eiusdem speciei,
" sicuti Arist: in p. de Anima t. 65. hoc declarat, per migratio-
" nem Visiuæ de occulo senis in occulum Iuuenis. Vos illicò

dicitis

„ dicitis, hoc non esse secundum candorem Fidei. Ita est: sed
„ iniustè quæritis in Infideli Fidem. Lupi alas quæritis: sed
„ & Vos, qui scribitis Theologiam in Philosophia, dicitis fal-
„ sum esse dari Creationem in tempore, quare hoc dicitis cō-
„ tra candorem Fidei? Ego præmonui, Ex Vno præsuppo-
„ sito errore æternitatis, consequi alium errorem Circulatio-
„ nis, & in toto opere locotus sum ex Arist: vt nemo decipi
„ possit, nisi volens. At Vos non monetis, quin potius Le-
„ ctor, assuetus in Vobis legere Sacramentum Eucharistiæ
„ Diuinissimum, Baptismi lauacrum, Mysteria Fidei, Arcana
„ Theologica, hoc loco, putabit Vos tanquam Theologos lo-
„ qui, & credet secundum Fidem Catholicam, Creationem
„ in tempore negandam. Scandalum est à Vobis datum,
„ et valdè perniciosum. Nam Vos, non cum Arist: lo-
„ quimini sed cum ratione, vt clarissimè protestati estis disp.
„ p. a. p. n. 9 huius libri de Gen:" Hæc Ferchius, & si alias,
vnquam insulsè questus, nunc insulsissimè. Videamus.

Sextadecima Expurgatio Mastrij.

D. Hieronymus Epist: 101. ad Pamachium scribit, quod Paulus Apost. præsente Rege Agrippa, de criminibꝰ responsurus, quod posset intelligere, qui auditurus erat, securus de causæ Victoria, statim in prīcipio sibi gratulatur dicens. (De omnibus, quibus accusor à Iudeis, ò Rex Agrippa existimo me beatum, cum apud Te sim hodie defendendus, qui præcipuè nosti cunctas quæ in Iudeis sunt consuetudines & quæstiones.) liceat etiam mihi

Aequus Lector, in præsenti accusatione me iudicare beatum, eo quod apud eruditas aures Tuas, mendaci loquæ linguæ responsurus sum: quæ nobis obicijt, " vel quod offen-
" derimus Catholicam fidem, vel scandalum à Nobis datum
" & quidem valdè perniciosum; si, aut iudicauimus Creatio-
" nem in tempore ab Arist: concessam, falsum esse. aut, quan-
" do à Nobis hoc fuerit assertum, Lectorem non monueri-
" mus falsitatis, vt de facili credere potuerit secundum Fidē
" Catholicam, Creationem in tempore esse negandam, ma-
" ximè assuetum legere in nostra philosophia, theologiæ ar-
" cana. " quorum alterum, aperta est impostura; alterum mera calumnia. Vtrumque disquiramus.

Primo imponis, quod hoc loco iudicemus, Creationem in tēpore falsam esse; & vt liberius hoc imponas, libenter obliuisceris illius distinctionis, pluries repetitæ pag. 421. " Aliud est vera Philosophia, aliud est Philosophia Arist: " Modo vt Nos, offensores Fidei Catholicæ facias, contendis, quod cum Nos dicimus; quod autem specialiter asserit ibidem (Ferchius) Aristotelem nempe Creationem in tempore cōcessisse, quamuis id falsum autumemus. idest, Arist: concessisse Creationem temporaneam (cum Nos contra sensum Tuum disp: p de Cælo q. 5. sustinuerimus, Philosophum, non [populariter,] sed (philosophicè) conatum fuisse demonstrare æternitatem Mundi.) contendis, inquam; Nos (absolutè] locutos fuisse, in vera Philosophia. cum tamen Tu cōtra Nos scripseris pag. 421.
" Vos offensores (tenetis cum Arist:) Mundum, motum,
" tempus esse æterna à parte ante, & post. qui sunt sex erro-
" res. " & pag. 139. scribis " Itaque neque antecedens offen-

„ offensorum, neque consequentia subsistit contra Cremo-
„ ninum, & vtinam Vir ille, nihil, quod esset contra Fidem
„ Catholicam scripsisset. Sed in hoc non sunt multum me-
„ liores Cremonino Nostri offensores, [qui cum Arist: dicũt]
„ demonstratum, quod motus, Mundus, tempus sit æternũ.
„ Vnde & (cum Arist: negant Creationem esse possibilem,)
„ Iudicium Vniuersale, Ressurrectionem Mortuorum."

Igitur ex ore Tuo, iudicamus Arist: non sustinuisse Creationem temporaneam, sed æternam; dum mentem ipsius vestigauimus. An autem hoc Iuditium, sit contra candorem Fidei Catholicæ appello ad disceptationem Tuam Catholicam secundam pag 464. Vbi fusissimè hic punctus à Te discutitur." Vtrũ Christiano homini, liceat alicuius infidelis,
„ vel Hæretici opinionẽ quærere, & ostẽdere eam opinionem
„ esse illius, absq; iniuria Fidei Catholicæ" & tumet Cẽsor fidei cõstitutus, post profess: emissã tuæ fidei Christianę pag. 466. fers hãc sẽtẽtiã." Sit igitur Cõclusio. Christiano homi-
„ ni licet, hominis Infidelis, vel Hæretici sẽtẽtiã quærere, & eã
„ talẽ esse demõstrare, idque, absq; iniuria Fidei Catholicæ."

Nunc adeamus Disp: nostram primam de Cælo q. 5. a. p. & 2 Vbi [de inceptione, & desitione Mundi.) disputamus, & obseruemus Methodum à nobis eo loco tentam.

Ergo n. 36. illius primæ disp: mouetur q. 5. [De incæptione, & desitione Mundi.] sicque scribimus. Arist: 8. phis. cap. p. nec non 2. Cæli cap. 9. & 12. Metaph: cap. 6. sustinet Mundum de facto, non fuisse productum in tempore, immo nec potuisse produci, sed ab æterno fuisse, cum harum rerum seriæ, & successione ac modo reperitur. Non defuerunt autem, qui Arist: ad bonam frugem conati sunt re-

ducere, asserentem, eum non tenuisse Mundi æternitatem, sed attulisse solum probabiles rationes, & ad hominem, aduersus antiquos, qui absurdo quodam modo, factum esse dicebant. Vel, si hanc æternitatem docuit, non (philosophicè,) sed populariter] esse locutum. horum meminit Perer: in proem: lib. 15. & Fasol: p. p. tom: 3 qu. 46. a. p. quos sequitur Ferchius Vestig: p. cap. 9. & 17. probāt, &c. & prosequimur referendo rationes, quæ illic videri, ac legi possunt.

Num: 37. scribimus. Verum Communis Peripateticorum sententia, Mundi æternitatem, asserit esse dogma Aristotelicum ex professo loc: cit: distinctè, & pro viribus ab Arist: multis rationibus firmatum, vt pattet legenti textum, nec alibi, aliter docuit. Neque aliquid intactum reliquit, vt hanc æternitatem ostenderet; hoc autem non est [populariter] loqui; sed (philosophicè) & serio Philosophi enim munus est, sua dicta validis rationibus firmare & opposita asserta euertere firmis impugnationibus: quod accurate obseruat Arist: in hac re, &c. postmodum sequitur respondendo Tuis obiectiunculis n. 36. allatis, quibus probas Arist. (populariter) locutum fuisse de æternitate Mundi. quarum palinodiam cantas in Epitome 4. d 48. q. v. pag. 282.

Num: 38. scribimus. Sententia ergo Arist: est, quod Mundus ab æterno fuerit productus. Communis autem Catholicorum opinio; asserit Mundum potuisse in tempore produci, & de facto taliter productum. licet discrepent deindè, de tempore: an mense Iulio, an Verno, an Autumnali, Aequinoctio incæperit. & etiam de modo: an scilicet in eodē

instan-

instanti omnia incœperint, vt asserunt D. Augustinus lib. 4. super Gen: ad litteram cap. 22. & Caietanus cap. Gen: An verò spacio sex dierum, sicut Sacra narrat Historia, vt omnes ferè Sancti Patres, & Scholastici in 2. d. 12. susti- nent. His positis.

Nunc Ferchi attende, quam falsò scripseris pag. 140. " quo- ,, rum assertio non modo suspecta est in fide: sed sine vlla du- ,, bitatione, & in his, & in alijs Fidei Christianæ est maximè ,, aduersa, & perniciosa. " attende inquam. " E quibus ,, lacunis argumenta proferant Offensores Tui " ad argu- endos puros Philosophos; & an iustè Nos corripias.

Num: 39. scribimus. Articulus pr. [ostenditur Mundi In- ceptio temporanea) Dicimus Mundum, quamuis quo ad entia permanentia potuerit esse ab eterno, licet non quo ad successiua; potuisse tamen, & de facto in tempore fuisse à Deo productum, Verno, ęquinoctio, & spatio sex dierum.

Est ne Ferchi, hæc Arist: sententia? est ne hoc sentire, atque defendere æternitatem Mundi cum Arist:? Coheret ne ò Censor Fidei Christianæ, hæc nostra assertio candori Ca- tholicæ Fidei? falsam ne iudicamus Creationem tempo- raneam? At pergamus.

Num: 40. scribimus. quod de facto in tempore fuerit creatus Mundus. habetur ex cap. p Gen: estq; diffinitum in Concil: Later: cap. [firmiter De Summa Trinitate.] & sequimur probando authoritatibus Sacræ Scripturæ. En è quibus la- cunis, Offensores Tui proferant argumenta.

Num: 41. probamus idem assertum ex implicantia motus, ac generationum ab æterno, vt ostendimus etiam disput: 14. phys: q. p. a. 2. quibus rationibus, ità conuincitur Fasolius,

vt

vt fateatur dub. 5. eas soluere non posse; quantumuis accerimus aliàs propugnator infiniti, & generationum ab ęterno. Ecce post Christianas authoritates, à nobis etiam naturalia media adhibita, ad tuendam, ac roborandam Catholicam thæsim nostram.

Num. 42. probamus ex Sacra Scriptura, quod Mundus, Verno æquinoctio, & spatio sex dierum, & non totus simul, fuerit productus.

Num: 43. 44. 45. adducimus rationes, quibus ostenditur; nullum ens permanens, potuisse esse ab æterno; & eas soluimus.

Num: 46. 47. 48. 49. Aducimus rationes Aristot: quibus ad sensum eius probatur æternitas Mundi, & quod non poterit incipere per Creationem, & eas soluimus. est ne hoc Ferchi (Lupi alas quærere?] poterit ne à nobis decipi Lector, nisi volens?

Num: 50. & 51. adducimus authoritates, & rationes, quibus probatur Mundum totum simul fuisse factum; eisque respondemus ex D. Bonauentura, & Scoto.

Tandem n. 52. proponitur art. 2. (Mundi desitio declaratur.] Dicimus Mundum quamuis possit in æternum durare cum ijsdem qualitatibus, speciebus, rerum serie, & successione, posterque à Deo totaliter anichilari. De facto tamen, quo ad substantiam in æternum duraturum; licet quo ad accidentia erit innouandus. Idque, quomodo futurum erit, remittimus curiosum Lectorem ad D. Bonauenturam, & Scotum.

Eodem præcitato n. prædictam thesim, de communiori apud Theologos, probamus authoritate Sacræ Scripturæ, & Ratio-

tionibus, atque finaliter n. 54. & 55. adductis quibusdã authoritatibus, & Rationibus, quibus probatur Mundum illum totaliter esse corrupendum, respondemus; finem imponentes p. Disp: nec non q. 5.

In qua pertractanda adamussim obseruauimus, quæ Tu adnotasti in Epitom. 4. d. 48. q. v. pro conclusione. (Motus Cæli cessaturus est circa Iudicium Vniuersale.)

„ Primo notandũ, inquis; quod, vel loquimur secundũ prin-
„ cipia Sacræ Scripturæ, cum qua plurimi ex priscis philoso-
„ phis consentiunt, vel secundum principia Arist: Si secundo
„ modo, necesse est concedere, & Cælum, & motum eius in
„ æternum duraturum. At hoc manifeste repugnat diuinis
„ litteris, igitur necesse est negare principia Arist: vel omnia,
„ vel quædam ex illis, ex quibus deduxit motum esse æternũ:
„ etenim concedere, principia contra Fidem, & defendere
„ Conclusionem, est difficile, vel potius impossibile. " hęc Tu eo loco cit:

Num Tibi videtur Ferchius. nos in præfato discursu, negare Creationem esse possibilem, Iudicium vniuersale, Resurrectionem Mortuorum? O quam scitè de Te pronunciauit Seneca (pessimum in eo Vitium esse, qui, in id in quo insanit, cæteros putat furere) Pudeat Te, hęc Nobis imponere. atque cum August: in Epist: 93. ad Hieronymum circa finem, scias. (" Cum falsum quid à maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certè integra salute, sola fama vexatur.) Tenemus Arist: negare Creationem temporaneam. Tenemus, non cum Arist: sed cum Fide Catholica, Creationem temporaneam. Aristotelicis rationibus respondemus, quæ militant contra Fidem nostrã,

quam

quam authoritatibus, & rationibus, pro virili, contra Aristotelem. & Vestigatores eius inuictam reddimus.

Hanc Methodum philosophicè procedendi, docuerunt Nos maiores nostri.iusserunt Patres, & Concilia præcipuè Lateran: sub Leone X. celebratum. Hanc in Tuis scriptis optamus, etiam si non absolutè, sed conditionatè scribas. Ne quemadmodum Tumet pag. 381. prudenter monuisti, " sub Arist: nomine, Fides Catholica impugnetur, neue Fideles Hæretici fiant. " quod & aduertit D Petrus Chrisologus serm: 88. in fine ad illa verba [in spiritu, & Virtute Eliæ.]

Quanto cum periculo, & animarum pernicie Tu pag 465.
„ scripseris. " Te in Vestigationibus Peripateticis, non debu-
„ isse exponere quid sit Verum, aut falsum simpliciter, neq;
„ quid sit verum, aut falsum secundum Tuam sententiam:
„ sed iuxta titulum operis, & institutum officij Tui, inquire-
„ re quid Arist: dixerit, affirmauerit, vel negauerit, & quid se-
„ cundum Arist: positionem sit affirmandum. vel negandū.
qui autem exigunt, vt diceres, quid Christus, & Ecclesia Christiana sentiant, iniustè postulant. "

Quanta cum pernicie, replico, animarum id scripseris. hoc Vnico exemplo (vtinam implurificabili) conuincitur; Vnde Nos iustissimè postulamus.

Marcus Antonius Nali auditor Tuus, epotus doctrinam Tuam de Circulatione animarum, quam Catholicis authoritatibus, & rationibus non oppugnasti, sed Arist: t. roborasti, sicq; propinādā magno apparatu exhibuisti, & ipse in circuitu tecū ambulans in Opusculo (auisi di Parnaso à Poeti Toschi.) pag: 55. postquam Italicè, totam illam impiam opi-

opinionem de verbo ad Verbum, ex Vestigationibus Tuis transtulisset, vnde, & simplices venena ebibere facilius, cómodiusque possent; ex persona Apollinis ausus est ita sentire, & toti Mundo hæc verba scribere. (In questa forma il giudice Criminale leggeuà publicamente le bellissime opinioni del P. Veglia, con estremato stupore d' Apollo, il quale disse à piena bocca, che se l'antichità restò ammirata, perche sotto il Cielo di Scithia, nascesse quel gran Filosofo d' Anacarsi, quali deurebbero essere le nostre merauiglie, che il più grosso clima della Dalmatia, habbia prodotto il P. Veglia, il più eleuato, e sottile ingegno del mondo. E se è vera la transmigratione dell'anime accennata, (come constantemente credo.) ò che il P. Veglia è informato dell'anima d' Aristotele, ò che Aristotele fù informato dell'anima del P. Veglia, tanto bene hà dato nel bersaglio della Verità, & insieme colpita la mente d' Aristotele col ritrouato di quelle sue dottrine pellegrine.) Hucusque Nalius scandalosissimè; sed à Te perniciosè scandalizatus:

Verum quid sibi vult, Ferchi, hic discipulus Tuus, illis verbis. (Tanto bene hà dato nel bersaglio della Verità.) " Item quid innuunt illæ Voces [S'è vera la transmigratione dell' anime, come constantemente credo!]

Patere nunc; vel inuitus, me Tua verba pag. 380. aptius imitari, iustiusque in faciem tuam obijcere.

,, Interea rogo Te Ferchi, & obsecro humiliter per viscera D.
,, N. Iesu Christi, ne meliorem partem Christianorum seducere tentes Homines doctrinis dediti sunt, vel melior,
,, vel optima pars Ecclesiæ Christianæ: maximo damno fuit
,, Pomponatius olim, & nunc Tu es, dum Christianam Iuuē-

„ tutem, hoc dogmate, corrumpis de circulatione animarum.
„ Si enim authoritate Sapientissimi Philosophi, & ratione apparente sentiat, animas circulari per gyros, consequenter tenent Christum esse mendacissimum Seductorem, Christianosque Doctores esse, & Seductos, & Seductores, qui dicunt Christum semel mortuum, non amplius moriturũ. Et animas nostras in Vitam æternam custodiendas esse; nec aliam Incarnationem futuram, atq; semel tantum Ressurrectionem Mortuorum: quot argumenta propones, tot Diaboli tentaméta nectes, contra Salutem æternam Fidelium, contra Ecclesiæ propagationem; contra Fidei Veritatem. "

Vide an sufficienter præmonueris, ex Vno errore præsupposito consequi alium errorem Circulationis? An auditor Tuus, sit deceptus volens? Si Methodum qua Nos vsi sumus in astruenda Creatione temporali, in deppellenda æterna loc: supracit: & Tu pariter Vsus fuisses, certè non distinxisset Nalius Scopum Veritatis ab Arist: mente; neque personatus protulisset, se, Transmigrationem animarum constanter credere, sine hæresis labe; nouissetque Veritatẽ Catholicam, falsitatem Arist: At Tu (Lupo alas non quæris.) Nobis, qui scribimus Theologiam in Philosophia, hæc Methodus relinquenda est. Tibi facultas cuncta loquendi; impunitas, omnia scribendi. & hæc quo ad imposturam.

Secundo calumniaris, quod non monuerimus Lectorem, vt is potuerit decipi, credens hoc loco, nos tanquam Theologos loqui & credere secundum Fidem Catholicam, Creationẽ in tempore esse negandam: assuetus maxime legere in nostris

ſtris ſcriptis arcana Theologiæ, myſteria Fidei [Deo ſint gratiæ, quod in hoc ſumus meliores Cremonino & Veſtigatore Ferchio, quibus, hæc in eorum opellis vel ſunt ridicula, vel non apparent.] Calumniaris inquam: cum enim ſcripſimus, [vt diximus diſp. 2. de Cælo q. 5] vbi rationes Ferchianas probantes Ariſt: populariter locutum de Incæptione Mundi diluuimus, ſufficiẽter indicauimus, quid ex eo loco de Creatione Temporanea ſentiremus, atq; ſentiendum eſſet. Scandalum ergo à te datum eſt, & quidem valdè perniciosum, quando in Tuis Veſtig: Ariſtotelicos errores, rationibus Catholicis confutare negligis, atque ſub nomine, & pallio Ariſtot: errores in Philoſophia, hæreſes in Theologia euulges, & tuearis.

» Non eram intentus (inquis pag: 474) quando illa ſcri» bebam circa Fidem Catholicam; ſed circa doctrinã Ariſt: " Verum ſtatus, & conditionis Tuę, omnino memor eſſe debebas, atquè cum Sapientiſſimo Raguſeo diſp. 5. cap. p. obteſtari. (Fidem Catholicam profiteor. Sumque in theologorum numero deſcriptus. Chriſtiani potius ego, quam Peripatetici nomine gaudeo, & pro Chriſti Fide paratus sũ totũ Sanguinẽ profundere. quarè ignoſcat Ariſt: , ignoſcãt Peripatetici: ex Præcepto Sacro Sãcti Later: Cõcilij ſeſſ: 8. ſub Leone X. Religionis noſtræ Veritatẽ defẽdere decretũ eſt. maximum enim detrimentum Reſpub: Chriſtiana eſſet perceptura; ſi falſa hæc de Mundi æternitate ſententia, Veritatis pallio velata, liberè, atque abſque vlla contentione in hominum mentibus inſculperetur. Hic eſt fons, ex quo omnes penè errores in Philoſophia commiſſi dimmanarũt. hic eſt ille fucus, qui multos in fœdos, ac pudendos errores

adduxit. Vt poneret Mundum æternum, Arist: non est ausus, quidquã à Deo ex nihilo effici posse confiteri. non est ausus, suam de animæ immortalitate, sententiam, libere pronunciare. Vt poneret Mundum æternum Alexander, temeraria; Si Deo placet confessione asseruit, animas nostras, non secus, ac omnium bestiarum, mortales esse. Auerroes, ne infinitam re ipsa animarum multitudinem admitteret, quæ Mundi æternitatem consequeretur, Vnicum docuit in omnibus hominibus intellectum reperiri. Alij Pithagoricam animarum transmigrationem induxerunt.) Hucusque Catholicissimus Philosophus contra puros Aristotelicæ mentis vestigatores tonat.

At fortè dices ex pag 468. ") Non est necesse vt eodem libro, errores, & referantur, & refellantur. quemadmodum S. Augustinus in libro de hæresibus (ad quod vult Deum,] & S. Ioannes Damascenus in lib. itidem (de hæresibus,] multas hæreses, & hæresiarcas proferunt, neq; tamen in eisdem libris confutant. "

Expectãda ergo est, humanissime Lector, Ferchiana Palinodia, [de Circulatione animarum) atque interim differenda est executio Euangelici consilij, [molam scilicet asinariam Tuo collo ne suspendas, atque in profundum Maris demergaris.) Ita nos optamus, secus quam Tu parum Christianè, cum pag. 995. consulis " Si vos creditis, oppositum melius esse, occidisse vos ipsos quantocius. "

Deci-

Decimaseptima Querela Ferchij.

Quod dixerimus Authoritatem lib: de Xenophane; (ex nihilo aliquid fit,) ab alijs Authoribus, ante Ferchium, obseruatam fuisse.

SCRIPSIMVS in lib de Gen: disp. 5 q. p. a p. nu. 16. Neq; ab hac Veritate adeò explorata, Nos deterrere debet authoritas à Ferchio allata ex lib. de Xenophane, & obseruatio ab eodem adeò accuratè facta, quod vbicunq. Arist: axioma illud profert semper vt ex antiquorum positione enuntiat. Nam & Antonius Roccus, id quoque obseruauerat p. Phys: q. 9 in prima ratione in oppositum; neque idcirco, eam damnauit &c.

Ferchius ita queritur pag. 230. " Etiam ne responsiones ex " Antonio Rocco integras accipitis? Hoc est totum ex alie- " no nihil de vestro. Boetius in lib. de disciplina Scholariũ " scriptum reliquit. (miserrimi est ingenij semper velle alie- " nis inuentis insistere, & nihil per se se inuenire velle.) Cum " anno 1629. Metaphysicem in hac Vniuersitate, publicè " legerem; meam opinionem de factione ex nihilo in mediũ " attuli, quæ magnam commouit Paripateticorum multitu- " dinem. Variæ responsiones, & fugæ inueniebantur ad " authoritates per me obseruatas in Arist:. Plures negare li- " bros esse Arist: Multos affirmare Textus à me non pene- " trari. Alios nolle recedere à sententia Auerois, & communẽ. " nam tempore procedente, inueniri posse responsa, etiam " ad Textus per me allatos. Recurrere etiam ad peritiores

&

„ & ſcribere ad abſentes. quomodo & ad Antonium Roccũ
„ peruenerunt quædam meæ opinionis argumenta. Sed ſi
„ Vir ille eruditus, poſt meas Veſtigationes editas, ſcripſiſſet,
„ exiſtimo aliquanto fundatius fuiſſe reſponſurum.

Decimaſeptima Expurgatio Maſtrij.

QVomodo Ferchi, cum Nos Theonino dente rodis, in graue tui præiuditium, ſtatim oblitus es eorum, quę ſcripſiſti pag. 186. Dum enim Tibi obiecerimus, factionem Tuam ex nihilo, quid peregrinum haud ſapere, etiam in ſenſu à Te prædeclarato, inquis, " Laus Deo, &
„ Veritati, ſi alios facio meæ opinionis authores, Vt Vos ipſi
„ dicitis, ergo non prætendo ſingularitatem, quam Vos per
„ vocabulum (peregrinitatis) intellexiſtis. Si formam di-
„ co fieri ex nihilo. Authorem facio Philopponum. Si ma-
„ teriam, ſi intelligentias factas ex nihilo; authores cito, vt
„ dicitis Vos, ex Peripateticis, meliores. Si animam rationa-
„ lem fieri ex nihilo, Authorẽ profero Sueſſanũ. Si à cauſis ſe-
„ cũdis fieri aliquid ex nihilo, authores propono Philopponũ
„ & Auicennam. Si cuncta ex nihilo à Deo, Theophraſtum
„ adduco. Si Enuntiationem ex nihilo nihil fit, eſſe falſam
„ contendo, habeo Ariſtotelem Peripateticorum Principẽ.
„ Nihil mihi authoritatis arrogo, qui nihil me authore dico.
Hæc Tu glorificando Deum aſſeris. At qui, confitenti cõtra ſeipſum creditur. Si ergo nihil te authore dicis. quadrabit ne etiam tibi Pedario illud Boetij, quod Nobis adaptaſti. [miſerrimi ingenij eſſe, ſemper velle alienis inuentis

uentis insistere, & nihil per se inuenire velle ?]

O quam aptè scribit Paulus Manutius in Apopht: (imprudenter in alterum, vitium torquet; Si in promptu est, quod ipsi vicissim obijciatur) Vnde Homerus in Iliade V. argutè cæcinit. (Talia dicentur Tibi, qualia dixeris ipse.) Verum, & si Antonio Rocco dedimus responsum, eius nomine prodito; Certè ingenui Viri partes adimpleuimus, attestante Plinio (Benignum, & plenum ingenio pudoris esse. profiteri per quos profeceris.] Vnde absque mendacio, Platonicum illud in Hippia minori, vsurpare possumus. (Neque apud Auditores vnquam vendico mihi aliorum inuenta: Sed docentem, semper laudibus extollo illique apud omnes, quæ sua sunt tribuo.] memores, quod olim D. Basil: in Epist: quæ est inter Libanij Epist: scriptum reliquit. (Discendum est citra pudorem, & docendum citra inuidiam, & si quid altero edocti sumus id ipsum occulandum non est, velut improbæ Mulieres, spurios partus subiciunt; sed dicti parens, cum gratitudine prædicetur.)

„ Neque me pigebit ab alijs notata iam accipere: sed hoc

„ indicabo " Inquis de Te ipso, Vest: 2. lib. p. cap. 3. in fine; id quod egregiè præstas, dum Vest: 6. lib. 2. cap. 8. ad Alex: argumentũ, integram ex Raguś responsionũ attulisti, sicuti, & alibi frequenter facis, absq; nota miserrimi ingenij.

Scripsit Lucretius lib. p (Pueris absinthia tetra medentes cũ dare conantur prius oras pocula circum. contingunt mellis dulci, flauoque liquore. Vt puerorum ætas improuida ludificetur. labrorum tenus, interea perpotet amarum absinthij laticem, deceptaque non capiatur Sed potius tali facto recreata valescat) Quæ elegantissimè rescribendo

vertit

vertit Torquatus Tassus Poetarum Italorum Summus, absq; nota miserrimi ingenij.

Cosi all'egro fanciul, porgiamo aspersi,
Di soaue licor gl'orli del Vaso
Succo amaro ingannato, in tanto ei beue
E dall'inganno suo, vita riceue.

Secutus in hoc genere imitationis Homerum Græcorum Poetarum Principem, qui absque nota miserrimi ingenij, illos versus. (Atque vt Vir nutrit ramum viridantis oliuæ!) & quæ deinceps sequuntur ad verbum transtulit ex Orpheo (de extincto Bacho) & quæ ab Orpheo in (Theogonia) facta sunt de Saturno, ea, Homerus trāstulit ad Cyclopem.

Excellentissimus Ragus: disp. 15. pag. 330. testatur Hippocratem, Philosophiæ parentem fuisse, à quo non pauca Arist: accepit, quemadmodum, & à Platone, multa, & præcipua dogmata eum scripsisse, testatur Clemens Alexandrinus lib. 6. stromatum, sine tamen nota miserrimi ingenij.

Scribit Doctiss. Arnaldus Albertinus Maioricēsis in suo Tractatu de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis q. 15. n 6. pag. 43 col. p. ingeniorum sui sæculi Phænicem Ioannem Picum Mirandulanum, tres rationes, quibus probatur (licere Sanctorum Doctorum authoritatibus contradicere,) verbatim singulas transcripsisse ex lib. de hæresibus pag. 184. in q. incipiente [licet enim SS. Doctorum,] quem edidit Guido Carmelita Episcopus Maioricensis. & quod plus est, inquit, Albertinus, Picum eas tres rationes suo ingenio elaboratas, sibi arrogasse; absque nota tamen miserrimi ingenij.

Quid

Quid quod? D. Fulgentius, natione Apher Episcopus Rupensis, præclarissimus Doctor, qui floruit anno 499. in serm: de Sancto Stephano, quē in die festo eiusdem Sanctissimi Prothomartiris legendum iubet Ecclesia Romana, pulcheriores periodos excerpsit ex sermone secundo pro S. Stephano, habito à D. Augustino. legantur, & conferantur; absq; tamen nota miserrimi ingenij.

Quinimmo refers tu de Subtilissimo Doctore, altera sui Sęculi Fænice in Apol: in Bzouium n. 22. " At qui Dunsius in " p. d. 26. q. p. citat S. Bonauenturam sub nomine Doctoris " antiqui, integra periodo ex eius primo sent: d. 25. q. p. n. " 10. descripta; & paulò infra inquis. " Ioannes Scotus, post " Aegidium scribit, cum in 4. d. 11. q. 3. H. & quol: 10. F. ac " alibi, ex Theorematibus Aegidij de Eucharistia, quædam " decerpat. " Ergo Te Iudice, notam miserrimi ingenij incurret subtilium ingeniorum subtilissimum? quia à Seraphico Doctore integram periodum descripserit, ab Aegidio quædam decerpserit. Certè minus, cum Tumet Discuss: de Coment: Metaph: Scoto ad scriptis pag. 79. asseras. " Scotus est inuentor doctrinę, non sectator, scriptor, " non transcriptor Equis enim credat, Dunsium tam ægenũ " ingenio &c. " Sed hęc pro nostra expurgatione nunc sufficiant, cum alicuius Doctoris argumēta, vel responsiones aliquando recipimus.

Placet tamen adhuc Viuaci Lectori potissimam causam aperire, cur Ferchius hoc loco, vbi Rocci responsionem, Authore citato attulimus (quam tamen Nos per aliam responsionem nostram, confirmauimus, & ampliauimus) adeo excandescat, vt in hæc scōmata prorupperit. " Hoc

Bbb est

eſt totum de alieno nihil de veſtro " ſcilicet, quia ipſe Veſtigatione prima (de factione ex nihilo) Vt peregrinitatem ſui Aſſerti; pro dignitate ſuſtineret. Scribit ab initio cap. 6. " Neminem adhuc legi, qui obſeruauerit hæc Ariſtot: loca in Xenophanem. " nimirum laudem primi inuentoris illius textus auidiſſimè affectabat; Cum ergo legit in noſtra Diſp: Antonium Roccum, primitus obſeruaſſe p. phyſ: q. 9. in p. ratione ad oppoſitum; atque ſic per Nos, locum detectum, vbi textus in Xenophanem, poſtmodum ipſe obſeruauerit, vehementer exarſit in iras. Verum, vt nihilominus ipſe credatur primus obſeruator illius loci; poſt effuſa in Nos conuicia, proijcit, (Philauticus homo,) ampullas, & ſeſquipedalia illa verba. " Cum anno 1629. metaphyſicem in hac vniuerſitate publicè legerem, &c. " quibus perſuadere conatur, tantum abeſſe, vt ipſe à Rocco locum illum mendicauerit, quin potius, Roccus per amicorum Epiſtolas præfatum textum è Sacco Ferchiano elemoſinatus fuerit. Aſt futilis hæc tua ſuaſio eſt, ſeu mauis Euaſio. quis credet Roccum, qui multis annis ante 1629. hoc eſt anno 1623. ſuum Tomum Phyſicum inuulgauit, à Ferchio obſeruaſſe locum, quem primum in mediũ attulit 1629.? Veroſimilius eſt, Te ab ipſo Rocco ſurripuiſſe. [ſemel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.] de regulis Iuris in 6.

Audi patienter, quid ego obſeruauerim in Te, percupido huiuſce affectatæ laudis primi Inuentoris, in Declamat: habita pro Scoto in Vniuerſitate Patauina anno 1634. die 3. Nouembris Vt laudem primigeneam Tibi arrogares inter Scotiſtas, à tercentis, & vltra annis, primum publicè peroraſſe

rasse Scoticas laudes, inquis. " Consuetudinem hanc an-
„ tiquissimam, & probatissimam, à tam multis, & intra, &
„ extra minorum ordinem, Scoticæ disciplinæ Lectoribus,
„ trecentos, & amplius annos, non sine vehementi admira-
„ tione video esse neglectam: Nemo enim ex illis eloquen-
„ tiæ & sapientiæ luminibus ad Nos transmisit [quod sciam]
„ vel vnicam de Doctore Subtili orationē, aut panegyrim."
At Aequus Lector legat Panegyrim æternæ memoriæ, & famæ Ioannis Duns Doct: Subt: dictum, & dicatum à Nicolao Vernuleo Louanij publico professore, impressum anno *1625*. in fine disp. [de anima] Patris Cauelli, [quæ opera, Ferchius profectò legit, tanquam Antagonistæ. & consectatur ex ijs, quę sibi ex illo panegyrico appropiauit) atque iudicabit, Num sibi credendum; cum primi Inuentoris, & peregrinarum rerum Vestigatoris, gloriam sibi asciscit.

At, quid putas prudentissimè Lector, Ferchium, in Nos obloquuturum fuisse, quando cum pluribus alijs, quos ipse dicit negauissemus tres illos Libellos contra Xenophanem, Gorgiam, & Zenonem, esse Stagiritæ legitimos libros? Certè, cum ipse Vestig: p. cap. *6*. n. *16*. pag. *13*. probet authoritate, apud ipsum irrefragabili, Fráncisci Patritij in Discuss: Peripatet: lib. 2 car. 12. lib. 3. car. 17. fac. 2. lib. 4 car. *24* lib. 8. car. *66*. prædictos libros, non esse adulterinos, adeo vt in hæc verba scribat. " igitur hi libri sunt inter certis-
„ simos Arist: foetus amplexandi, tantum abest, vt sint in
„ certi, vel alieni. Cum enim hic Vir diligentissimus, qui
„ septingentos quadraginta tres libros, partim grauius, par-
„ tim leuius, non esse Arist: ostendere sit conatus; his nihil

 obie-

„ obiecerit. luculenter ostendit, se ne leuissimum quid inue-
„ nisse apud tam multos, quos profert authores, quod in su-
„ spicionem adduceret hæc tria opuscula, „ Certè inquam quantæ Fidei sit, irrefragabilis authoritas Francisci Patricij ad Ferchianum Iudicium, (Viri diligentissimi,) legantur quæ exarauit idem Patricius in fine libri decimi suarũ discuss: Peripat: cum inquit (Floruit Albertus circa annos 1260. fuitq; Monachus Ordinis Dominici. Huius discipuli multi fuerunt, sed præcipui inter omnes D. Thomas Italus Aquinas; & Ioannes Duns Scotus, quos secuta est ingens Monachorum multitudo in diuersas diuisa Sectas, Thomistarum, Scotistarum, Nominalium, Realium, quorum numerum vsque ad 12 m. ferunt perueniſſe, qui scriptis aliquid mandarunt.) atq; conferantur cũ ijs, quæ scripsit Ferchius lib. 2. Apol: à n. 20. vsq; ad 24 & deprehendetur quot, & qualia mendacia, Patritius Vir diligentissimus in paucissimis illis lineis, proferat. Tales Testes, habeat sibi Ferchius, dignissimos, quibus ipse credat, in Xenophanẽ libros, Spurios Aristoteleos minime esse.

Legat Ferchius præfationem Antonij Pasij à Monte Ilcino nostri Ordinis Peripatetici eximij, in vniuersam Arist: doctrinam, (quam Vir doctissimus Vndecim Tomis imprimi curauit Venetijs apud Coruinum de Tridino 1562.) & comperiet, Vndecimum Tomum comprehendere (Spurios) Arist: Libellos; de rebus auditu admirandis (de Zenone, Gorgia, & Xenophane.) De lineis insecabilibus, quæstiones Mæchanicas, & librum de Mundo. atque ita fundamentum, Vestig: p. (de factione ex nihilo,) adulterinum esse, Posio assertore.

Plu-

Plurima, æque ac curiosissima videantur apud Ioannem Franciscum Picum de examine Vanitatis doctrinæ Gentium lib. 4. cap. 4. 5. 6. de incertis libris Arist: Itidem D. Antoninus lib. p. hist: tit 4. cap. 3. Vbi, libris omnibus Aristot: enumeratis, de Libello contra Xenophanem, altum silentium.

Tandem, quam falsò dicas " [Totum ex alieno, nihil de vestro] in scriptis per Nos editis reperiri: Audiatis Tu ipse, qui Veritate reuinctus pag. 203. habes hæc verba. "
,, multa Arist: & Scotus, contra opinantes posuerunt. Vos
,, quoque multa contra omnes ferè modernos, contra omnes
,, ferè antiquos, asserere non dubitatis." Siccine Ferchi! Pondero Tua verba. Non dicis, Nos habere quasdam peculiares opiniones Sed asseris multas. est ne hoc Totum ex alieno? Pergis. " contra omnes fere modernos. " non dicis quosdam modernos, vel duntaxat modernos. quia potuisses inferre, ab antiquis opiniones mutuatas; sed addis contra omnes ferè antiquos. est ne hoc, nihil de nostro scripsisse? quando per Te ad exemplum Arist: & Scoti contra omnes modernos, & antiquos multa scripsimus?

(Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.)

Deci-

Decimaoctaua Querela Ferchij.

Quod locum D. Pauli, & Psalmistæ ineptè citemus; Circulationemque Animarum, vocemus fabulam, figmentum.

COntra opin: Platonicis adscriptam ex Scoto 4. d. 43. q. 3. Scripsimus disp. 5. q. 2. a. 2. n. 167. lib. de Gen: latè improbatur ex quibusdam scripturæ locis. [Christus resurgens ex Mortuis iam non moritur] Rom: 6 [semper cum Domino erimus] ad Tessal: 4 [Tu Domine seruabis Nos, & custodies Nos à generatione hac in æternum) psal: 21. Vndè de sic opinantibus bene subdit Psalmista (in circuitu impij ambulant.] idest dicunt reditiones circulares. reprobat etiam hoc figmentū (Scot:) per rationem ex beatitudine deductam; quia secundum istum circulum. Nulla esset vera beatitudo, eo quod anima beata reditura esset ad miserias, quas prius habuit, & ita, dum beata est; aut credit se non redituram, & sic falsa opinione beata est; aut credit se redituram, & nunc timet; & per consequens, non est beata.

Queritur Ferchius pag. 353. " Boni estis transcriptores, & „ non boni. Boni, quoniam dicta, & ab Augustino, & à Sco- „ to scripta, rescribere curatis; & de vestro nihil addere. Nō „ boni, quia falsificatis citationem secundam. Cum enim „ sint duæ Epistolę Pauli Apost: ad Tessal: Scotus citat primā „ cap. 4. Vos parum in scriptura versati, non citatis primam: „ Sed Epist: ad Tessal: quasi Vna tantum sit. Rursus Doctor

Sub-

„ Subtilis citat psalm: 11. Vos psalm: 21. cumulantes Lectorem vestris erroribus. Non boni, quia Titulos iniuriosos additis de vestro. Hæc enim Augustinus, vel Scotus per contumeliam dixerunt, illam opinionem esse [figmentum,] vt Vos dixistis. Neque titulo (fabulæ,) illam denigrant, Vti Vos denigratis. "

„ Non boni, quoniam Sanctus Augustinus, & Ioannes Duns in Theologia scribunt, vndè procedunt ex principijs reuelatis, nempe in scientia supernaturali, (spiritualibus spiritualia comparantes) vt Apost: monet. Vos in Philosophiam naturalem, quæ procedit ex naturaliter notis, adducitis authoritates & rationes, quæ non sunt naturaliter notæ, & in Philosophia petitis principium procedendo ex ignotis. Scotus quippe in p. prologi, asseuerat æternitatē beatitudinis non esse naturaliter notam, & in 4 d. 43. q. 2. soluit Sancti Augustini rationem, vt infrà. Iniustè ergo damnatis tanquam (figmentum, & fabulas) Epicuri, & Stoicorum, siue, vt Vultis Platonicorum opinionem, qui procedentes ex naturaliter notis, meritò irridebunt probantes ex ignotis. " Hęc Ferchius, Cui miluinos esse credas oculos, aut etiam emissitios, sicuti Plautinæ aniculę; adeo, cum nulla præterit indiuidua minuties.

✠

Deci-

Decimaoctaua Expurgatio Mastrij.

SEmel bonos transcriptores, ter non bonos, Naso suspensus adûco iudicat Nos, Ferchius, ne fortè vnquam conuincatur, de Nobis aliquid bonum irretractabiliter loquutum esse, Boni ergo Transcriptores per Te sumus, quia dicta ab Augustino, & à Scoto scripta, immitantes vestigia summi Præceptoris nostri rescribimus, de nostro nihil addentes.

Sed quid per hoc, Ferchi, si nihil addimus de nostro præallegatæ Scoti doctrinæ? Scotus, & Scotistæ per Te pag. 26. certissimè pro Vno habentur; tum quia easdem Scoti rationes transcribunt, de nouo parum, aut nihil faciunt. Tum quia
„ qui se alligauerunt Vni Authori, nollunt ex proprio iudi-
„ cio loqui: sed ex Voluntate loquuntur illius. " Ità sanè
„ sed tanto cum foenore solidissimæ gloriæ id præstant Sco-
„ tistæ, vt Tumet declames in oratione habita pro Scoto in
„ Vniuersitate Patauina. " Tanto enim studio, & cura,
„ Florentissimi Subtilium homines, subtilem scientiā discen-
„ do, docendo, disputando, prædicando, scribendo celebrē
„ reddiderunt, vt eam polus superus, & inferus, ortus, & oc-
„ casus perpetuò mirentur corruscantem, illā aduersarijs ter-
„ ribilem, suis amabilem, principibus, ac Repub: suscipien-
„ dam, Gymnasijs Doctorum amplectendam, in Cathedris
„ inuictam, pro nostris saluberrimam, ad extremum omni-
„ bus, & Principibus, & Prælatis atque etiam ipsismet Sum-
„ mis Pontificibus, totique Ecclesiæ Dei, gratissimam effe-
„ cere. " Iudicare num Tu Ferchi, quid addi possit de nostro,

tali

tali, ac tantæ doctrinæ. " quæ totam hominis Vitam ad
" eam discendam requirit, nec tamen assequi possunt omnia,
" quæ scripta reliquit Vir diuinus ingenio, fæcunditatis in-
" hæxaustæ, varietatis pulcherrimæ, roboris inexpugnabilis,
" subtilitatis inaccessæ " quid potest addi de nostro, inquã,
tali ac tantæ doctrinæ; " quæ fontem omni genæ inuen-
" tionis exaruerre fecit in Franciscana Progenie, vt Nullus à
" Scoto Doctor fuerit. Sed solum Discipuli. " [Non est
autem discipulus supra Magistrum: multum autem est, si
sic erit sicut & magister eius]

O' vtinam verè boni transcriptores, & discipuli Scoti fueri-
mus. negligimus laudem ingenij liberi. Placet nobis, atq;
pro summo honore reputamus, à te vocari ingenia seruilia.
Iurauimus in verbo Summi Præceptoris Religionis nostræ.
id quod & doctissimos plures fecisse, tradit eruditissimus P.
Theophilus Rainaudus in fine libri prætitulati. (De ortu
infantium contra naturam] Tractatu (de populari erro-
re de Communione pro Mortuis) qui post relatam Ioan-
nis Nider sententiam pag. 312 habet [ipsissima sunt Sco-
ti verba, quo vno suffragio continentur omnia quem enim
latet, quam multi & eruditione, & pietate pręstãtes in Scoti
sententias iurent? nec immeritò. nam Scotus vt subtilita-
te, & acumine inter scolasticos facile Princeps, tiã doctrinæ
vbertate, & soliditate nulli secundus, inter patritias Scholæ
familias, vna cum primis populosam, & nobilem ducat,
haud impar asseclis.)

Nobis igitur gloria est, à Te diffamari, eius transcriptores, non
facientes numerum pag. 272. De hoc certi, talem nostram
transcriptionem perenneturam in Fide Catholica. seruilia

Ccc inge-

ingenia Scotistarum. " è Cathedrâ peculiaris eorum ma-
" gistri, ad Cathedram vniuersalis præceptoris frequenter
" euecti sunt, " scribis Tu apol: in Iou: n. 32. fit transitus
à seruilibus istis ingeniis, ad seruos seruorum Dei. seruilia
ingenia, magis amat Apost: quando intellectum captiuari
in obsequium Fidei iubet, quam libera; ideoque, varias, &
peregrinas doctrinas detestatur ad Hebreos 13. libera inge
nia, quæ proprio iudicio scribunt, vestigant, non rarò à li-
bertate iudicij, ad libertatem conscientiæ transmigrant;
adeo vt has Voces tonent. " Aequa sentiendi sit, liberaq;
potestas " lib: de cælesti substantia cap. 3. in fine.

Sed ecce repente, de iam bonis transcriptoribus, à Te non bo-
ni modo facti sumus. " quia fideliter, inquis, non rescrip-
" simus à Scoto citationem Epist: p: ad Tessal: cap. 4. sicque
" falsificatus à Nobis Scotus, vt protestaris in margine; atque
" propria turpitudo per Nos reuelata, quod parum scilicet
" versati sumus in Sacra Scriptura, quasi per nos sit vna tan-
" tum Epist: ad Tessal: "

Ex vngue dignoscitur Leo. & ex istis leuitatibus tuis, quas sol-
lertissimè colligis, vt nos vndequaque, & omnino pro pos-
se vituperes, feralis, ac ferinus animus tuus apertissimè cô-
mostratur. Sic Coruos Tibi placet absoluere, & vexare
censura Columbas, Typographi leuissimos errores, No-
bis adscribendo. Non est hoc, Ferchi, legisse nostra scrip-
ta [volantibus occulis,) sed Linceis puncta, virgulas,
numeros, per Te rimatos fore.

Verum etiam si è Typo exciderit minimus inter numeros.
Certè quando à Nobis Citata fuerint verba illa (semper
cum Domino erimus,) quæ in 2. Epist: ad Tessal: non re-
peri-

periuntur; abundè p. Epist: indicata venit.

Id quod de 2. Epist: ad Tessal: apud D. Augustinum lib. 20. de Ciuit: Dei cap. 19. contigisse offendis. (sed nullo modo,) scribit Augustinus, (est prætereundus Apost: Paulus, qui scribens ad Tessal: rogamus, inquit, Vos Fratres per aduentũ D. N. Iesu Christi, & nostræ Congregationis in ipsum) en per Augustinum, relictam citationem Epist: ad Tessal:, absque tamen nota minus versati in Sacra Scriptura quasi crediderit, Vnam tantum Epist: esse ad Tessal: sed existimauit Sanctissimus Vir, satis indicasse secundã, cum expressit verba, quæ non sunt in Epist: p.

Sic Bartholomeus Sibilla Ordinis Prædicat: Doctor Clarissimus in suo speculo peregrinarum qq. de eade p. cap. 2. q 3. pag 48. inquit, [confutans errorem eorum; qui astruebant finem Mundi ante, vel circa 6. m. annorum venturum, Idcirco Paulus Tessalonicensibus scribens; ait, nemo Vos seducat vllo modo quasi instet dies Domini;] en à Clarissimo Viro ommissa citatio Epist: p. an 2 quinimo, & capitis: sed tantumodo relata Apostolica verba absque tamen nota minus versati in Sacra Scriptura

Sic item Doctissimus Pater Ouiedo in p. 2. D. Thomæ in Indice locorum Sacræ Scripturæ in fine Tomi. Cum diligenter citet primam, & secundam ad Corinth: primam ad Timoth: dum tamen citat ad Tessal: non citat p. vel 2. Epist: sed tantum verba Apost: absque tamen nota minus versati in sacra scriptura.

Quid moror? Tu met Ferchi in Epitome Theologico p. sent: d. 11. non ne transcribis à Magistro sent: authoritatem D. Pauli ad Tessal: cap. 3. vbi dicit. (Se velle ad eos redire, vt

ſuppleret Ea quę fidei eorum deerant.) non citata Epiſt: p. an 2.? ergo licebit ne inferre, quemadmodum Tu facis contra Nos. Vos; ideſt, Magiſter ſententiarũ Scriptor, & Ferchius tranſcriptor, falſificatis citationẽ ſecundam; cũ enim duæ ſint Epiſt: ad Teſſal: Vos, inquam, parumverſati in Sacra Scriptura, non citatis primã Epiſt: in qua Apoſt: ex p. cap. 3 ea, quę Vos dicitis: ſed citatis Epiſtolã ad Teſſal: quaſi vna tantũ ſit? pudeat, etiã per imaginationẽ, hoc inferre.

Ita pariter reſpondeo alteri tuæ grauiſſimæ obiectioni " quod „ pro n. 11. ſcriptus ſit vigeſimus primus; " cum verba illa (Tù Domine ſeruabis nos &c.) & in pſal: 21. non inueniãtur, Aequus Lector reponet ſuo loco, ſcilicet Verſ: 8. pſal: 11. nec reputabitur à nobis deceptus, cum ſenſum verborũ, ponderatione dignum, iudicabit; non iſtas ineptias, Critici Cenſoris perilluſtrem materiam.

Iterum non boni tranſcriptores ſumus, quia de noſtro, titulos iniurioſos addimus, opinionem transmigrationis animarũ (fabulam, figmentum,) appellantes per contumeliam; quod non fecerunt D. Auguſt: & Scotus.

Ita eſt Ferchi, vt dicis. Non boni tranſcriptores ſumus. Si quidem Authores huius opinionis, (impios, ſtultos,) de mente Auguſt: & Scoti nominare debebamus. atq; ita opinionem, (impiam, ſtultam, falſam doctrinam, errorem, & non ſolũ figmentum, & fabulam.) [De ſic opinantibus] inquit Pſalmiſta, ſcribit Scotus [in circuitu impij ambulant, ideſt dicunt reditiones ſæculares.] Auguſtinus vero. [ſatis autem illis exiſtimo conuenire, quod ſequitur in circuitu impij ambulant, non quia per Circulos, quos opinantur, eorum Vita eſt recurſura: ſed quia modo talis eſt erroris eo-

rum

rum Via, ideſt falſa doctrina.] & cap. 14. ſcribit. (in quorum ſtulta, impiaque doctrina, nulla liberationis, & beatitudinis animæ ſeruatur æternitas.]

Si [figmentum] eam appellauimus, imitati ſumus Alphonſum de Caſtro lib. 2. aduerſus hæreſes pag. 153. Vbi hanc opinionem inter hæreſes reponens, etiam (figmentum Poetarum] vocat. & D. Bonauentura 2. d. 18. q. 2. de 2. a. n. 39 qui eam (somnium) dicit. Cuius ad exemplar Reuerendiſſimus Vincentius Sgualdus Abbas Benedictinus Vir omni genę literaturę, ac ameniſſimi ingenij, in ſuo eruditiſſimo libro prætitulato (Republica di Lesbo) car. 316. veriſſime ſcripſit. (Si reproba da tutte le scuole il sognato paſſaggio dell'anime di Pithagora da vn corpo all'altro.)

Item Gregor: de Valent: Tom: p. diſp 6. q 2 punct: 2. col: 1336. eam [delirium] dicit, atque pro hoc teſtes citat Ireneum lib. p. cap. 2. Gregorium Niſſenum lib. de hominis opificio cap. 28. & in Diſp: de Reſſurrect: Animæ, Tertul: lib de Reſſur: carnis, & lib. de anima cap. 16. & D. Auguſt. hæreſi 46.

Si (fabulam) diximus; Te etiam authorem habuimus lib. de fabulis. Paleſtini Stagni pag. 53. vbi enaras Ariſt: placita Pithagorea adeò acerbè momordiſſe, vt inter (Pithagoricas fabulas reponenda decreuerit.

Siue ergo per contumeliam, ſiuè quod in Veritate ita eſt, & à grauiſſimis Viris affirmatur, Circulationem animarum. [fabulam, ſomnium, delirium, figmentum] appellauerimus, elige qoud Tibi magis arridet.

Tandem non boni tranſcriptores ſumus, quia in Philoſophia naturali noſtra, oppugnamus Circulationem Animarum, autho-

authoritatibus sacræ scripturæ;sicque procedendo ex ignotis contra sic opinantes, non benè D. Augustinum, & Scotum imitamur, qui eam in Theologia lumine supernaturali, confutarunt.

Iam diximus in Expurgat: 3. Nos Philosophiam, non ethnicā: sed Christianam ex Scoto transcripsisse. Vnde in ipsa tradenda, Vtroque lumine naturali & supernaturali procedimus. quare cum hæc Tua opinio possit considerari, vel vt habet Patronos Pithagoram, Platonem. & Arist: nobilissimos Gentium Philosophos, sic eam impugnamus rationibus naturalibus ex Scoto desumptis. quas rationes etiam vrget Alphonsus de Castro loco cit.

Vel vt habet aduocatos, [Simonem Magum,] vt apparet ex Ireneo lib. p. cap. 20. & ex Tertull: loco supra cit: item (Manicheos) teste August: hæresi 46. Item (Iudeos Thalmudistos,) vt apparret ex Eorum Thalmud ord. 4. tract: 2. quemadmodū refert Valentia cit: Item (Albanenses, & Albigenses Hæreticos) teste D. Antonino 3 par histor: tit 19. cap. p. & Alphonsus de Castro loc. cit & ita in eam inuehimus, etiam authoritatibus sacræ scripturæ quæ apud Acatholicos gradum Iudicis fidei tenent; atque sic partes Philosophi Christiani, & præceptum Concil: Lateran: sub Leone X. celebrati, per Nos adequatè adimplentur. sed de hac re fusius in expurg. cit.

Verum, etiam mihi libet, ex aduerso stropham, stropha reppellere. Tu itidem Ferchi bonus es transcriptor,& non bonus Bonus, quoniam dicta a Scoto,& ab alijs Doctoribus, vt patet in Expurg: 3 9. rescribere satagis; de tuo nihil addens, nisi Tibi genuina, ac natiua scommata, & conuitia.

Non

Non bonus, quoniam si irrepsit error Thypographicus, in nostris scriptis, vt pro psal: 11. legatur 21. statim calumniaris, quod Lectorem cumulemus nostris erroribus. Cum Tu pag. 101. transcribas à Nobis " nam p. phys: t. 23. " & in nobis legatur t. 27. In quo textu adest illa propositio (quod Vni est accidens, alteri nequit esse substantia;) quę in tuo t. 23. non legitur; sicque per Te falsificantur nostra scripta; & insuper cumulas Nos & Lectorem, malitiosis erroribus Tuis.

Non bonus, quia scribis pag. 250. " Magist: sent: 2. d. pr. authoritatem Ecclesiastici (prior omnium creata est sapientia] explicare de Angelis.. cum tamen Magister id præstet in d. 2. sicque per Te Lector deceptus.

Non bonus, quia scribis pag. 99. " Arist. in t. 118. ponere sensum cognoscere (exuperantiam) indeffinite; " cũ tamen Arist: dicat in textu [exuperantias] id quod à Nobis rectè declaratum per signum vniuersale [omnem exuperantiam.] atque ita per Te falsificatus text. Arist:

Non bonus, quia scribis pag. 29. " D. Bonauenturã 2. d. 7. q. 10. n. 71. asserere fuisse opinionem, quæ negauit Creationem, eo quod ad hoc vt aliquid creetur, necesse est creatum ita fieri, vt nihil ipsi facti præsupponatur, " cum tamen D. Bonauent: n. 71. nihil tale somnietur vt est videre; sicque per Te Lector deceptus: præterquamquod ostẽdis, quam sis versatus in Doctrina D. Bonauenturæ.

Non bonus, quia pag. 110. rescribis referendo solutiones nostras ad argumenta Cremonini. " ad 3. cum ait ibi ignẽ, & aquam substantialiter opponi, sed tamen opponi eo modo vt contigit substantiam substantiæ esse contrariam nimirum

mirum medijs accidentibus (quibus ſubiectæ ſunt.) Cum tamen in noſtris ſcriptis legatur (quibus affecta ſunt) ſcilicet elementa. atque ſic rurſus falſificata noſtra ſcripta. Inſuper & ſollecismus commiſſus (elementa ſubiectæ ſunt] Ommitto, quod truncatam reſponſionem adducas, & non integram, vt tanto magis furtum prætenſum detegas, ex relata tantum Vna reſponſionis parte; aut verius Lectorem decipias.

Non bonus, quia pag. 358. " Dicis exſcribere pauca ex Ficino, in argumento lib. 10. de Legibus (ſed Platonem velle ſcito &c.] cum tamen ea verba, reperiantur in argumento lib. 10. de Repub: & Iuſto pag. mihi 446. col. 2. ſicque per Te Lector deceptus.

Non bonus, quia pag 300 n 34. reſcribis à nobis diſp. 5. q. 2. a. 2. n. 68. col. 2. n. 15. " Vnde etiam, dum Corpus informat (in ſuo eſſe ſubſiſtit.) " quando in Nobis legitur. Vnde etiam dum corpus informat, (ſuo modo ſubſiſtit.) quæ particula limitatiua [ſuo modo à Te ablata; cum eo loco ſit valdè eſſentialis, indicat Te egregium falſatorem eſſe noſtrorum dictorum, & Lectoris ſollemnem deceptorem.

Non bonus, quia hic dicis, " Nos iniuſtè damnare tamquã
" figmentum, & fabulas Epicuri, & stoicorum opinionem,
" hoc eſt Circulationem animarum " Cum tamen reſcri-
" bas pag. 358. " Epicurum tenere mortalitatem animæ, &
" non iſtam immortalem Circulationem. "

Non bonus, quia hic collaudas Auguſtinum, & Scotum, quia in Theologia authoritatibus, & rationibus è ſupernaturali lumine ductis confutant opinionem Philoſophicã Epicuri,

&

& stoicorum, siue, vt Nos volumus, Platonicorum ; Cum tamen rescribas pag. 468. " minus congruere in Theologia, hæc philosophica pertractare.

Meritò igitur Nos irridebimus Te, Typicam festucam in scriptis nostris notantem, & Trabes in Tuis, Lamiarum more, non videntem.

Decimanona Querela Ferchij.

Quod Infideliter referamus ex Contareno textum 82. primi libri Physicorum.

SCRIPSIMUS in lib de Gen: & Corrup: disp. 5. q. 6. ad finem n: 142. post relatum Contareni fundamētum, quo ponit inchoationes formarum, referentes quandam præoccupatam illius responsionem : Neque hoc euitatur, si dicas sufficere, vt subiectum præcedat in quo forma producenda recipiatur. Minimè. nam Arist: pr. Phys: t. 82. probans materiæ necessitatem, in quacunq; rerum productione, ne ex nihilo fieri dicantur. (si enim fit, subijci aliquid oportet ex quo fit.) quibus verbis significari videtur necessitas alicuius subiecti, ex quo res fiat constitutiuè. nam si Arist: determinare voluisset, quod illud subiectum concurrere debeat, vt receptiuum tantum, non vtique dixisset requiri subiectum (ex quo) fiat, sed dixisset [in quo] fiat.

Ferchius pag. 25. ità queritur. " Non credidissem Vos tam infidè referre, nisi occulata fide hoc perspicerem. scribitis.

„ Arist: p. phys: t. 82. probans materiæ necessitatem in qua-
„ cunque productione. Contarenus verò ait. [ex litera
„ 82. t. p. phys: in qua probans Philosophus æternitatem ma-
„ teriæ, ex eo quod illa aliquando producta fuisset, id factū
„ esset ex alia materia.) Contarenus probans (æternita-
„ tem,) inquit. Vos pro [æternitate, necessitatem] ma-
„ teriæ ponitis. Differunt (necessitas, & æternitas) pro-
„ fectò. Arist: in p. phys. t. 52. probat necessitatem mate-
„ riæ in quacumque generatione, & corruptione, vt præter
„ duo contraria ponatur subiectum, quod eis subijci possit,
„ & ex quo subiecto, cum forma, constare possit compositū.
„ Vos autem quod factum est in 52. transtulistis ad 82. fal-
„ sam citationem, Contareno veraci incitando, ascribentes.

Decimanona Expurgatio Mastrij

ALIVM emaculatorem huius Tuæ præsentis impo-
sturæ, nollo præter Te ipsum. [oportet mendacē
esse memorem] mi Ferchi, quemadmodum tu scri-
bis obser: 15. ad Goffredum Torquati Tassi pag. 83. audiā-
tur ergo, quæ ex aralsti Vestig: p. cap. 17. nu. 49. quando
per Te tolluntur argumenta Perrerij, & Piccolominei.
Primum argumentum, quod refers est hoc. " Arist: & Peri-
patetici putant euidenter demonstratum esse æternitatem
„ materiæ primę in p Phys. t. 82. quia si vnquam fuisset pro-
„ ducta, oporteret, eam esse productam ex aliquo subiecto;
„ quare ante materiam, esset alia materia, & sic res procede-
ret in infinitum. " Respondes, eos authores mentiendo.

Ari-

„ Aristotelem ibi probare materiā esse ingenerabilem, & in-
„ corruptibilem, eo modo, quo generantur, & corrumpuntur
„ composita, non autem esse æternam. Vnde n. 50. habes
„ hæc verba " miror autem istos Viros alioqui eruditos, ex
illo t. 82. p. phys: asserere æternitatem materiæ; cum in te-
„ xtu, materia non dicatur æterna "

Si ergo per te, verax est Contarenus; dum ait in t. 82. probari æternitatem materiæ. Iam Tu deprehenderis mendax Vestig: p. loc. cit. atquè fatuè miraris Perrerium, & Picolom: itidem asserentes.

At Nos fideliter, Contareni præocupatam respōsionem afferimus; quando Tu illam pag. 25. non defendis, sed grauiter offendis Illustrissimum Virum. Audiantur formalissima verba Contareni Tom: p. q (de formarū origine) cap. 10. [Nec dicat aliquis, inde tantum colligi necessitatem alicuius subiecti, in quo res producenda recipiatur, non tamē inferri necessitatem alicuius principij, ex quo res ipsa constitutiuè fiat. Tollitur enim hoc effugium ex litera 82. t. eiusdem p. phys. in qua probans Philosophus æternitatem materiæ, ex eo quod, si illa aliquando producta fuisset, id factum esset ex alia materia; ea verba profert. si enim fit subijci aliquid oportet, ex quo fiat. quibus expressè significari videtur necessitas alicuius subiecti ex quo res fiat constitutiuè: nam si determinare voluisset Arist: quod illud subiectum concurrere debeat, vt receptiuum tantum; non vtique dixisset requiri subiectum ex quo fiat: sed dixisset in quo fiat.) ita Contarenus.

Ex quibus verbis, constat, totum eius intentum in hac præoccupata responsione fuisse, ostendere ex illo t. 82. In

cuiuscunque reifactione, interuenire debere materiam, non tantum vt subiectum [in quo] formæ, & mutationis; sed etiam [vt ex quo] constituatur intrinsecè res facta. Vnde de materiæ æternitate, non laborat ibi, sed de necessitate alicuius subiecti, ex quo res fiat constitutiuè. Atq; talem necessitatem intendit deducere ex Arist: t. 82. cit. dum probat materiæ necessitatem, vt principij constitutiui rei factæ. quamobrem, licet (necessitatem] posuerimus, in nullo Contarenum offendimus, qui in hoc proposito de (æternitate) materiæ, sollicitus non est, sed de [necessitate) per modum principij intrinseci constitutiui, vt manifestissimè constat ex verbis eius relatis.

Debebas ergo, non occulata tantum: sed occularia etiam fide perspicere (quod septuagenario expedit.] atque sic aduertisses, nos, minus t. 52. in 82. transtulisse: sed fidelissimè, quæ Contarenus scripsit, retulisse.

Quam verò Tu sis candidus, ac fidelis in referendis dictis sacræ scripturæ, Arist: nostris, ac demum Tuis, cautim obseruemus. Et primò, quo ad loca scripturę pag. 35. linea p scribis. " sapientiæ 13. [Non enim erat impotens manus Tua, quæ creauit Orbem Terrarum de materia infor-
" mi. " At pag. 246. lin. 6. rescribis. " Sapientiæ cap. 11. [non enim impossibilis erat omnipotens manus Tua, quę creauit Orbem Terrarum ex materia inuisa.) quæ citatio, secundum Vulgatam, verè reperitur in illo cap. 11. vers. 18. quemadmodum altera, secundum aliam translationem relata, in cap. 13. certè non legitur.

Item pag. 292. Cum te corripuissemus ex eo quod, non debebas hanc falsitatem relinquere probatam; quod [omnis

forma

forma substantialis est separabilis,] vt ostenderes hanc veritatem, quod anima rationalis est separabilis, quia (non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.) Tu contra Nos scribis. " Tertio maior propositio. (Non sunt faciẽda mala vt veciant bona;) est Apostoli, " [atque citas in margine eundem ad Roman: cap. 3] sed hæc propositio, minus legitur eo loco à te citato; sed bene totum contrariũ legitur; cum Apost: ibi se expurget à calumnia quorumdã, qui aiebant, eum dicere, (faciamus mala, vt veniant bona.) legatur textus; & deprehendetur; si verũ est, quod in fine tuæ Inuectiuæ contra Nos, illius pag. 292. replicas: " Ista sunt vera mala, homine Christiano, Franciscano, ,, indigna, de quibus dixit Apost: (non sunt facienda mala, ,, vt veniant bona]

Nec magis sincerus es in cit: tex. Arist: nam pag. 212. n. 62. dũ conaris ostendere. Numquam Arist: dixisse formam fieri ex materia; sic Nos subsannas. " Obsecro Vos, respirate ad Veritatem. Arist: in p. phys. posuit ipsum (fieri ex) ,, vt ex termino, velut ex parte. In p. de gen. animalium, ,, adiecit duo significata fieri (ex) efficiente, & fieri post ,, aliquid in 5. Metaph. t. 29. sex posuit significata; subdi- ,, uidens aliqua ex istis quatuor; & quod notabile est; nullo ex his locis, per particulam (ex) declarauit habitudinẽ formæ ad materiam; Vt Vos, id quærentes in Arist: [Scirpi nodum quærere) videamini. "

At legatur lib. 5. Metaph: cap 29 [de ex aliquo.] t. 29. vbi in versione Bessarionis Cardinalis Nicæni Interpretis: sic loquitur Aristot: [ex sensibili namque materia, composita substantia est; forma quoque ex materia.] en rer-

chi

chi occulata, atq; occularia fide, [Nodus repertus in Scirpo.) En quàm verum sit, Te conspirare contra Veritatem, cũ asseris. " & quod notabile est nullo ex his locis per particulam (ex) declarauit habitudinẽ formæ ad materiam. "

Insuper in lib. p. de gen. animalium cap. 18. non solum illa duo significata, recenset arist. fieri [ex] efficiente, & fieri [post) aliquid; sed etiam alia, & præsertim Vnum Contrarium fieri ex alio contrario, vt ex termino recedente, formam nimirum ex priuatione, & ex alio tanquam ex subiecto manente, scilicet ex materia.

Prodeant arist. verba . [gignitur enim contrarium ex contrario, quod corrumpitur,] hoc spectat ad fieri formæ x e priuatione, quæ obijcitur, (& aliud quidpiam subijci oportet, ex quo primo immanente sit.] hoc spectat ad fieri formæ ex materia.

Nec dici potest, particulam (ex quo) hic dicere habitudinẽ partis; quia hic de factione Contrarij simplicis, nempe formæ loquitur: non de factione compositi; quia de factione compositi, & habitudine (ex quo,) tanquam ex parte locutus fuerat supra, quando dixerat [alio,](scilicet modo) [cum ex ære Statuam, aut ex ligno lectum, & quæcunque ex materia fieri dicimus, vt ex aliquo, quod insit, & formetur totum sit.]

Quò ad infidam relationem nostri textus. legatur expurgatio 18. & insuper pag. 100. tui libelli. quo loco, vt ostendas Nos quamdam impugnationem Ragusęo surripuisse, fingis Nos tale argumentum formasse disp. p. de gen. pag. 22. col. 2. n. 11. " Vnio est relatio, relatio non habet vim trásmutandi accidens in substantiam, ergo &c. " quod argumentum

mentũ, neq; ibi reperitur, neq; in ea tota quæst: vel articulo. Quid plura? nec Tibi parcis in fide referendo Tua dicta, & tunc vel maximè, cum à rationibus nostris pressus, ab ijs Te liberare conaris.

Primum experimentum sit. Nos disp. 5. q. p. a. p. diximus Ferchium nuncupasse priuationem (Nihil) quando in Vestig. p. cap 4. ad finem n. 10. recolligens dicta responsionis ad quoddam dubiũ incidens inquis. " Colligo dicta.
„ aliquid per accidens fit ex nõ ente, vel secundũ partẽ, vel se-
„ cundum Totum, concedo: quia ipsum (Nihil) nõ inest facto,
„ aliquid per se fit ex non ente nego. quia ipsum [Nihil]
„ non inest facto." At Tu pag. 175 n. 20. ais, hanc esse nostram imposturam, atque protestaris, nunquam in illo cap. 4. etiã à longè innuisse priuationem posse dici (Nihil) quapropter illa eadem Verba, ex quibus hoc Nos colligebamus, repetendo scribis " (quæ hic rescribo, vt agnoscat
„ Lector, meos offensores hæc vidisse, sed fraudulenter omis-
„ sisse) Colligo dicta. aliquid per accidens fit ex non ente, vel
„ secundum partem, vel secundum Totum, concedo. quia
„ ipsum [Non ens] non inest facto, " &c.

Conferantur hæc verba Libelli, cum Verbis Vestigationis, à nobis fideliter relatis, & videbit discretus Lector, Verbum [Nihil] fraudulenter à Ferchio transmutatum in Verbum [non Ens,] ne conuincatur appellasse, etiam à longè priuationem (Nihil.) quando concedit ipsam esse (non ens.) sed mordicus negat posse dici (Nihil.)

Secundum experimentum sit pag. 191. quando Nos his ver-
„ bis corripis. " Peregrinum nimium est apud Vos, infideliter
„ referre. nam in Vestig: p. cap. 14. n. 41. adduco t. ex p. de

Gen:

„ Gen: animalium cap. 14. & dico in p. de Gen: animalium „ cap. 18. quatuor afferuntur significata huius phrasis (ex al- „ tero fit alterum.) " quibus verbis in eadem linea, patten- tissimè (sed non sine risu) conspicitur, quam Tu peregri- neris à fidelitate in referendo, [quod Vitium Tuum, no- bis obijcis] cum scribis: " adduco t. ex p. de Gen: ani- „ malium cap. 14; & dico, in p. de Gen: animalium cap 18. " Viuat Deus; nec ebrius ita adduceret, & diceret, quemad- modum Tu adducis, & dicis.

O quam benè Tibi quadrat, quod D Hieronymus in Apolog: aduersus Ruffinum pag. 881. scripsit. [Tu qui per singu- las paginas fumos nostros ventilas, non intelligis, videre Nos caligines Tuas, & turbines? At hæc sufficiant; plura legantur in præcitata Expurgat: de Ferchiana infidelitate in referendis suis, ac alienis dictis.

Vigesima Querela Ferchij.

Quod Auicennas à Nobis falsò citatus fuerit.

SCripsimus in lib. de Gen; & Corrupt: disp. 5. q. 6. n. 145. Gemina occurrit difficultas. Prima est; an Causa effectiua generationis, & productionis substantialis formæ, sit ipsum agens immediatum, quod præuia alteratione materiam disposuit, vt v. g. an ignis, introducto prius calore, & siccitate in ligno, sufficiens sit ad educendam quoque formam ignis ex ligni materia; an potius recurrendum sit ad aliud agens separatū,

quod

quod illi materiæ ab agente immediato disposita, formas producat, vt ad Cœlum, sicut putauerunt Fernel: lib de abditis rerum Causis cap. 5. & Ragus. disp. 16. Peripat. cap. 17. Vel ad intelligentiam quamdam separatam, vt opinatus est Auicennas lib. p. sufficientiæ cap 5. & 4. Metaph. cap. 4. Vel etiam ad ipsum Deum, vt totius Naturæ Authorem, vt probabiliter proponit Arcs: p. de gen. q. 20. sect 4 concl. 5.

Ferchius à pag. 85. vsque ad 87. ità quæritur, " Secundam „ opinionem Auicennæ commemorat Contarenus eadem qu. „ car 140. lin. 18 (produci scilicet formas ab intelligentia „ omnium infima, qualis est illa, quam posuit Auicenna in p. „ Suff: cap. 10. ac 9. Metaph. t. 4. ipsam datricem formarũ „ appellans."] At in commemoranda Auicennæ citatione, „ Vos discrepatis à Contareno. ille namque citat lib. 9. Me- „ taph. cap 4. Vos lib. 4. cap. 4. Volui periculum facere, an „ falsa citatio facta sit à Contareno, an à Vobis. Accipio „ Metaph. Auicennæ in lib. 4. suæ Metaph non sunt nisi tria „ capita. Et Vos citatis quartum: igitur falsi estis, vel alios „ fallitis quoniam autem libri trãscripti corriguntur ad nor- „ mam originalis. has citationes primæ, & secundæ opinio- „ nis transcripsistis à Contareno. quare vester liber est corri- „ gendus iuxta veram citationem Contareni. Auicenna „ quippe in 9. Metaph. cap. 4. veraciter habet, quæ à Conta- „ reno dicuntur.

„ Item pag 86. n. 82. ità quæritur. " Sed pro opinione „ Fernelij, & Ragusei, Contarenus adducit duos textus. „ Primum ex secundo phys: t. 26. [Sol, & homo generant „ hominem.] vt ab homine, materia, à Cælo sit forma cor-

„ poris. Secundum ex p. Metheor: cap. p. [inferiorem
„ mundum regi à superiori cælesti latione.] Eosdem duos
„ textus citatis Vos, nominando Fernelium, & Ragul. sup-
„ presso nomine Contareni, à quo transcribitis. Contare-
„ nus, proprio inuentu, respondet ad primum. [Non signi-
„ ficat Philosophus, quod homo producat Corpus, & Cœlũ
„ animam. Sed quoniam in quauis generatione, requirun-
„ tur agentia extrinseca, scilicet vniuersalia, & remota, atq;
„ particularia, & proxima, quæ corpus geniti præparent ad
„ formæ receptionem; ideo in generatione hominis concur-
„ rit Sol, vt agens vniuersale, & homo, vt Causa Vniuoca, &
„ specifica.] eamdem prorsus responsionem rescribitis, ta-
„ cito nomine Contareni, à quo rescribitis.
„ Ad secundum respondet Contar. [Non significari ab Ari-
„ stot: mundum hunc à Cœlo gubernari, quò ad productio-
„ nem formarum; sed solum quo ad influxiones in corpora
„ per alterationem disponenda regi.] eamdem responsio-
„ nẽ rescribitis. Sed Contareni nomen non ascripsistis quid
„ ita? quoniam alienos labores, & alienam laudem, ad Vos
„ trahere voluistis, non Inuentori, vt erat iustum, tribuere. la-
„ borauit ergo Contarenus, non sibi; sed Vobis.

[Sic Vos, non Vobis mellificatis apes.]

„ Vos ergo quasi Vespæ, mel Apis argumentosæ sugitis, &
„ Apem ingratè pungitis. at aduersariorum nomina scripsis-
„ tis. qua de Causa? nimirum, vt Vos sapientiores, Authori-
„ bus impugnatis videremini; qui soluere potuistis nodos, qui
„ eis insolubiles visi sunt. Vndique Amor propriæ vestræ
„ gloriæ conspicitur, siue dum alios nominatis ad eos obscu-
„ randos, siue dũ non nominatis, ad Vos scilicet illustrandos

lumine

„ lumine alieno." Et sequitur, adeo in rabiem versus insaniæ contra nostram famam, & doctrinam, vt duos Libellos famosos, pro Corollario feracitati eius, in maledicendo, adiungat.

Vigesima Expurgatio Mastrij.

DIVVS Ambros. apud Carolum Scribanum lib. p. de prudenti, ac religiosa gubernatione cap 24. breuibus, teterrimi Vitij iræ mala, complexus est, cum inquit: [Ira inter cetera Vitia nihil asperius, nihil inuenitur amarius, quæ dum vltra modum efferbuerit, atrociter mentem exulcerat, sensum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat, totumque corpus perturbat. hinc protinus rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, tumor mentis, & blasphemiæ suscitantur.]

En totum veritate comprobatum in hac præsenti stomachosa Querela, cordate Lector; Ecce Ira Ferchianæ contumeliæ in nos, " cũ falsos, deceptores, ingratos, transcriptores furaces, feraces in maledictis, nuncupat. Ecce blasfemiæ dũ Vespas mel Apis argumentosæ sugentes, & Apem ingratè pungentes appellat. En indignatio, ac tumor mentis cum scribit. " Vndiq; amor propriæ vestræ gloriæ conspicitur, siue dum alios nominatis ad eos obscurandos, siue dum non nominatis ad Vos scilicet illustrandos lumine alieno." En tandem clamor, & rixæ de falsa citatione in Metaphysica Auicennæ, dum pro libro nono Typographus impressit (lib. 4.)

Quis unquã, humanissimè Lector, crederet in præcordi js frigidissimis septuagenari j Viri, ad occasum properantis, adeo flauam bilem efferuescere, vt nec florenti cedat ætati ita planè est, vt monuit Cato.

Nam cuicumque Seni puerilis sensus inhæret.

At retundamus edentuli hominis, singula dentata; & quidem. Primo. Opinio Auicennæ de Intelligentia, seu Colchodea, hoc est, datrice formarum, est adeo obsoleta, trita, ac frequens apud omnes Authores, vt prorsus ridiculũ sit, quod intendit Ferchius; eam, nimirum, Nos vidisse solum apud Contar: Etenim huius opinionis mentionem facit Subtilissimus Præceptor p. d. p. q. p. a. §. (quantum ad secundum videtur esse opinio auicennæ.] & in 4. d. p. q. p. §. [pro opposita parte quæstionis, videtur esse opinio Auicennæ.] quemadmodum Nos obseruauimus disp. 7 phys: qu, 6. a. 2. n 88. atq; eam fusissime declarat P. Fauentinus 7. Metaph: disp. 15. cap 2. quem Conscotistam, nos in eum finẽ citauimus eo ipso loco disp. 9. de gen: & corrup: q 6, n. 146 Vt manifestum esset Lectori, quemnam Authorem, præcipuè prosecuti fuerimus in hac q: (de productione formarũ] Et eò magis hoc conuincitur ex ipsa citatione nostra. Nam Contar: citat primo Auic: lib. p. suæ suff: cap. 10. (quo loco, Auicen: agere de emanatione, seu productione formarum ab intelligentia, liberè mentitur Contareno, Pater Fauent: loc. supra cit.) Nos autem citamus lib. p. suff. cap. 5. de qua citat: Ferchius, nec vllum verbum, neque periculum factum, an citatio esset falsa.

Secundo; Voluit ergo periculum facere, an secunda citatio Auicen: in 4. Metaph. cap. 4. tanquam à citatione Conta-

rena discrepans esset falsa. Sed quid facit in re tanti momenti? Statim accipit Metaphysicen Auic: incipit Codicem voluere diligenter quærit, scrutatur, legit, inuenit tādem subtilissimam, quam vestigabat speculationem; scilicet in 4. lib Metaphys: per nos citato, non nisi tria capita reperiri. cum tamen, Nos citemus quartum; quapropter hanc acutissimam consequentiam elicit. " igitur falsi estis, vel alios fallitis. "

Nonne veteri prouerbio datur locum (Anus saltat?) quasi verò, non sit facillimum Impressori, pro figura num. 9. per quam simili figuræ n. 4. hanc pro illa imprimere, atquè sic venialissimè labi? quis est, tam accuratus Aritmethicus, vt aliquando non erret, vnam figuram pro altera, scribens? (facile innumeris erratur) inquit Aug: lib. 15. de Ciu. Dei cap. [& sæpè negligenter describuntur, & negligentius emendantur.)

Ille Tu tam diligens in alienis operibus erratorū quæsitor, nonne pag. 307. Tui Libelli; ad probandam separabilitatē formæ substantialis à materia, citas Arist: 7. Metaphys: t. 15, (Accidit igitur duobus modis dici substantiam.) Cum tamen falsissimum sit, Arist: eam authoritatem, loco per Te cit. habere; prout est videre occulata, & ocularia fide apud eum locum; si quidem, ea legitur in 5. Metaph; t. 15 Igitur licebit etiam Nobis hoc iuditium de Te facere: Vel " falsus es, vel alios fallis, : pudeat, vt alias diximus, has vilissimas quisquilias peruestigare.

Tertio pergis. " quoniam autem libri transcripti, corriguntur ad formam originalis. " Ità sanè est, vt dicis: sed pla" nè falsum est, quod addis " Nos opinionem Auicen: tran-

scripsisse

scripsisse à Contargno! " quando eam, in Scoto loc. supra cit. legerimus, iam dudum obseruatis per Nos disput: 7. phys. cit. Ergo ad normam primi originalis, quod est scriptum oxoniense Scoti, & non Contareni, vt Tu dicis, Typographicus iste error corrigendus est, vt scilicet pro 4. libro Metaph: legatur 9. Metaph: Auicenna quippe, veraciter eo loco habet, quæ à Scoto dicuntur, & à Contareno transcripta fuere.

Quarto dicis. " Nos transcripsisse à Contareno duos illos te-
,, xtus 2. phys. t. 26 & ex p. Metheor: cap. p. nec non respó-
,, siones ad eos; nominatis Fernelio, & Raguseo. Sed Con-
,, tareni nomine suppresso, à quo transcripsimus. " O quã aptè D. Ambrosius supra citatus scripsit. (Iram oculos obumbrare.] Nos scripsimus. (oportet hunc Mundum inferiorem cælestibus lationibus esse continuum, vt omnis eius Vis inde gubernetur. p. Metheor: cap. 2.) Tu ve-
,, ro scribis. ,, Nos à Contareno hanc authoritaté transcrip-
,, sisse, & citas Arist: p. Metheor: cap. p. "

Inter cap. p. & 2. mi Pater Vestigator Peripateticæ doctrinæ, multa differentia est. Vnum ergo ex his quatuor sequitur necessario. Vel te falsificasse nostra scripta, aut verius Cõtareni, aliter ac Tu citantis loc. cit. linea 10. Vel Nos hãc authoritatem à Contareno, non mendicasse; cum ille per Te citet caput primum primi Metheor: Nos verò secundum cap. aut tandẽ Te fallum esse, vel alios fallere cum imponas Arist: quod in cap p. nec excogitauit.

At ad rem veniamus. Textus à Contareno citati pro opinione Fernelij, & Ragusei, quemadmodum, & eius responsiones; non sunt ex proprio Contareni pœnu, quemadmodũ

Tu

Tu contendis. Neque enim, Vir ille doctissimus, ac modestissimus, tãtum sibi arrogat, sicuti Tu sepe assoles, " qui textus à nemine citatos proferre gloriaris. Sed sunt adeo communes, aut verius dixerim communiores, vel saltim eque communes, ac sint illæ duodecim Tuæ rationes, quas " Tuo labore dicis insumpto " confecisse ad probandã (omnẽ formam substantialem esse separabilem) *Vestig*:6. lib. p. cap. 2. quẽadmodum demonstraui tom. 2. Metaph: meæ disp. 12 q 5 a. p. Legatur Contarenus loc: cit: pag. 154. linea 18. adducens illos duos textus, tanquam fundamentum Fernelij, & Ragusei, & eorum inuentum.

Videatur insuper P. Fauentinus 7. Metaph: disp 15. ad quem remisimus Lectorem in eo ipso loco disp. 5. q. 2. nu. 146. vbi illos duos text. in contrarium adduximus. Videatur inquam disp. 15. cit. cap. 2. pag. 691. ab initio. vbi primũ textum adducit pro opinione defendente formas substantiales à Cælo produci his verbis. [**Probant hanc suã opinionem) scilicet Durandus inter alios 2. d. 12. p. 2. q. p.)** (argumento principali, quia ex Arist: homo. & Sol generant hominem 2. phys. quod autem vim generatiuam habet super principale, & supremum, habet etiam super inferiora.) Deinde in eadem columna, in fine, reijciendo hanc opinionem, ab initio cap. 3. explicat hanc authoritatem his verbis. [Neque dicendum est, quod formæ istæ producantur à Cœlo, vel ab intelligentia aliqua immediatè, quia rationes factæ ab Arist: contra Ideas Platonis hic concludunt. generans enim debet esse determinatum, & producere determinatum genitum, idest vnum numero distinctũ, & simile in specie; at intelligentia, & Cælum est agens vni-

uersale

uersale, non vnum numero determinatum, ideo non posset producere vnum numero determinatum. Præterea generatio inter ista entia naturalia est vniuoca vt pattet. homo enim generat hominem; sed Cælum, & intelligentia, & ista inferiora non sunt vniuoca vt pattet.) Hæc Pater Faber.

Ex quo deducitur, hanc doctrinã responsiuam, esse ipsiusmet Arist: dum arguit contra Ideas Platonis, attestante Fabro, teste enim omni exceptione maiore, non autem ab ipso Contareno inuentam: affirmante Ferchio, " nullius frugis homine, " sicuti de se ipso fatetur pag. 295.

Textus alter ex primo Metheor: Itidem refertur à P. Fabro eodem cap. 2. pag. 689. col. 2. ad medium licet locum non citet; quod & consultius pariter fecisset Ferchius, eum non citasse, quam, falsam citationem protulisse (quia hæc inferiora (inquit Faber) (à cælestibus superioribus reguntur, & gubernantur, & sic ab illis solis habet esse). Ad quem postea respondet cap. 3. in fine, eodem modo, sicuti ex Ferchio respondet Contarenus.

Addo, easdem authoritates, & responsiones pro illa opinione, adduci etiam ab Auersa q. 37. suæ philosophiæ sect. 5. sicuti & Vniuersaliter ab omnibus alijs Doctoribus, qui hanc q de origine formarum pertractant. Vnde apposite, Terentius in Eunuch: scripserit. (Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius. quare æquum est, Vos cognoscere, atque ignoscere.)

Non ergo Nobis laborauit: sed sibi, Contarenus, qui præcitatæ doctrinæ Author nequaquam fuit. fabricauit Nobis eã Conscotista Pater Faber loc. cit. cuius & nomen Nos gratè

ascrip-

ascripsimus eo loco disp. 5. paruimusque monito Poetæ: (gloria inuenti redire debet ad authorem suum.] adeo vt, mera impostura Tua sit, cum scribis " alienos labores
„ & alienam laudem ad Nos trahere voluisse, supprimendo
„ nomen Contareni, & non inuentori, vt erat iustum tri-
„ buere. "

Non est, Ferchi, prodigium de raro contingere solitum, quod authores haud infrequenter, scribentes, easdem rationes tangant, difficultates proferant, solutiones adhibeant, quas alij, ipsis omnino inscijs, tetigerunt, protulerunt, adhibe-runt. Certè apud eruditissimum Antoninum Dianam, quã sæpè, hæc verba, aut his similia leges. [At post hæc scripta, inueni omnia supradicta docere iterum doctum Bonacinam in Bulla Cænæ tom. 3. disp. p. q. 2. punct. 4. n. 9.]

Videatur inter alia loca. Par. 3. tract. 6. miscellan: resol: 7. in fine. Quasi eadem veritas, mentes clarissimorum Doctorum coniungat, quemadmodum Tu scripsisti, Illustriss. Contareno accidisse pag. 80. tui Libelli, quando cũ S. Bonauentura in p. d. 19. q. 6. & 2. d. 13. q. 5. & 6. docuit, ipsũ Indiuiduum fieri hoc, & vnum numero, ex coniunctione formæ ad materiam.

Audi lepidissimum casum, quem sibi contigisse scribit Hieronimus Onuphrius Rom: Theologus Collegiatus, & publicus Lector in Sacris Litteris in Bononiensi Archigimnasio, in [disputata dubitatione de Horis Canonicis recitandis,) relata à Bartholomeo Gauanto in suo Thesauro Sacrorum Rituum tom. 2. pag. 273. col. 2. in fine.

Tandem [sunt ipsissima verba doctissimi Onuphrij) (quod Lectorem admonitum volo, illud est, post hanc à me

uersale, non vnum numero determinatum, ideo non posset producere vnum numero determinatum. Præterea generatio inter ista entia naturalia est vniuoca vt pattet. homo enim generat hominem; sed Cælum, & intelligentia, & ista inferiora non sunt vniuoca vt pattet.) Hæc Pater Faber.

Ex quo deducitur, hanc doctrinã responsiuam, esse ipsiusmet Arist: dum arguit contra Ideas Platonis, attestante Fabro, teste enim omni exceptione maiore; non autem ab ipso Contareno inuentam, affirmante Ferchio, " nullius frugis homine, " sicuti de se ipso fatetur pag. 293.

Textus alter ex primo Metheor: Itidem refertur à P. Fabro eodem cap. 2. pag. 689. col. 2. ad medium licet locum non citet; quod & consultius pariter fecisset Ferchius, eum non citasse, quam, falsam citationem protulisse [quia hæc inferiora (inquit Faber) (à cælestibus superioribus reguntur, & gubernantur, & sic ab illis solis habet esse). Ad quem postea respondet cap 3. in fine, eodem modo, sicuti ex Ferchio respondet Contarenus.

Addo, easdem authoritates, & responsiones pro illa opinione, adduci etiam ab Auersa q. 37. suæ philosophiæ sect. 5. sicuti & Vniuersaliter ab omnibus alijs Doctoribus, qui hanc q de origine formarum pertractant. Vnde apposite, Terentius in Eunuch: scripserit. (Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius. quare æquum est, Vos cognoscere, atque ignoscere.)

Non ergo Nobis laborauit: sed sibi, Contarenus, qui præcitatæ doctrinæ Author nequaquam fuit. fabricauit Nobis eã Conscotista Pater Faber loc. cit. cuius & nomen Nos gratè

ascrip-

ascripsimus eo loco disp. 5. paruimusque monito Poetæ: (gloria inuenti redire debet ad authorem suum.] adeo vt, mera impostura Tua sit, cum scribis " alienos labores
„ & alienam laudem ad Nos trahere voluisse, supprimendo
„ nomen Contareni, & non inuentori, vt erat iustum tri-
„ buere "

Non est, Ferchi, prodigium de raro contingere solitum, quod Authores haud infrequenter, scribentes, easdem rationes tangant, difficultates proferant, solutiones adhibeant, quas alij, ipsis omnino inscijs, tetigerunt, protulerunt, adhiberunt. Certè apud eruditissimum Antoninum Dianam, quã sæpè, hæc verba, aut his similia leges. [At post hæc scripta, inueni omnia supradicta docere iterum doctum Bonacinam in Bulla Cænæ tom. 3. disp. p. q 2. punct. 4. n. 9.]

Videatur inter alia loca. Par. 3. tract. 6. miscellan: resol: 7. in fine. Quasi eadem veritas, mentes clarissimorum Doctorum coniungat, quemadmodum Tu scripsisti, Illustriss. Contareno accidisse pag. 80. tui Libelli, quando cũ S. Bonauentura in p. d. 19. q 6. & 2. d. 13. q. 5. & 6. docuit, ipsũ Indiuiduum fieri hoc, & vnum numero, ex coniunctione formæ ad materiam.

Audi lepidissimum casum, quem sibi contigisse scribit Hieronimus Onuphrius Rom: Theologus Collegiatus, & publicus Lector in Sacris Litteris in Bononiensi Archigimnasio, in [disputata dubitatione de Horis Canonicis recitandis,) relata à Bartholomeo Gauanto in suo Thesauro Sacrorum Rituum tom. 2. pag. 273. col. 2. in fine.

Tandem [sunt ipsissima verba doctissimi Onuphrij) (quod Lectorem admonitum volo, illud est, post hanc à me

Fff scri-

scriptam, & confectam dubitationem, cum illam [de more) castigatione familiari Adm. R. P. Homoboni de Homobonis, ex Pænitentiarijs in Metropolitana Ecclesia S. Petri Bononiæ, quem ego semper obseruaui, tum præcipuè in his satis consumatum Virum, subiecissem; amico animo accomodasse mihi perlegendum Libellum inscriptum. [De obligation: Clericorum,) conscriptum vero à Paulo Squillante, in quo erat hic casus, de quo disputauimus; cui libenter morem gerens acquieui.. accepi libellum, atq; ex animo perlegi multa in eo, quæ [sit Deus testis) ex meo Marte, me adinuenisse iactabam. Vt bono Amico Homobono subridens dixerim. Tandem fateri neccesse est, verissimum illud esse, quod in ore omnium est. (nihil iam dici quod non prius fuerit dictum.) Hæc ideo dixi, humanissime Lector, quod si citatus Author, ad manus deuenerit; ne existimes velim, me ab illo aliqua furatum esse, quæ iam scripserim, quamquam & maxime gauisus sum, me hac in difficultate pertractanda, non noua excogitasse, vt alij [quos bonos volo] nisi sunt dixisse: sed quæ alijs, & vera, & rationi conformia existimata sint, scripsisse. hæc eruditissimus Vir de se ipso testata voluit; atque satis in hoc proposito dicta.

Ad conuitium, quod tandem addis in fine Tuæ querelæ." Nos „ quasi Vespas mel apis argumentosæ sugere, & apem ingratè pungere, " liberè tibi pernego, quemadmodum hucusq; in faciem Tuam ostendi. Eum genium non habemus Ferchi, quem tu nobis impingis. Libentissimè nomina Eorũ, per quos proficimus, scripto pandimus; Vnicuique, quod iustum est, laudem tribuentes. legatur expurg: 39. & prudens

dens Lector aspiciet, etiam Te Iudice, nostram gratitudinem ad alios illustrandos, & quantum mellificauerimus in aluearibus philosophicis.

At Tu asper crabro, quot argumenta quot maximas, quot dubiorum solutiones, à Subtilissimi Præceptoris Apiario (eius nomine suppresso] Sugis, carpis, voras, mandis? experimentum sit, ac pro mille valeat, id quod legitur in Vestig: p. cap. 13 n. 4. vbi integram rationem [cur forma non sit ratio producendi materiam, similem illi à quà dependet,] accipis à Scoto 4. d. p. q. p I. I. & ne subtilissimo Præceptori (ingratissimus hominum) acceptam referas, eam adscribis Arist: 2. de gen. animalium cap. 6. quo loco, nec somniauit Philosophus, quæ Tu scribis. Conferantur verba à Te citata, cum omnibus illis contentis in cap. 6. secundi de gen: animalium, & palpabiliter aduertet prudens Lector, quam Tu in citando Arist: falsus sis, vel alios fallere percupias.

Adiungo. Si quando contingat, Nos apud Te visum repertũ facere doctrinæ Cõmunis Præceptoris; quẽadmodũ exẽplũ potest esse pag 331 Tui Libelli, statim ingratissime clamas 372 " Si accepissem aliquam propositionem ex Scoto, id non fecissem, quia Scoti est; sed quia ex eodem fonte accepi, ex quo Scotus accepit, nempe ex Arist: " Ergo; an Tu Vespa, seu crabro, pungas ingratè Apem Scoticam, Tibi mellificantem, singulari misericordia, Serenissimæ Reipublicæ Venetæ; ex his quæ in hac; atque ex illis, quę expurg: recensuimus, Aequus Lector Iudex esto.

Vigesimaprima Querela Ferchij.

Quod nonnullos Arist: textus, à Ferchio notatos, rapuerimus.

CUM pluries contingat citare text. Arist: vel ad probandas thæses, vel ad respondendum argumentis. Quemadmodum exempli gratia fit disp 5 de Gen: q. 7. a. 2. nu. 169. Vbi ex ipso Ferchio rescribimus. Nec dicat Ferchius, hoc colligi ex 2. de gen. cap. vlt. Item, quod confirmat Ferchius ex 4. de gen. animalium cap. vlt. & alibi quasi Palladium à Troianis, aut vellum aurum à Colchis, rapuerimus.

Sic queritur pag. 384. & 84. " Textus istos non à Vobis no-
" tatos: Sed à me, ostendo Vestig: 6. n. 143. erit miraculũ.
" si aliquem textum citetis ex Vobis; sed non facietis tale
" miraculum, sat scio. " Item cum scribimus loc. cit. n. 170
Nam inquit Arist: p. de anima t. 65. quod (si senex acciperet occulũ iuuenis, videret, vt iuuenis.] exclamat. " Sig-
" nandus albo lapillo esset hic locus, in quo text. Arist: aliquẽ
" contra me producitis, nisi illum emendicassetis à Vestig. 6
" nu. 66. "

Has & similes cantilenas, non raro cantat, & recantat, si occurat text. à nobis citari, ab ipso pridem citatum. summopere ambiens videri vnus ex illis, [qui nihil aliud quam Arist: ructant.] inquit Cyrill: Alexand: lib. thesauri.

Vigesimaprima Expurgatio Mastrij.

NVNC ex Te, Ferchi, mihi præparo expurgationem, quando auidior mei impugnandi, quam tui defendendi Iudicij, scribis pag. 196. n. 41. " quod doc-
„ trina Arist: & eius tex. sunt antiquissimi, à duobus annorum
„ millibus conscripti, & ab ingeniosissimis Doctoribus ad-
„ minimum vsque resecti. " Ergo tecum subinfero, pag.
„ 332. " Hæc Arist. loca [quæ Tu dicis à Nobis abs Te citari) erant protrita in Peripato, ante natiuitatem Ferchi, & Ferculorum? "

Iam ad Nos. igitur, si tibi licet, cum aliquam propositionem rapis a Scoto (quod suppresso nomine frequentissime facis) protestari. " Si accepissem aliquam propositionem
„ ex Scoto, id non fecissem quia Scoti est; sed quia ex eodē
„ fonte accepi, ex quo Scotus accepit, nempe ex Aristot: " cur et Nobis etiam non licebit. Cum aliquem textum, per Te citatum in Tuis ostellis adnotamus, vel contra Te retorquemus, tua identica protestatione vti? " Si accipimus aliquem Arist: textum, id non facimus, quia à Ferchio citatus sit: sed quia ex eodem fonte accepimus, ex quo Ferchius accepit, nempe ex Arist:

Cum inquis. " Erit miraculum si aliquem tex. citetis ex vobis: sed non facietis tale miraculum sat scio. " nimis fidenter loqueris, profecto eorum oblitus quæ scripsisti pag. 290. " Nisi ex alieno citaretis Aristotelem, non credo bis in toto libro vestro esse citatū. " En igitur sub dubio facta à nobis duo miracula: sed de istis tuis miraculis, &

qui-

quibus, Nobis adscribis, in querela Feracitatis sufficienter sint dictum.

Vigesimasecunda Querela Ferchij.

Quod authoritatem Diui Thomæ Aquinatis contra Scotum, non recipiamus.

POST allatam vnicam responsionem tribus eius rationibus, depromptis ex Scoto, prosequimur lib. de gen: disp 5. q. 2 a. n. versus finem nu. 74. Vnde his rationibus probat Doctor 2. d. 12. q. 2. contra Diuum Thomam, materiam posse de potentia Dei absoluta existere sine omni forma, quæ ideo minus consulto nunc afferuntur, vt probantes secundum Naturæ cursum separationem substantiæ ab accidente.

Ferchius pag. 330 postquam se torsit, & contorsit vt replicet contra Nos: tandem extra propositum sic queritur. « quare hoc in loco [inquit) D Thomam Doctorem », grauissimum in re philosophica, non recipitis, atque approbatis? Cur licet Vobis reijcere authoritatem sapientissimi » Hominis, & non licebit mihi negare illos vestros Scotistas, » qui classici non sunt, sed seruiles? «

Vige-

Vigeſimaſecunda Expurgatio Maſtrij.

O. Quam ridiculum eſt Ferchi, iſtud Tuum " quare hoc loco authoritatem D. Thomæ non recipitis, non approbatis? " quando Nos contra Te publi-
" cum Scoti Interpretem, citamus Scoti Præceptoris textum;
" ſtatim clamas pag 387. " Non ne ridiculum eſt, vt illius
" recipiam dicta ex 2. Metaph: q. 6. cuius dicta reijcio. Item
" Scotus dicit: ſed non probat, quare non demonſtrat. Item,
" citare contra me Scotum, non eſt niſi petere principium. " quem tamen textum, per Te interpretandum, declarandum, defendendum, recipere, & approbare deberes. Et modo Tu interrogas, & quereris. Quarè Nos Scotiſtæ 2. d. 12. q. 2. authoritatem D. Thomæ, quam ibi Scotus oppugnat, & reijcit, non recipiamus, non approbemus?

Non ne Tu ille es, qui pag. 308. ſcripſiſti. " Citare contra
" me Scotum eſt petere principium, quemadmodum pete-
" ret principium contra Scotiſtam, qui citaret authoritatem
" S Thomæ. Item pag. 226. " Afferre, inquis, authorita-
" tem Scoti contra aduerſarios Scoti, eſt petere principium;
" quod idem diceretis Vos, contra illos, qui afferunt authori-
" tatem Aquinatis contra Vos. Vos non recipitis Aquinatē,
" Nos non recipimus Scotum. "

Igitur hoc loco, petis ne, Ferchi, principium, iuxta placita peregrine tuæ doctrinæ? quando à nobis recipi, & approbari contendis D. Thomæ authoritatem, quam ibi, & ſemper, cum ſubtiliſſimo Præceptori refragatur, tanquam aduerſa-

riam

riam respuimus. Vha quàm citò Tibi cõtradicis. pag. 377. dum scribis. " Ad conuincendos aduersarios, qui Scoti-
" starum censores censent, omnis locus Scoti sufficit: nam
" singulum quemque locum tenetur defendere. " At turpe
" esset tibi manere in proposito. "

En [in multiloquio scurrilitas.] Licuit ergo Nobis, contrariã D. Thomæ authoritatem reijcere, sicuti illicitum Tibi fuit contra nos afferre, vt sic peteres principium.

At quando Tibi scrupulum facias, D. Thomæ grauissimi Docoris in re philosophica, authoritatem non recipi, non approbari? Cur ergo Tu scrupulosus, sapientissimi hominis authoritatem non recipis, non approbas in 2. d. p. q. p. & 4. in responsione ad 4. Vbi docet, in Arist: sententia generantem non posse creare formam, vel aliquid ex nihilo facere? quo loco à prædicto grauissimo Doctore, sapientissimoque Homine, tota tua Vestigatio p. (de factione ex nihilo,) in nihilum redigitur? Cur Tu scrupulosus, grauissimi eiusdem Doctoris in philosophia, non approbas, non recipis authoritatem in 6. Metaph: summa p. cap. p. summa 2. cap. p. quà, dum habitum scientificum, primo diuidi in speculatiuum, & praticum, seu operatiuum; deinde hunc, in actiuum, & factiuum, docet; totam tuam Vestigationẽ 9. (de Sciẽtiarũ Diuisione) funditus euertit? Cur Tu scrupulosus, eiusdem grauissimi Doctoris in philosophia, non recipis, non approbas authoritatem, quæ magis vniuersale primo intelligi docet? & qua tota Vestigatio tua decima, de primo cognito concidit? At dicamus alia; ne fortè, dum vnam, & alteram authoritatem D. Thomæ à Te receptam minus, ac approbatam: rursus oppono, Vesti-

Vestigationes omnes Peripateticas, hoc est, Ferchianam omnem sapientiam euertere videar..

An vero liceat Tibi negare "Seruiles Doctores," Antonium Andream Mayronem (quem pag. *219.* pro Te citatum, " præclarum in Academia Subtili theologum appellas " ipsiusmet Scoti Discipulos addictissimos? Respondeo; atq; imitor Te pag. *329.* " Vicisti, egregiè, mirificè, glorio-,, sè, Cedo, " Nunc palinodiam Cano: atque fateor Tibi licere Scotistas illos, non classicos, sed seruiles, Epicureos, (vti pag. 358 per summam ignominiam eos immodestè traducis) reijcere, qui Scotum loc. cit. tanquam Epicurum respuis.

At Nos victos, Tu Ferchi decepisti, quando in oratione à Te declamata in Vniuersitate Patauina perorantem legimus:
,, Erimus ne nos Scotistæ à toto agmine Scotistarum degene-
,, res, atque dissimiles? " & infra " laudemus Scotum Vi-
,, rum gloriosum. laudemus gloriosè Scotistas, quos maximè
,, censeo commendandos. Scripserunt illi cumulatè pro do-
,, ctrina, quoniam olim de doctrina certatum. Dumq; pu-
,, gnabatur ratione, inuicta stetit Scoti sententia; illibata
,, Scoti fama. Nunc autem aduersariorum quidam irati,
,, quod viderint, se firmissimam doctrinam, non posse con-
,, uellere. Doctorem, ommitto disputandi iure, iniurijs pro-
,, scindere cæperunt, calumnijs incessere, & improbitatibus,
,, nulla ratione, vel authoritate probatis, inquinare. " hæc Tu quondam Scotista, nunc Vnus ex illis aduersarijs iratus factus. in finem concludens. " Scoti doctrina, sacra, subtilis profunda Orbem partes per omnes resonare fecit, & factura est. ad cuius auditionem, Vt Vos paratos spero. ità

„ me paratum exoptem. Exposui Doctorem, doctrinam in
„ sequentibus expositurus. Si tamen Vos, quam hodiè Sco-
„ ticam Cathedram mira benignitate decoratis, secuturis die-
„ bus amplificare volueritis. „

Quis ergo mortalium vnquam crediderit, Conscotistas glo-
riosissimè à Te commendatos, à Nobis in Expositore Scoti
citatos, tanquam seruiles, epicureos reijciendos? publi-
cè, Nos, & auditorium amplissimū fefellisti; quando, omis-
so disputandi iure, iniurijs, calumnijs, improbitatibus,
nulla ratione, vel authoritate probatis, Commilitones tuos,
inquinare, ausu temerario tentasti, ac veluti scoria repu-
diasti.

Vigesimatertia Querela Ferchij.

Quod phrasim paganam, (proprio Marte) adhibuerimus.

SCripsimus in lib. de gen: disp. 5. q. 2. a. 2. nu. 67. Fo
vel maximè, quia hanc, inquit esse melius probatam
vt potè (proprio Marte) quam negatiua, etiam si
multas annorum Centurias, vt ait ipse, alij consumpserint
in ea probanda.

Ferchius vehementer cōmotus quæritur his verbis pag. 289.
„ Sed quid sibi vult pagana illa phrasis (proprio Marte?)
„ Scribitis ne pagani? an de pagano? In ore Christiani de
„ Christiano, Theologi de Theologo, adhuc resonant Dij
„ gentium? adhuc inuocantur Dæmonia? auxilium meū

a Do-

„ à Domino, qui fecit Cœlum, & Terram, à quo lumen de-
„ ſcendit; tum ad cognoſcendam Veritatem, tum ad diſcer-
„ nendam falſitatem: non à Marte.

Vigeſimatertia Expurgatio Maſtrij

Hæc eloquendi phraſis [proprio Marte] per quam familiaris eſt apud cultores politioris linguæ Grecæ, & Latinæ. atque perinde valet, quod (proprio inuento, proprio ingenio) Sic Ariſt: lib.p. Reth. cap. 18. ex Poeta refert (ipſe meo didici Marte.) ità Ambroſ: Calepinus verbo (Mars) aſſerit (Marte noſtro aliquid dicimur facere, quoties aliquid, noſtro ingenio, nullius adiuti auxilio conficimus.] Item Cicero de Officijs lib. 3 alloquitur. (Hanc partem relictam, explebimus nullis adminiculis, ſed vt dicitur noſtro Marte.]

Non infrequenter etiã obuia hæc phraſis habetur apud Scholaſticos Theologos. Banez in p. p. D. Thomæ (ad Lectorem] ſcribit. [ſciat tamen, me proprios labores, proprias meditationes, proprio, vt aiunt, Marte elaboratas, atq; ſtilo proprio compoſitas, in hoc libro tradere.] hæc piètiſſimus Thomiſta. Vide etiam apud Catholiciſſimũ Caniſium lib.4. de Maria Deipara Virgine in fine cap.14. pag. 479. hanc vſurpatam phraſim [apertiore Marte.) ita pariter apud Alfonſum de Caſtro lib. 5. aduerſus hæreſes, hæreſi de Deo 10. pag. 500. lin. 12 phraſis (aperto Marte] adhibita legitur à Doctiſſimo Viro. atque tandem apud Reuerendiſſimum P. Generalem de Bagnacaballo

sanctæ memoriæ Virum, in suo opus: de Reform: studiorum pag. 135. n. 19. phrasis [proprio Marte] adhibetur, absque nota paganismi.

Hoc igitur sibi vult hæc phrasis, & in illo sensu, Nos ea vsi sumus loco præcitato; duobus verbulis exprimentes, quod Tu Vestig: 6 cap. 3. n. 17. exarasti illis. " quamobrem ,, si in priore enuntiatione probanda, meus est labor insumptus. " Te Didascalum imitantes in hac Sermocinali Arte, quam aliquot annis in tua patria publico stipendio, exercuisti, peritissimum.

Scribis namque Vestig: p. n. 18. " quamquam ego non videam, quomodo liceat Christiano Philosopho impugnare ,, Christianas veritates propositionibus [proprio Marte) excogitatis. " & Vestig: 10. n. 30 habes. " qui plura cupiat, adire potest Ioannem Canonicum, Gualter: Burl: Petrum Tartar: Iacobum Zabarellam, apud quos etiam leget ,, argumenta nobis aduersantia, quæ cum procedant ex rationibus [proprio Marte] inuentis, à nobis non referuntur. " Sic Vestig: 7. cap. 2. nu. 5. de libris Arist: scribitur pagana phrasi " probabiles, sunt (pinguiore minerua) compositi. "

O' quam nunc Tibi quadrat benè, vulgatum illud Iuuenalis sat. 2. (Clodius accusat Mocchos, Catelinam, Cethegū.) quam benè Te ludit illa Poetarum, (quod Horatius inquit) amabilis insania, vt nunquam congrediaris tecum, nunquam de tergo in pectus Manticam reuoces. Possem, & Ego, modò, impetu sermonis scurilis Te aggredi, sicuti, & Tu in Nos inueheres, atque eodem insano furore percitus retonare. " adhuc inuocantur Dæmonia? adhuc in ore

theo-

„ Theologi resonant Dij gentium? scribis ne Paganus,? an
„ de Paganis? " sed nolo prebere ansam Marco Antonio Nalio prædilecto Tuo discipulo, quod ex mimo tragediam faciat quemadmodum de Te fecit, in suo Libello [Auisi di Parnaso à i Poeti Toschi] pag. 63. quando, Te, contra Arist: declamantem, in scenam his verbis produxit. [queste inuettiue piene di vampe di fuoco, furono rapresentate dal P. Veglia con tanta vehemenza, che haurebbero abbrugiata la barba, e le ciglia ad Aristotele, se vi fosse stato presente.)

Vnum tamen tacere non possum, nec debeo, pro adęquata expurgatione mea; ridiculam scilicet obseruationem 65. quà in Torquatum Tassum Italici carminis maximum Iubar, impetis & quia codex est rarus, materiaque eadem, bona Venia discreti Lectoris, totam verbatim hic describam.

Osseruatione 65 canto 11. Stanza 57.

E l' ardimento, col' fauor di Marte
Ne i cor fedeli, e l' impeto gia manca.

La lettura de i Poeti Gentili, fà per il longo vso, che il nostro poeta si scordi del parlar Christiano. Che nel partire di Goffredo, manchi l' ardimento, e l'impeto nei cori de i fedeli, è verisimile; perche al mancare del Capitano, si sbracciano, & auiliscono i Soldati: mà che cessi il fauore di Marte, è purissima Vanità. Che fauore, ò disfauore può far Marte à i Christiani. Se prendi Marte per quel huomo infedele già ne i tempi antichi morto; nissun fauore può egli dare à i Fedeli. Se per l' Idolo di Marte, cioè per il Demonio [i Dei delle genti sono Demoni j) il Demonio non vuol dare fauore à i fedeli. ò quanto è vero il detto di

Sa.

Salomone prouerb: 22. (Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.] Era troppo versato il Tasso nelle Poesie di Marte, e di Cupido, e spesso v'incappa. cosi nel cant. 5. stanza 44. e cant. pr. stanza 58. Nella qual cosa, con mio dispiacere osseruo, che il parlare dei Giudei, e de Turchi è più puro dell' Idolatria, che non è il parlare di parecchi Christiani. "

(Auditum admissi, risum teneatis amici?) Corripit Ferchius Tassum, Theologus Poetam, eo quod in præclarissimo suo Poemate, tribus vicibus vsus fuerit, (sensu poetico,) nomine [Martis] quasi verò non cæcinerit Horat: (Pictoribus, atq; Poetis; quidlibet audendi, semper fuit æqua potestas) nec sermonem proprium, ipso Iudice, Turcharum, atque Iudeorum eloquio impuriorem castigat, quem non semel & iterum, in citatis suis Vestig: supra, religiosus Theologus vsurpat.

O'quam scitè Isaias Propheta cap. 32. scripsit. [qui spernis, non ne, & ipse sperneris; cum fatigatus desieris contemnere, contemneris.] improbum enim est arguere quicquam in alio, quod adhuc reprehenditur in se ipso,) testatum reliquit Isidorus lib. 3. de Somno cap. 32.

Vige-

Vigesimaquarta Querela Ferchij.

Quod hyperbolem (sexcenties) non ritè vsurpauerimus.

SCripsimus in lib. de gen. disp. 5. q. 2. a. 2. nu. 66. in fine. Sanè istæ contradicunt. Omnis forma substantialis est separabilis. quædam forma substantialis, non est separabilis. Si ergo hanc Aristot: (sexcenties) docuit, teste Ferchio, illam docere nó potuit.

Quæritur, ac clamat Ferchius pag. 271. " Vos hyperbolo " diciris [sexcenties] vt autem ego dico (aliquoties) probaui. "

Vigesimaquarta Expurgatio Mastrij.

FRequenter est loquendi modus, cum quis pluries eãdem rem protulit, vel probauit, eum monere, quod [sexcenties] protulerit probauerit. hac hyperbole, innuere cupientes, pluries, seu mauis (aliquoties] (ad satietatem tamen) probatam, prolatam rem.

Sic Tu Ferchi, eleganter Vsus hac hyperbole in Vita Scoti cap. 15. n. 10. De Scoto præclare, ac pro Veritate scribens. " In fide Catholica, & Apostolica Romana, tanquam colũ- " na, & firmamentum Veritatis immobiliter innixus permã- " sit, si legas eius q. 2. prolog. §. (de septimo) & 4. d. 6. " q. p. §. [ad quæstionem;) & (sexcentos) suæ doctrinæ locos

„ locos. " sic pariter in Apol: in Iouium pag. 44. scribis Scotum notasse (sexcenta) distinguibilia. " Item pag. 342. libelli scribis " sic in Matematica [vel millies] re-
„ petitur principium illud. " Tibi ergo licuit, post Vnum, vel alterum Scoti locum enumeratum, sine fallitatis nota, statim hyperbolim [sexcenties] alibi [millies] fæliciter adhibere, & Nobis prohibitum erit, post plurima in pluribus cap. Tuæ Vestig: 6. indicata ex Arist: loca, quibus quamdam formam separabilem esse per Te probatur, eadē hyperboli [sexcenties] vti, nisi crimen falsi incurramus? mera nugæ tibi familiares.

Legatur ridicula obseruat: 75. in Goffredum, & ibi cordatus Lector videbit Ferchianum ausum in supremum Poetam Italici sermonis Torquatum Tassum; Eo quod nimis frequenter Vsus fuerit hyperbole (centies.) quam eruditissimus D. Hieronymus elegantissimè adhibuit Epist: 9. ad Aperuchiam Viduam de Monogamia, cum inquit (non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, ferrea vox omnes captiuorum dicere pœnas.. omnia cæsorum percurrere nomia possem.] ex Virgilio.

Vige-

Vigesimaquinta Querela Ferchij.

Quod rudimenta Logicæ deseramus.

SCripsimus lib. de gen: disp. 5. q: 2. n. 48. De Corruptione autem, potest esse dubitatio, saltem quò ad terminum formalem, ob rationes, quibus nuper P. Ferchius Vestig 6. lib. p. cap. 2. probat ex professo omnem formam substantialem esse separabilem à materia, sempiternam, atque incorruptibilem, quia enim illas affert, velut ex suo pænu, non soluit. cum tamen cap. 3. & 4. soluat, quas affert ex alijs pro altera parte contradictionis, scilicet nullam formam substantialem esse separabilem relinquere videtur illam affirmatiuam, vt veram, vel vt minimum satis probabilem, in Arist: sententia.

Quæritur Ferchius pag 263. " Doleo Vos rudimenta Logi-
„ cæ deserere. ergo erexi rationes ex me pro illa vniuersali
„ affirmatiua. (omnis forma substantialis est separabilis.)
„ subditis Vos. Cum tamen cap. 3. & 4. soluat, quas affert ex
„ alijs pro altera parte contradictionis, scilicet (nullam for-
„ mam substantialem esse separabilem.) Ergo apud Vos;
„ istæ duæ Vniuersales. omnis forma substantialis est sepa-
„ rabilis. Nulla forma substantialis est separabilis, sunt
„ contradictoriæ? At ego homo rudis, didiceram à Petro
„ Hispano in p. tract: Sũmul: & ab Arist: p. de interpret: cap.
„ 5. illas esse contrarias,

Vigesimaquinta Expurgatio Mastrij.

CVM proponitur quæstio aliqua disputāda, vt v g. [An Deus sit mutabilis,) solent afferi rationes pro vtraque parte contradictionis, scilicet pro parte affirmatiua, & negatiua. & Authorum, quidam dicuntur defendere vnam partem contradictionis; & alij alteram; ex quo & (Contradictores) appellari, Tumet subscribis in prologo Tui Libelli pag. 9. ait, an ex hoc loquendi modo inferre liceat, ergo istæ duę propositiones sunt contradictoriæ [Deus est mutabilis, Deus non est mutabilis.) iudicet Dyalęticus Lector.

Ità Nos dicimus; Vtique, quod soluere tenebatur; quas affert rationes pro parte affirmatiua, eo quia soluit, quas affert ex alijs pro altera parte contradictionis, scilicet nullam formam substantialem esse separabilem; perinde, ac si dixerimus, quod debet soluere rationes, quas affert pro parte affirmatiua, quia soluit, quas affert ex alijs pro parte negatiua; ex quo non video, quomodo deducat Noster (homo rudis;) Nos asserere istas duas Vniuersales, esse contradictorias.

Sed quando etiam affirmaret quis, has duas propositiones esse contradictorias, non erraret; quia cum propositiones, Vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua dicantur opponi contradictoriè, reuerà non contradicunt ratione quātitatis vniuersalis, & particularis: Sed ratione affirmationis, & negationis. Non enim in rigore, opponuntur, Vniuersalis, & particularis, cum Vna contineatur sub alia, sed

sed ratione affirmationis, & negationis, vt docuimus cum plurimis summulistis p.p Instit: tract: 2. cap. 6. & 7. & ideo Tatar: noster accutissimus Dialecticus notauit tract: p in Petrum Hispan: cap. p circa oppositionem propositionū in solutione ad 3 quod nedum contradictoriè opponuntur vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua, sed etiam singularis affirmatiua, & singularis negatiua. Vnde inquit, istas duas contradictoriè adhuc opponi; sortes currit, sortes non currit. immo id ipsum docet Arist: loc. cit. ab ipsomet Ferchio, vbi circa medium; disertè docet, affirmationē negationi contradictoriè opponi, siue sumantur vniuersaliter, siue singulariter, quia propria oppositio cōtradictoria, penes qualitatem attenditur non pænes quātitatem. Verum est tamen, quod Dialetico more, vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua dicuntur contradictoriè opponi quia oppositio apud Dyalecticos, sumitur pro quacunque repugnantia duarum propositionum; & quoniam maxima repugnantia inter omnes, est contradictoria, & propositiones tunc maximè inter se repugnant, quando opponuntur, & in quantitate, & in qualitate; ideo apud Summulistas, istæ tantum propositiones contradictoriæ dicuntur; & in hoc sensu locutus est Petrus Hispan: pro instruendis hominibus rudibus ad initia Dyalecticæ. qui & præcipuè diffiniuit contradictoriam oppositionem de subiecto communi; alioquin duæ singulares, vna affirmatiua; alia negatiua, sunt verè contradictoriæ, vt benè notauit Ariaga disp. 11. n 10. & Ouuied: controuersia 3. logicæ punct 5.

Vigesimasexta Querela Ferchij.

Quod ei adscribamus, Rationes à Scoto sumpsisse.

IN Vestig: 6. lib. p. n. 11. Ferchius has tres imputationes adducit. Prima omne absolutum, prius essentialiter, independens à posteriori, potest esse sine posteriori, talis vero est substantia, ad quodcumque accidens. Secunda ad destructionem minus necessarij, non destruitur magis necessarium: at forma substantialis est magis necessaria, quam forma accidentalis cum accidens pendeat in essendo à substantia, & non è contra.

Tertia prius essentialiter ad sui esse, non poscit posterius essentialiter, alioquin nulla Causa esset prior tempore effectu, quod repugnat Arist: 2. post. t. 48. Contra quas nos ita scripsimus disp. 5: de gen: q. 2. a. 2. versus finem nu. 74. Ad alias tres vnica responsione satisfit, probant de potentia Dei absoluta, non autem secundum naturæ cursum; iuxtà quem, experimento constat, substantiam quamlibet certa sibi poscere accidentia pro eius conseruatione, à quibus in suo esse pendet, vt aiunt, à posteriori, veluti à conditione concomitante. Sic ignis pendet à Calore, Aqua à frigore. Vnde his rationibus probabat Doctor 2. d. 12. q. 2. contra D. Thomam, materiam posse de potentia Dei absoluta existere sine omni forma, quæ ideo minus consultò nunc afferuntur vt probãtes secundum communem naturæ cursum, separationem substantiæ ab accidente.

Ferchius pag. 331. ita quæritur. " Affirmatis has tres rationes

à me

„ à me sumptas ex dicta q. Scoti. falsò citatis. liber Scoti, „ est omnibus ad manum. Si tres maiores illæ sunt in di- „ cta q. pignus desero: sed vos decepit similitudo maioris „ primæ rationis, quæ ibi habetur, quantum ad sensum, non „ ad verbum."

Vigesimasexta Expurgatio Mastrij.

PVdet hoc loco Scoti publicum Interpretem, in his tribus rationibus formandis, eas, verbis Scoticis dictasse; atque sibi probro credit, quo ad verbum, & sensum illas propositiones accepisse à Scoto, " quem & „ si aliquando legit, & discere voluit, ex eius tamen doctrina profecisse negat pag. 352." Res planè (cordate Lector,) ridicula hæc est. Alij interpretes publici, siue Aristotelis, siue Angelici Doctoris, tunc ad fastigium veræ gloriæ conscendisse se putant, cum prorsus lingua, ac sensu Aristot: & Aquinatis, concipiunt scribunt, loquuntur. E contra noster Cathedraticus Scoticus Patauinus, mirabilem hanc Chimeram fantasiatur, vt existimet sibi dedecus fore, si verbis Scoticis vtatur in construendis eius achillicis rationibus. Nec quidquam à Scoto acceptum vult, & si fortè fortuna, aliquam propositionem acceperit, id fecisse, „ non quia Scoti sit, protestatur pag 332. sed quia ex eodem „ fonte acceperit, ex quo Scotus, nempe ex Aristot. "
Huc ergo collimat Ferchij Peregrinum ingenium, vt malit „ propositiones illas non esse à Scoto natas, sed ex Arist: lo- „ cis, quæ erant protrita in Peripato, ante natiuitatem Scoti,

&

,, & Scotistarum. "

Infelix Scotus, qui ignotas peregrinitates, sicuti Ferchius, ad inuenire non valuit.? Sed si maior primæ Rationis Tuæ, habetur in Scoto, quo ad sensum, non quo ad verbum. quare erubescis fateri, à Scoto acceptam? Non ne Tu ille idem es, qui pag 104. ad hoc, vt nos conuinceres, à Ragus: & Cótareno rapuisse illas duas instantias de figura Cęli &c. & de forma respectu materiæ, protestatus fuisti; quia " licet alia sint verba, attamen idem est sensus. " atque clamasti. "
,, In Vocabulis discrimen esse, in Re non esse. " Cur ergo modò, Tibi concedi mauis, illam propositionem, non per Te à Scoto acceptam cum ibi in loc. cit. sit quoad sensum, licet non quoad verbum.? Non ergo per Nos falsò citatus Scotus.

Cæterum, quod subtilissimus Scotus ex fonte Aristot: hauserit propositionem illam, vt Tu contendis pag. 332. non est quod labores de more Tuo, consarcinando Arist: text. Vt plus sudoris, quàm ingenij ostentes. Etenim subtilissimus Præceptor id sibi, quemadmodum Tu probro non ducit.

Certissimum tamen est quod Scotus, Te scriptore in Vita ipsius pag. 42. " Duabus in rebus excelluit. prima quidem,
,, in famosis propositionibus valdè accuratis, & Vniuersalibus eruendis, ad quas, tanquam ad principia resoluit subtilissimè Theoremata quæque. Vnde fit, vt in illis ceu firmissimis monimentis, Scotistæ tum arguendo, tum respódendo euadant robustissimi Secunda in rebus, proprijs rationibus, vel essentijs, siue vt Scotistæ loquuntur quidditatibus, & rationibus formalibus indagandis, est incomparabilis. " Ergo per Te ingenium Doctoris subtilis, etiam

absque

absque Aristotelico fonte: sed è proprio pœnu, famosas propositiones eruere potuit.

Vigesima septima Querela Ferchij.

Quod potentiam Obiectiuam, et Subiectiuam, non rectè cum Aristotele, et Scoto explicemus.

SCripsimus in lib. de gen: & corrupt. disp. 5 q. 1. a. 1. n. 1 . Aliam eiusdé propositionis limitationé affert eodem cap ex Arist: p. physic: 79 & 12. Metaph: t 8. Vbi distincto Enti per actum, & potentiam, docet ex non ente actu, sed potentia Ente fieri ens. quibus locis, vt etiam fatetur Ferchius, sermonem facit Arist: de gener: compositi. Vnde per non ens in actu, sed potentia subiectiua, nimirum, & informabili, materiam intelligit, quæ venit in compositionem cuiuscunque compositi, & rursus in hoc sensu, ex nihilo fieri aliquid concedunt omnes Peripatetici.

Ferchius pag. 181. proponit querelam his verbis. " Caput „ quintum (offerens non consentiunt cum Scoto quoad po- „ tentiam subiectiuam, vel obiectiuam, & quoad fieri ex „ eis) " postmodum sic prosequitur.

„ Nunc dicamus aliquid ex Scoto, quoniam voluistis poten- „ tiam subiectiuam nominare in factione compositi, cum „ Ego obiectiuam posuerim. Termini sunt Scoti; & in Sco- „ to, scio tertiam entitatem compositi, non recipi in mate- „ ria, nec fieri ex ipsa tanquam ex potentia subiectiua, cum

mate-

„ materia non sit subiectum compositi; sed formæ. Scotus
„ ergo 2. d. 12. qu. p. G ait. (in generationibus, & corrup-
„ tionibus, communiter concurrunt potentia obiectiua, &
„ subiectiua; & ex potentia obiectiua trahit agens ad actum
„ illud, quod est in tali potentia, puta totalem terminum ge-
„ nerationis, qui includit formam, & materiam, dum est in
„ potentia obiectiua, sicuti quando est in actu habet vtramq;
„ & hoc modo agens, non largitur multitudinem, sed perfe-
„ ctionem solum. sicut enim totus ignis est factus in actu,
„ sic totus fuit in potentia & hæc est prima extractio eius,
„ quod fuit in potentia obiectiua. secunda extractio est, se-
„ cundum quod agens de potentia materiæ præexistentis, &
„ quæ in fine generationis est pars compositi educit formam,
„ quæ est altera pars compositi quę prius non fuit in actu, nec
„ in re extra sicut materia, & sic agens, vel generans largitur
„ multitudinem, loquendo de multitudine in actu. Sic igi-
„ tur generans, largitur perfectionem, prout accipit totum
„ terminum generationis, quod erat in potentia obiectiua;
„ alio autem modo accipiendo potentiam subiectiuam, vt
„ de qua extrahit formam; sic largitur aliquam multitudinē
„ actualem.) Hæc Scotus ex quibus ista colligo.

Primo. Totum non esse actu, nec in re extra: sed per actum
„ efficientis fieri actu ens, & extra causam, & hoc idem dico
„ de forma, quæ prius non est ens in actu, nec est in re extra:
„ sed à Causa efficiente fit actu ens, & in re extra. Hæc enim
„ duo plerumq; in generatione fiunt simpliciter in actu, hoc
„ est extra mentem, & causas suas, quæ sunt simpliciter fa-
„ ctibilia factione de secundo adiacente.

Secundo. Totum fit ex potentia obiectiua in actu essendi,

non

„ non vt Vos dicebatis, ex potentia subiectiua. Forma verò fit ex potentia obiectiua efficientis extrahentis formam de non esse actu ad esse actu in rerum natura. Sed quoniã forma nata est esse in subiecto, dicitur etiam extrahi de potentia subiectiua, per Scotum.

Tertio. agnoscit Scotus (de composito,) ipsum non esse actu. & [de forma,] eam non esse actu in rerum natura: sed ambo fieri in generatione: materiam agnoscit præexistere in generatione, & fieri partem compositi; quare in materia agnoscit non ens, quod est priuatio ipsius formæ extrahendæ.

Vnde oportet hoc non ens tripliciter dictum, à Scotista cõsiderari, & considerari potentias istas: obiectiuam tantum, respectu compositi factibilis; Subiectiuam tantum, in materia transmutabili ad formam; obiectiuam, & subiectiuã simul, in forma. Obiectiuam in respectu ad agens, quod extrahit formam ex non esse actu simpliciter ad esse actu simpliciter, quod est esse substantiale: & item potentiam subiectiuam in ordine ad materiam, quia forma vnitur materiæ; quæ vnio ex parte formæ, potest exprimi per [in fieri, & in esse.] & ex parte materiæ per [subiici, vel subesse.] & quantum ad hoc (in fieri,) vel (subiici.] forma non fit in esse simpliciter: sed fit (in hoc.) quoniã in formam substantialem inducitur ab agente vnio ad materiam, quæ vnio est respectus extrinsecus adueniens ex 3. d. p. q. p & 4 d. 13. q. p. & hoc est fieri secundum quid, tam ex parte formæ, quam ex parte materiæ. Discrimen tamen est, quoniam materia, vt subiectum transmutationis mutatur, forma verò vt potè trãsmutationis terminus,

„ non mutatur. Hinc cumpositum fit simpliciter tantum,
„ quia ex non subiecta, & non formata fit subiecta, & for-
„ mata. Forma fit simpliciter, ex non ente actu, ens actu.
„ & secundum quid, ex non existente in materia fit existens
„ in materia, quæ duo in forma indicantur per (esse, & in-
„ esse. "

Hæc Ferchius qui tandem concludit n. 28. "Hęc nimis mul-
„ ta sunt. Sed tamen non inutilia, ad cognoscendum, quã
„ benè offensores contra me scripserint; quam considerate ex
„ Arist: quam fideliter cum Scoto. "

Vigesimaseptima Expurgatio Mastrij.

VTRVM cum Scoto consenserim in explicanda potentia subiectiua, & obiectiua; quisque videre potest Tom. p. Metaphisicæ meæ disp. 6. q 2. (qui prius in lucem venit, quam Libellus Ferchianus.) Vbi ex professo agitur de potentia subiectiua, & obiectiua; atque pro recta, [iuxta mentem Doctoris] intelligentia illius diuisionis, non solum adduco locum ab ipso Ferchio citatum, sed etiam alia plura; tum ex Metaphysica, tum ex sententiarum libris.

Verum neque Nos diximus loco ab ipso citato. [Totum fieri ex potentia subiectiua.] sed solum dicimus; quod cum Arist: p. phys. t: 78. & 12. Metaph: t. 8. inquit (ex non ente actu sed potentia ente, fieri ens;) sermonem facere de generationo compositi. Vnde per non ens in actu, sed potentia subiectiua, nimirum, & informabili,

mate-

materiam intelligit, quæ venit in compositionem cuiuscunque compositi. Vbi vt manifestè vides Lector, de factione compositi, ex potentia obiectiua, vel subiectiua, nec verbum quidem habemus, sed solum affirmamus, materiam esse ens in potentia subiectiua nimirum, & informabili, quod verissimum est.

Sed fac Nos dixisse. [Totum fieri ex potentia subiectiua.) Num quid per hoc, philosophicè blasphemauimus? minimè. quia licet verum sit, totum fieri ex potentia obiectiua vt ly [ex] dicit rationem termini à quo, tamen etiam verum est, fieri quoque ex potentia subiectiua, vt ly [ex] dicit habitudinem partis, quatenus, totum fit ex vna parte, quæ est per se actus informatiuus, & dicitur forma, & alia quæ est per se potentia subiectiua nimirum, & informabilis, & dicitur materia; vt sexcenties docuit Arist: & est potentia subiectiua; non quidem totius compositi, vt Ferchius implicitè Nobis impingit. quis enim adeo bardus, & vecors id assereret? sed & alterius compartis nempè formæ, quod his expressis verbis ipse quoque, vel inuitus fatetur, pag 235 cum scribit. " Compositum item fit ex aliquo " sui vt ex parte, & vt ex subiecto alterius cõpartis. " hoc est ex materia, quæ est potentia subiectiua respectu alterius compartis quod adeo exploratum est, vt de hoc dubitare, sit nephas philosophicum. Totum itaque fit ex potentia obiectiua in actu essendi; ex subiectiua vero, vt ex parte.

At quam verum est, Cordate Lector, [in multiloquio facilè esse labi.] fatetur Ferchius hoc loco. " hæc nimis multa " sunt, sed tamen non inutilia ad cognoscendum, quam benè

,, offensores contra me scripserint, quam considératè ex Aristot: quam fideliter cum Scoto. " Etenim & Nos côntestamur, profectò nimis multa à Te dicta: sed tamen valdè vtilia ad cognoscendum, quam inconsideratè contra veritatem, quam infideliter contra Scotum scripseris nu. 26. loc. cit. dum inquis. " potentiam tam obiectiuam, quam subiectiuam in forma reperiri. Obiectiuam quidem in ordi-
,, ne ad agens, quod formam extrahit ex non esse actu simpli-
,, citer, quod est esse substantiale, & item potentiam subiecti-
,, uam in ordine ad materiam, quia forma vnitur materiæ,
,, quæ Vnio ex parte formæ potest exprimi per [in fieri] & (inesse,) & ex parte materiæ (per subijci, vel subesse.] Hoc satis infideliter contra Scotū loc. cit. & satis inconsideratè tontra veritatem, asseritur. Subtilissimus Præceptor enim 2. d. 12. q. p. §. [est igitur dicendum.] ad declarandum quale ens sit materia, præmittit hanc distinctionem de potentia. aliquid enim potest esse in potentia dupliciter. Vno modo, vt terminus. alio modo, vt subiectum. quod est in potentia, vt terminus, dicitur esse in potentia obiectiua; quod est in potentia vt subiectum, dicitur esse in potentia subiectiua, & sic apud Scotistas, & alios. illud dicitur in potentia subiectiua, quod est in potentia vt subiectum alicuius formæ capax. ex quo pattet, comparatis inuicem materia & forma, potentiam subiectiuam, conuenire materiæ præcisè, non verò formæ, quia ipsa non est subiectum, seu potentia subiectiua, receptiua alicuius formæ substantialis; sed est ipsemet actus receptibilis in prima potentia subiectiua, quæ est materia.

Quod etiam confirmatur ex ipsis Ferchianis verbis, dum ait.

quod

" quod vnio ex parte formæ, potest exprimi [per in fieri
„ & inesse;) & ex parte materiæ [per subijci, vel sub-
esse,) " ex modo ergo, quo inuicem vniuntur materia,
& forma, deducitur formam potentiam subiectiuam esse
non posse; quia potentia subiectiua dicitur à [subijci,]
& subesse,) vt ex ipso vocabulo cõstat, sed forma non sub-
est, nec subijcitur materiæ. sed è contra. ergo materia præ-
cisè est potentia subiectiua, non forma. ergo tribuere po-
tentiam subiectiuam formæ, est contra Veritatem, & Sco-
tum loc. cit: Igitur si Te Iudice pag. 336. " stare debent di-
ffinitiones datæ iuxta regulam Scoti 4. d. 11. q. p. & d. 49.
q. 2. de innouandis minus rationibus terminorum; appa-
rebit concludenter, Nos minus locutos fuisse contra Scotũ,
sed verius Te id præstitisse; quinimmo & contra Temetip-
sum pag. 83. n. 79. cum scribis. " quaquam hoc secun-
„ dum sit minus propriè dictum: nam potius appellandum
„ est possibile informatiuum, quia forma potest infor-
„ mare, non subijci. materia vero est possibile subiectiuum,
quæ potest subijci. "

Neque etiam minus est improprius alter loquendi modus; quẽ
habes sub eodem numero. dum ais. " in formam substan-
„ tialem induci ab agente Vnionem ad materiam. " Nam
propriè loquendo forma substantialis dicitur à Philosophis
induci in materiam; non vero Vnio dicitur induci in for-
mam. Tum quia illud propriè dicitur induci in generatio-
ne substantiali, ad cuius inductionem præcedunt disposi-
tiones in subiecto: at dispositiones subiectum disponunt
ad recipiendam formam substantialem, non verò formam
ipsam ad Vnionem. Tum quia si propriè Vnio inducitur

in

in formam ab agente, hoc non fiet sine mutatione ipsius formæ, quæ ante inductionem formam Vnionis non habebat, & postea habet: at hoc, neque ipse concedit; immo disertè negat, dum ait " discrimen esse inter materiam,
" & formam, quoniam materia, vt subiectum transmutatio-
" nis mutatur, forma verò, vt transmutationis terminus, non
" mutatur.

Vigesimaoctaua Querela Ferchij.

Quod Solæcismum contra regulas comparatiuorum comiserimus.

SCripsimus in lib. de Gen: disp. 5. q. 2. a. 2. n. 76. referendo argumentum 12. quo Ferchius probat omnem formam substantialem esse separabilem, & perennẽ. Postremo perfectum est prius imperfecto, etiam tempore p. de Cœlo t. 12. forma est materia perfectior, & antiquior in rerum natura, si ergo materia suæ existentiæ nescit exordium, tanto magis forma, nec ortum, aut interitum patietur.

Queritur Ferchius pag 339. in hac duntaxat relatione duodecimi sui argumenti, quatuor à Nobis fallata. & quia tria ex quatuor; cum non spectent ad errores gramaticales, examinata sunt Tom: 2. Metaph: meæ disp. 12. de accidente, & inhærentia q. 5. a. p. n. 198. hic non repetam.

Quartam fallaciam, quæ est huius loci querela, quamuis, & ibi solidè confutata, hic reponam, vt inanes occupationes

Fer-

Ferchianas, serius Lector aduertat.

Queritur itaque in hæc verba. " Quarta fallacia est. Nam
" subsumo conditionalem in 12. argumento. Si ergo mate-
" ria suæ existentiæ nescit exordium, aut epilogum, neque
" forma, ortum aut interitum patietur; sed siue separetur si-
" ue aliter, satis superque ostensa est separabilis. Vos vero
" in antecedente, omisistis particulam (de interitu) scili-
" cet epilogum. & contra regulas grammaticalis constructio-
" nis, scripsistis. (Tanto magis forma, nec ortum, aut inte-
" ritum patietur.) Vbi sollecismus est. nam particula com-
" paratiua (tanto magis,) ponitur; & terminus compara-
" tionis, non ponitur. sic voluistis apud Lectorem traduce-
" re meam imperitiam Gramaticæ, Logicæ, Philosophiæ.

Vigesimaoctaua Expurgatio Mastrij.

VEreor sanè Ferchi, ne hac vice, dum Tu conaris apud Lectorem traducere nostram imperitiam grammaticæ, Te ipsum iustè condemnes, vereque Cachoetia labores, familiari senibus Vitio, dum in deteriorem partem omnia capiunt, ex Aristot: 2. lib. Reth: cap. 16.

Sic olim, simile quid accidit D. August: obijciente Cresconio Grammatico, Viro petulentissimo, de particula comparatiua; legatur in lib 4. cap. 55. contra eundem Cresconiũ Tom. 7. [Obijcisti mihi inquit] D. August: [docens etiam regulam locutionis, quia comparatiuus gradus, quod ante positum est, auget, non quod ante factum est, improbat.] & subdit. (Satis ostendi ex illis literis, vbi vera didici-

didicimus, quomodo comparatiuus gradus, non semper augeat, quæ comparat; sed aliquando improbat. inde est illud Virgil: in Georgica. Dij meliora pijs erroremquè hostibus illum. discissos nudis laniabant dentibus artus.) hactenus August: pro suimet defensione contra impudentem Didascalum: Nunc nostram aggrediamur.

Referam hic fideliter Tuum argumentum 12. ne querelam duplices, & quintam fallaciam mihi apponas. Ergo sic scribis Vest: 6. lib. p. cap. 2, n. 15. " Duodecimo & postremo. Perfectum est prius imperfectó iuxta p. de Cœlo t. 10. qua propositione, Princeps Peripateticorum probat motum circularem esse prius natura recto, & naturalem, priorem eo, qui est præter naturam. Perpende materiam, & formam informatricem; forma est vtique perfectior, & perfectio: nam endelechia est; ergo forma est prior, & antiquior quam materia in rerum natura. Si ergo materia suæ existentiæ nescit exordium, aut epilogum, neque forma ortum, aut interitum patietur. sed siue separetur, siue aliter, satis superque ostensa est separabilis. " Hæc Tu fusè. Nos autem compendiosè; sed in meliori forma.

Docet D. August: lib. 2. de doctrina Christiana (vt aliàs diximus) cap 3. quod (sollecismus est, cum verba non ea lege coaptantur, qua coaptarunt, qui priores nobis, non sine authoritate aliquà locuti sunt.)

Sollecismum examinemus contra regulas gramaticalis constructionis, vt dicis commissum. Docent insuper Grammatici Tria requiri ad faciendam bonam comparationem: scilicet (rem comparatam, rem cui comparetur, & quod comparatio vtrique conueniat.) In argumento 12. Res compa-

comparata, est forma, quæ est perfectior. Res cui comparetur, est materia, quæ est imperfectior. Comparatio, quę vtrique conuenit, est ingenerabilitas, & incorruptibilitas.

Modò rem acu tangamus; & experiamur, an Verba hæc comparatiua, ea lege, in argumento à Nobis compendiato, coaptata fuerint, qua coaptarunt, qui priores nobis, non sine authoritate aliqua locuti sunt. forma est perfectior, & antiquior in rerum natura ipsamet materia (sic necesse est colligere ex propositionibus Arist: quando vniuersaliter intelliguntur, vti Tu sæpissimè facis.) Materia non est perfectior, & prior in rerum natura ipsa forma ergo facta comparatione ad ingenerabilitatem, & incorruptibilitatem, rectè sequitur hæc constructio grammaticalis. (Si ergo materia suæ existentiæ nescit exordium, tanto magis forma) Etenim forma tanto magis sibi vendicat ingenerabilitatem & incorruptibilitatem, quanto magis præcellit in prærogatiua prioritatis, & perfectionis, materiam. atque adeo, à Te, & non per Nos commissus est sollecismus. Nam vbi adsunt, res comparata, res cui comparatur, & comparatio vtrique conueniens, constructio comparatiua per particulam [tanto magis] debet fieri. Impostura igitur Tua est: Nos voluisse apud Lectorem traducere Tuã imperitiam in grãmatica. dum breuibus argumentum perstrinximus, & particula [tanto magis] vsi sumus, cõparatiuè construendo. Quando grates debites nobis referre deberes. Eo quod errores Tuos, absque strepitu, sicuti Tu clamorosè facis, emendauerimus.

Cum deniquè doles, in antecedente omissam particulam (de

interitu) scilicet epilogum; " quando Nos scripsimus. (Si ergo materia suæ existentiæ nescit exordium, tanto magis forma, nec ortū, nec interitum patietur.) Oppono Tibi illam sollemnem irrisionem, qua contra Nos debacharis pag. 274. cum diximus [quod si Arist: asseruit particularem negatiuam, ergo non potuit asserere vniuersalem affirmatiuam] " Papæ! scribis nunc rem mirabilem quis
,, enim est tam stupidus, qui nesciat, illam rem occasum nō pati [quem Tu per elegantem metaphoram (epilogi) descripsisti] quæ sui non cognoscit exordium? Ecquis Apollo Pithius hæc oracula funderet, quod qui ignorat ortum, nescit occasum? non ne Arist: ipse p. de Cœlo t 126. scriptum reliquit (Si ingenerabile est, & incorruptibile esse supponitur; & si generabile, corruptibile necesse est) ergo, si tanquam de sensu ommisso, doles. iniustè doles: si de Metaphora neglecta; ridiculè.

Vige-

Vigesimanona Querela Ferchij in SCOTVM.

Quod dixerimus eum debuiße soluere rationes pro parte affirmatiua. Omnis forma substantialis est separabilis.

IN lib. de Gen; & Corrupt: disp. 5. q. 2. a. 2. nu. 67. Cum obiecimus ipsi non sufficere, rationes soluere pro vniuersali illa negatiua, scilicet nulla forma substantialis est separabilis, quia etiam soluere debebat, quæ faciebant pro vniuersali affirmatiua.

Ferchius à pag. 284. vsque ad 292. manico furore correptus, veluti canis rabidus, virulento calamo, vt respondeat, latrat in summum Præceptorem Scotum, ei imponens tanquã Alexandreo (quo infami titulo, à perduelli transfuga è Scotistarum Schola, pluries in hoc Libello, Catholicissimus Doctor, appellatur) quod in 4. d. 43. q. 2. propositis his duabus Enuntiationibus [Anima intellectiua non est mortalis] [Anima intellectiua est mortalis.] Rationes omnes, quæ probant immortalitatem Animæ, soluat; quæ immortalitatem, insolutas relinquat. " Cuius exemplum, inquit se voluisse sequi. & post plurima atrocissima, citatis illis paginis in Scotum eructata; in fine Vomitionis habet hæc verba. " Concludo, nec Scotum debuisse soluere, " quæ erant pro negatiua, nec me soluere debuisse, idque pro-

„ baui & ad rem, & ad hominem. Videbimus, quid contra
„ hæc replicare possitis. "

Scotus Expurgatus A' Mastrio

ALIBI ad rem, & ad hominem: Verius ad imposturas & calumnias à me responsum fuit Nunc ad tuū " Concludo nec Scotum " &c. cum totus fastosus iactas turgentia illa verba. " Videbimus quid contra hęc
„ replicare possitis. "

Replico Te ipsum, qui vt ostenderes omnia dicteria (sunt verba Tua, pro modestia verbali, si non mentali, qua effulgere dicis pag. 163.) esse contra Scotum, resolutè scribis pag. 292. " Dico Scotum malè fecisse quia contra Veritatem
„ Catholicam (impudentissimum mendacium) " probauit hæresim, & probationes non soluit.

Si ergo per Te Scotus, non debuit soluere rationes, quemadmodum illius imitator exempli, Tu non soluisti. Cur modo, malè fecit non soluendo? En in quot formas versatile ingenium Tuum, veluti alter Vertumnus se vertit; vt pattentem contradictionem in Arist: solueres, contradictoria asseris!

Iure ergo contra Te retorqueo, quod Nobis opposuisti pag. 289. dum dixisti " At certè Scotus tenebatur soluere ad-
„ ductas rationes pro affirmatiua, ne faceret Arist: sibi con-
„ tradicentem: Attamen Scotus non soluit rationes pro af-
„ firmatiua, credidit ergo se non teneri vestris legibus, sicuti
„ neque Ego teneor. " Numquid cum Tu pag. 292. pro

Tua

Tua imperatoria Maiestate pronuntias " Dico Scotum
" malè fecisse non soluendo, " tenetur Scotus etiam tuis legibus, adeo vt soluere teneretur.

Trigesima Querela Ferchij.

Quod Barbarismus, simul et Solecismus in Grammatica sint à Nobis commissi.

SCripsimus in lib. de gen: & corrup: disp. 5. qu. p. a p. At cum vlterius perreximus, & sequentibus capitulis, sed vlò studuimus in quo sensu doceat in Aristotelis sententia verum esse hoc assertum (ex nihilo, aliquid fieri,) & oppositum falsum [ex nihilo nihil fieri] Obstupuimus quidem, non ignota peregrinati asserti, quia in eo sensu, quem ibi docet, fatentur omnes ex nihilo fieri aliquid, nec vllus dissentit: Sed (cur) Vir doctissimus tantum laboris impendat, tam prolixam instituat Disp: ad ostendendam rem notissimam, & à nemine controuersam, cum tamen in eius exordium polliceatur se peregrina edocturum.

Perstrepit, hic terribiliter Ferchius pag 164. & primo quæritur his verbis. " Apparatum ingentem Vos facitis, non
" ego. In meo proemio, duas voces reprehenditis (ignotam peregriniratem.] Vos in proemio vestro, quinque
" columnas consumitis, antequam ad Disput: veniatis. Item
" illa vocabula turgentia [ingentem apparatum obstupuimus] & similia; vestra sunt. Epitheta (de dogmate

trito

" trito, atque recepto.) frequentatio Synonimorum. [fa-
" tentur omnes, nec vllus dissentit. rem notissimam, & à ne-
" mine controuersam. tantum laboris impendat tam proli-
" xam disput: instituat.] allegoria illustris [Vt verum fa-
" teamur sletimus. cũ vlterius perreximus.] Hyperbole (ob-
" stupuimus) Emphasis laudatoria (sedulo studuimus) ir-
" ronia perpetua in toto hoc dicto. hæc sunt in prolixo ve-
" stro fastoso Schematum apparatu ingenti, vestro, inquam,
" ingenti, non meo.

Secundo queritur pag. 165. quod falsò ei imposuerimus, quasi promiserit [peregrina] dicturum; cum per Verbum [Vereor,] idest, timeo scripserit, & non vt nos falsò, inquit ipse, scribimus (pollicetur.) Deinde quasi non intellexerimus, in quo sensu vsurpauerit Vocabulum (peregrinitas.) reseratis arcanis significatis huius Vocis (peregrinitas.)

Querelam pag. 167. replicat. " Verum tamen puto Vos er-
" rare in grammatica, aut ego fallor. Etenim accepistis vo-
" cabulum (peregrinitas) vt significat perfectionem, &
" dignitatem aliquam magnam, sicut Italicè dicimus (con-
" cetto pellegrino gemma peregrina. dottrina pelle-
" grina. Ità quidem Italicè. sed ego in Vestigationibus lati-
" nè scribo. [Peregrinus] autem dicitur, qui extra pro-
" priam patriam, in alia patria peregrè degit, manens, vel
" transiens. Ego in secundo sensu locutus sum, quo signifi-
" catur imperfectio, & offensio peripateticæ doctrinæ. Vos,
" vt arbitror, putauistis significare aliquid magnum, & præ-
" cellens, dicensque ingentem perfectionem; qui sensus est
" vester, non meus. "

Tertio queritur his verbis. " Confirmor in hac sententia de erro-

„ errore grammaticali, vt timeam in Vobis barbarismum ,
„ quoniam in hac vestra offensione, nunc rescripta, inuenio
„ sollecismum. Etenim ponitur locutio sine resolutione.
„ [obstupuimus quidem.] Omitte ablatiuum absolutũ,
„ [non ignota peregrinitate asserti] Omitte clausulam in-
„ terceptam. [quia in eo sensu, quem ibi docet, fatentur
„ omnes ex nihilo fieri aliquid, nec ullus dissentit.) adiun-
„ ge aduersatiuam; sed Vir doctissimus tantum labo is impẽ-
„ dat) Totus sensus manet suspensus, totus cadit, nec
„ vlla est resolutio, respondens illi verbo (obstupuimus qui-
„ dem.) Ita non bene loquitur, qui non bene cogitat.
„ In hac secunda periodo itidem deest verbum principale,
„ nam sic habet, (sed Vir doctissimus tantum laboris im-
„ pendat, tam prolixam instituat disputationem, ad osten-
„ dendam rem notissimam, & à nemine controuersam, cum
„ tamen in eius exordium polliceatur, Se peregrina edoctu-
„ rum.] Iudicet nunc Lector peritus, quam bene disputẽt
„ offensores, qui deserta causa principali, se applicant ad ea,
„ quæ sunt omnino extra rem. quid enim refert ad Verita-
„ tem conclusionis, si ego ex illa me laudem, aut culpem ?
„ non ne eadem erit conclusio, & eodem modo erit vera,
vel falsa ? “

Sic satis prolixè quæritur Ferchius, quando ipse deserta causa principali, obduratè nobis obijcit, neglecta verborum significata, atque commissos solecismos.

Trigesima Expurgatio Mastrij.

SVetonius Tranquillus lib de Illustribus Grammaticis cap. 22. posterorum memoriæ demandat, quod, [Marcus Pomponius Marcellus, sermonis Latini exactor molestissimus, in aduocatione quadam (nam interdum & Causas agebat) Solæcismum ab aduersario factum vsque adeo arguere perseuerauerit, quoad Cassius Seuerus, interpellatis Iudicibus, dilationem petijt, vt Litigator suus, alium Grãmaticum adhiberet, quando non putat is, cum aduersario de Iure sibi, sed de solæcismo controuersiam futuram. Hæc Suetonius.]

Ingenuè fateor, Lector humanissimè, cum scripsimus disputãdo contra Ferchium, numquam in mentem venit cum Hippo Didascalo, de polito ac impolito sermone, seu mauis de Vmbra Asini, debuisse contendere: sed ad causam principalem intenti, scilicet, ad impugnandas eius opiniones, non applicuimus ad ea, quæ sunt omnino extra rem, videlicet ad reprehendendas (duas Voces ignotam peregrinitatem,) & similia inanissima, quemadmodum ipse, postquam per aliquot paginas, circa istas nugas fuerit anxiè sollicitus, verba nostra cribrando, latinismum molestissimè exigendo, erratum suum nobis imponit. Quò circa, Criticam autem, sicuti ipse, cum numquam publicè professi fuerimus; phrasi latina, omnibus intelligibili, aperta, nuda, incompta, sine verborum lenocinijs, stilo non expolito, non elaborato: sed simplici, ac veraci, quemadmodum

Philo-

Philosophos, & maximè Scotistas, decet, mentis nostræ conceptus dictauimus, ità Nos docente Eruditissimo Cano lib 8. de Locis Theologicis cap. 7. pag. 493. (grammaticorum Censuras, ex Arist: Voto non esse pertimescendas, dummodo Scholastica phrasis, munditiam præseferat, non odiosa, nec exquisita nimis; tantumque fugiat agrestem quorumdam negligentiam.) quippequi, solius Veritatis causam suscipientes, quæ se ipsa amabilis est & purpurisso non eget, Brachmānum illum imitari sumus, de se, ac suis in quadam Epist: ad Alexandrum, scribentem. [Artem bene dicendi non discimus, neque fecundiæ Oratorum Rethorumque opēram damus, cuius officium est falsitatis sermonibus, figmentare mendacia & innocentiæ fidem conferre criminibus.]

Hinc, orationis pompam, aut verborum phaleras, & pictæ tectoria linguæ, haud ostentauimus nam quod eleganter Manilius Astronomus, inquit, [ornari res ipsa negat, contenta doceri.] multò minus pedagogicas illas nenias non aduertimus, (quicquid ipse nugaciter dicat] quot nimirū columnas in proemio consumpserimus. an vocabula essent turgentia, epitheta, frequentationem Synonimorum, allegoriā, Hyperbolē, Emphasim laudatoriā, fastosū schematū apparatū, & alia id genus, que ironicè & scurriliter de Nobis Ferchius dicit. indignissima vt à Philosopho. " tot iu-
„ stis de causis, lectionibus, egrętudinibus, dictationibus, &
„ quod maximum est, officio legendi Sacra Dogmata, quæ
„ sunt abyssus impermeabilis, reuincto à multis annis, legiti-
„ mè præpedito; cui non vacat dare operam Aristotelicæ le-
„ ctioni " (sicut ipsemet, de se ipso testatur.) inspiciantur

„ contemplentur?

Non ne, hoc est, quemadmodum prouerbio dicitur, (ob Parui Scaphulam disceptare.) rixari de Vocibus? ritamque de inanib? verbulis nutricis sermonis latini, rigorem molestissimè exigere? quod vitium sibi valdè familiare, nihilominus pag. 3 sui prologi, nobis falsò affinxit? Cum Vulgaturae Peripateticarum veritatum, non Grammatistarum nugacitatum, credebamus, literarium nobis ineundum fore certamen, memores quod scriptum reliquit D. Augustinus lib. 2. contra Cresconium Grammaticum, versus principium. (Si Demosthenes] inquit August: [clarissimus oratorum, cui verborum tanta fuit cura, quanta rerum Authoribus nostris: tamen cum ei, nonnullam loquutionis insolentiam objecisset Aeschines. negauit ille, in eo positas esse fortunas Græciæ, illo ne, an illo verbo vsus fuerit; & an huc, an illuc manum porrexerit. quanto minus Nos laborare debemus de regulis deriuatorum nominum, quando siue hoc, siue illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate, quod dicimus, quorum non in expolitione sermonis: sed in demonstratione Veritatis, maior est intentio.] hæc ad sensum nostrum, apprimè, Augustinus.

Verum, quoniam liuida mens eius, omnes conatus adhibet, vt Nos etiam in Arte grammatica ignorantes ostendat; hic paululum immorabor, ([quamquam illibenter,] Nec enim ex Victoria huiusce vanissimæ pugnæ, gloriam mercari prætendo: sed vt cordatus Lector, ex inanibus illis obiectionibus, hostilem animum nostri enuncti mali Censoris, conijciat, atque eo intuito, nos, Grammaticæ regulas didicisse, scribendo obseruasse, & in publico stipendio, quem admodum

admodum ipse professos non fuisse deprehendat.

Hinc ad primam Tuam querelam conuertor. Vnumque prę-mitto. Te infidè referre nostra dicta cum rescribis à No-
„ bis. " in quo sensu doceat in Arist: sententia, verum esse
„ hoc assertum [ex nihilo nihil fieri,] & oppositum fal-
sum, ex niho aliquid fieri. " Nam in nostris scriptis ità legitur. (in quo sensu doceat in Arist: sentẽtia verũ esse hoc assertum ex nihilo aliquid fieri, & oppositum falsum, ex nihilo nihil fieri.)

Hoc aliud est, Ferchi, quam illud dicterium Tuum, quo contra nos clamas pag. 170. " ommisistis verbum princi-
„ pale, sine quo intelligi non possunt dicta mea; ommisistis
„ distinctionem, quæ fit per commata, cola periodos, vt sen-
„ sus haberi non possit, cum in Vestig: mea, hæc sint scripta
„ distinctè. "

Titulo impostoris, quo alibi, adeo liberaliter nos oneras, iustè nunc meruissemus, si hæc à nobis scripta forent, quemadmodum à Te rescripta. At perplacet gratis Tibi condonare hanc imposturam, memores Te aliàs protestatum fuisse pag 88. " (Volantibus occulis legisse nostra scripta.) " Sic est Ferchi, sic est vt contigit " non bene rescribit, qui non benè, & fixis occulis, scriptum intuetur. Sed ne in immerentem Typographum culpam refundas hæc trãsilio, atque ad querelam primam regredior.

Quereris ergo primo, quod turgentia Vocabula à nobis adhibita fuerint. At, an non turgentia Vocabula sunt, quib9 Tu Vestig: p. orsus fuisti " (Perstrepit vsquequaque Peri-
„ patum?] " An non epitheta sunt. " [Antiqua illa,
„ ignota, enuntiatione, peregrina, planè Aristotelica. "]

frequentatio Synonymorum. " (Audisti ne, quod hoc do-
" gma ex nihilo nihil fit, est opinio non recta, non rectè exi-
" stimata, non conueniens, nihilque habens, cui acquiesca-
" mus, non rectum dogma, non Arist: cui Arist: non acquie-
" scit.) " Allegoria illustris. " (quibus illi tanquam incō-
" cussis nixi fundamētis resonarēt ex nihilo nihil fit, & super-
" struerent ruinosos errorum parietes.) " Hyperbole. " (ra-
" dicibus altè nimium infixis.) " Emphasis laudatoria. "
(Lectorem à me recedentem facilè vt spero reuocabo.) "
Hæc verè sunt in fastoso, & prolixo illo Tuo Schemmatum
apparatu magno Vestig: p. non viginti: sed centum, & vl-
" tra lineis contexto. In quo, an submissè, vsitatè, attenua-
" tè loquaris, an simplicia sint Vocabula, an phrases obuiæ,
" lucentes, figuratæ adsint. An appareant allegoriæ, grada-
" tiones, Prosopopeiæ, Tropi, Schemata Verborum, aut Sē-
" tentiarum. An modestia verbalis, si non mentalis effulg-
" geat, ijs, quibus otium est, hæc & similia vestigare, iudi-
cium esto. Mihi sic terrere tempus, non vacat; memor,
quod D. August: lib p. Confess: cap. 18. scriptum reli-
quit [Vide Domine Deus, & patienter vt vides, vide;
quomodo diligenter obseruent filij hominum pacta litera-
rum, & syllabarum, accepta à prioribus locutoribus; & à
Te accepta æterna pacta perpetuæ Salutis negligunt. Vt
qui illa sonorum Vetera placita teneat, aut doceat, si con-
tra disciplinam grammaticam; sine aspiratione primæ syl-
labæ ominem dixerit, magis displiceat hominibus, quam
si contra tua præcepta, hominem oderit, cum sit homo.]
igitur ad secundam querelam tuam pergo.

Secundo quæreris. Primo falsum à nobis tibi imponi, cum
scri-

scripserimus Te pollicitum fuisse peregrina dicturum. Parui mandatis tuis. legi à Te scripta, vt iubes scundum Imperatoriam Tuam maiestatem; atque in tuo proemio offẽdi hæc verba. " Vereor sanè ne Lector ignota peregrinitate perculsus, quod dicere, aut audire non consueuit, nec
" dicendum, nec audiendum credat. " Modò, si (proemium,) secundum Rethores, [est exordium promissioque dicendorum.] Sanè cum asseris, Te velle in hac Tua Vestig: ostendere, hoc enunciatum [ex nihilo nihil fit] incunctanter receptum ab omnibus Peripateticis, alienum esse ab Arist: timeasque Lectorem offendi ignota peregrinitate asserti, quando nec dicendum, nec audiendum cre-
" dat, quod dicere, aut audire nõ consueuit, certissimè polliceris, in decursu vestigandi illius enunciati, (peregrina) dicturum. Secundo, quod per peregrinitatem Tibi imposuerimus, exprimere voluisse significatum præcellentis, & singularis perfectionis. quod quidem Italicè benè admitti posse affirmas: at non Latinè, prout Tu scribis. atque ita assecuti non fuerimus sensum illius Vocis à Te vsurpatum; quinimmo in Grammaticam peccasse; cum Tu (peregrinitatem) contendas intelligi pro extraneitate.

At bone Deus quam mirè nugaris circa hoc nomen (Peregrinitas,) adeo vt plures paginas inutiliter consumpseris : [Non quæramus origines nominum.] monuit D. Augustinus lib. 2. musicæ cap. 2. (multum enim habet res ista loquacitatis, vtilitatis autem parum.]

Si assecuti non sumus genuinum tuum huius vocis significatũ, tua est culpa, qui pro vocabulis simplicibus, & vsitata lo-
" cutione in Tuis Vestigationib⁹, (vt dicis te fecisse pag. 18.)

abstru-

[abstrusis) vsus fuisti." Audiatur Marcus Antonius Nali prędilectus Auditor Tuus in eius Libello [Auisi di Parnaso à i Poeti Toschi] pag. 102. l'ordinaria mia ambrosia, & il mio nettare, è l'interno studio [delle peregrine opinioni) inuestigate nel gran Padre de' i Filosofi Aristotile, dal mio dottissimo & amantissimo Maestro, il M. R. P. Veglia; senza dubbio creduto, e riuerito da tutti i Saggi per l'oraccolo di questo secolo, le quali [sono vergate à caratteri astrusi] in quel Libro, che sforza l' Inuidia à gl' Encomi, Infrontispicciato (Vestigationes peripateticæ.) di questo, con la mia Regina Celidea, mi seruo per guanciale la notte.

Si ergo abstrusos characteres Tuos speculantes, non diuinauimus nihil mirum. Verum hęc iocosè sint dicta, [vt par pari referam;] quando Nos in sexcentis locis huius Tui Libelli pueriliter traducis. Memorque sis etiam Tu Hieronymiani dicti contra Ruffinum. [dum dicis, quod non deberes, audis quod non vis.]

Attamen extra iocum dico, (peregrinitatem) latinè vsurpari posse [metaphoricè tamen] etiam pro singularitate præcellenti, quemadmodũ Italicè solemus dicere (concetto pellegrino) idest singularem, non cõmuniter audiri solitum, sed præcellentem conceptum, non assuetum audiri, quo significato Summus Poeta Tassus cæcinit cant. 4. stanz. 46. (Nulla di pellegrino, ò di gentile; gli piacque mai, ne mai troppo alto intese.]

Ita Aeneas Siluius lib. de origine Boemorum cap. 35. loquẽs de Ioanne Huss pessimo Hæresiarca, describit eius ingenij fastum illis verbis, (quod peregrinas semper, & nouas opi-

niones

niones amabat.] Ita eruditissimus Canisius lib. p. de corruptelis verbi Dei in censura cap. 4. scribit. (At verò insolentem perregrinitatem, Ioanni tribuunt Euangelistæ, sicuti Patres interpretantur, & res ipsa confirmat, presertim si nobiscum serio perpendimus, quod talis, tantiq; Sacerdotis filius, à communi aliorum societate & consuetudine vltrò se subducat, ac eam Vitæ seueritatem amplectatur, assiduequè colat, quam Rusticani, ac infimæ sortis homunciones, proculdubio fastidirent &c.) hæc Canisius. Quapropter Bartholomeus Sibilla ordinis Prædicatorum Doctor Clarissimus opus suum prætitulauit [Speculum peregrin arum quæstionum) idest singularium, & selectarum quæstionum de Animabus, de Cœlo, Inferno, Purgatorio, de Angelis bonis, ac malis, deque hominibus; nec non de alijs scitu dignissimis. quasi vero, aut hoc translationi repugnet, aut non ferè sæpius apud bonos quoq; Authores, verbum hoc, de suo in alienum domicilium emigrauerit. Videatur apud Emanuel Roderic: tom. 2. qq. Regul: q 57. de elemosina art. 4. pag. 173. col. 2. referentem Cordubæ opinionem his verbis [fundamentum autẽ satis peregrinæ huius opinionis est. [Item apud eloquentissimum Ascanium Martinengum tom. 2. Glossæ Magnæ literalis ad finem pag 866. referentem opinionem Burgẽsis de productione solis. & astrorum ex nihilo. atque his verbis concludentem, [& hæc quidem Burgensis peregrino suo Marte.] quod vocis significatũ explanans ad finẽ pag. 867. inquit [Burgensis placitum, vti singulare, nullisque fulcitum probationum adminiculis indiscussum pretermittamus] Rursus pag. 603 dum sententiam eiusdem

dem Burgensis rei jcit, quod Corpus Cœleste non sit, ex nihilo, inquit [Cęterum non possum non peregrinam hanc assertionem exemplo reprehendeie. Peregrinam illam, & singularem appello, cum grauissimorum Patrum iam adductis sententi js refragetur.]

Non inficior Vocem [peregrini] propriè significare extraneum, & extrà suam regionē versantē: ast ad alia significata eleganter transferri, docemur ex Ambrosio Calepino verbo [Peregrinus.] dicimus [peregrinam] faciem, quæ à quotidianis nostris differat, & quam apud Nos non simus soliti videre] idest præcellentis decoris faciem. quò sensu, cum Meretrices pulchriores honestis fæminis in facie apparere conentur; [peregrinæ] antiquitus, idest singularis pulchritudinis dicebantur. legatur Terentius in And:

Ita (Lapillos peregrinos] scripsit Ouid: de Nuce I. (gemme pellegrine] Non igitur barbarismus in grammatica commissus est, dum latinè hanc Vocem (peregrinitas) pro singularitate accepimus. cum alij doctissimi Viri ante Nos, i jsdem literis, & sono enuntiauerint. barbarismus enim est, vt diximus ex D. August: expurgat. [cum aliquid non eis literis, vel sono enuntiatum, quo ab eis, qui latinè ante Nos locuti sunt enuntiari solet.

Sic non leuiter, quemadmodum Tu hoc loco, lapsus est P. Gabriel Pennotus in sua Defens: Cēsuræ Baronij &c cap. 16. serm: 63. pag. 354 Vbi ad illa verba. [pensa igitur Natura humana, quæ Regnum Dei possidere dessideras &c.] inquit, Verbum [pensare,] quod pro [considerare,] hoc loco positum est, sine dubio Italicum est, non Latinū, quo nec Augus: nec aliquis Author latinus, vnquā vsus fuit.

Nimis

Nimis audacter dictum; quando D. Gregor: Papa homil: *35.* in Euangelia, ad illa verba. (cum audieritis prælia, & seditiones.) latinè scribat [Pensanda sunt verba Redẽptoris nostri &c.) quæ phrasis [pensanda] est æquipollens verbum, ac si dicat, (consideranda sunt verba) &c. & quasi hoc verbum [pensare] eidem Sanctissimo Pontifici, magis latinum videretur; quam verbum (considerare,) [quod tam bene Latinè, ac Italicè pronuntiatur, ac eumdẽ sensum habet; quemadmodum verbum [pensare] idem non semel repetit homil: 18. in Euangel: ad illud [quis ex vobis arguet me de peccato. (Pensate, inquit Fratres Charissimi mansuetudinem Dei,) & paulo infra. (Penset ergo apud se vnus quisque vestrum.) Item lib. p. moral: cap. *26.* in cap p. Iob. (Nam qui Solerter in vitæ consilio figit mẽtem pensat, ne ab ijs quæ agenda sunt prępediat formido.] Item homilia 5. in Euangelia, scribit (sed hac in re fratres Charissimi affectum debemus potius pensare, quam censũ.)

Item D. Bernardus homil: *79* inquit. (quoniam in Epithalamio hoc, non verba pensanda sunt, sed affectus.]

Item apud Cassiodorum, latinum profectò Authorem lib. 2. Epistol: 20. hoc verbum adhibitum videtur, cum inquit. (melius est de perpetua Vita, quam de fama cogitare, nostra enim post mortem, non opuscula, sed opera sunt pensanda.)

Rursus apud D. Petrum Chrisologum, Latinæ Eloquentiæ Sacrum Custodem serm: 48. (qui cuncta fecit ex nihilo. Ea fecit ò Homo Tibi, vt opificem operis, Tua æstimatione pensares.)

Quid quod? apud D. Augustinum in serm: 13. de Aduentu ad

Iudicium, verbum (pensare) reperio vsurpatum, cum scribit. (quod Vos estis, nos fuimus. quod nos sumus. Vos eritis. ista omnia fratres, sollicita consideratione pensate, & hæc considerantes expauescite.] Videat ergo Pennotus, an aliquis Author Latinus, an Augustinus ipse, vnquam vsus sit hoc verbo (pensare.) & discat, cautè cũ Ferchio pronuntiare vniuersales propositiones: quando, vnum singulare in contrarium adductum, eas destruat, ex Arist. 5 de gen. Animalium cap. 8.

Tertio quereris, post deprehensum in Nobis Barbarismum, (Solæcismum) pariter inuenisse. Papè! adeo solers, anxius, industrius es Ferchi in colligendis erroribus nostris grammaticalibus? Caue ne Tibi, in Parnasso, ab Apolline Musarum Principe, pœna imponatur seligendi infelix Solium, sterilesque auenas è frumenti integro modio; quemadmodum alteri Censori Tibi simili, iustissimè inflictam pœnam, ex argutissimo Traiano Boccalino legimus. (Centuria p. Raguaglio 100).

Quam aptè, ad propositum meum, scripsit Thomas Garzonius, Vir amenissimi ingenij in suo Opusculo Italicè prætitulato (il Theatro de' Varij, e diuersi Ceruelli mondani. Discorso 45.) cum inquit. (Non si può trouar peggio di questi Ceruellazzi litigiosi, perche ne Tuoi falli s'attaccano sù vna lettera, sù vn punto; e fanno vn strepito, vn rumore, come se Tu facessi vn Latin falso. E ne gl'errori loro, sono tanto proterui, & ostinati, che vorrano defendere, che vn Thema, non sia differente da vna concordanza.) Hucusque Garzonius. qui & plura, non minus argutè, quam veraciter prosequitur in petulantes Didascalos.

At

At videamus hunc tuum voluntarium solæcismū, " cuius cul-
,, pa, totus sensus manet suspensus, totus cadit, deest verbum
,, principale, nec vlla est resolutio illi respondens. " (En parturiunt montes, & nascitur ridiculus mus.) Vnum aduerbium (Cur) à Typographo, vel amanuense per incuriam, hoc loco per Te vestigato, ommissum: sed in erratis, vt potes videre notatum, à Te verò, qui (volantibus occulis) legis nostra scripta, & alienos errores nobis libenter imponere dignaris, animaduersione neglectum, capitalis causa est istius lapsus. Tui vero, an nostrum; esto Tu Iudex, nam in hac criminali Causa, alium grammaticum adhibere nolumus. Igitur si correctè ita legatur [sed cur Vir doctissimus &c.] eliminatus erit nobis impositus solæcismus, atque Tibi fastidium ablatum, hoc modo pueriliter impetendi, Nobisque tandem, & cordato Lectori, Tædium, has Tuas nugas audiendi.

Trigesimaprima Querela Ferchij.

Quod insulsè adhibeamus tritum adagium. (quot capita tot Sententiæ.) Vbi Ferchiana inconstantia, in placitis proprijs ostenditur.

SCripsimus lib. de Gen: & Corrupt: disp. 5 q. 2. a. 2. n. 68. quia ergo omnes formæ materiales sunt ex materia educibiles, vt fusè disp: 2 phys: qu. 7. a. 2. & 3. ideo nulla prorsus est à materia separabilis, & æterna.

Ferchius pag. 301. ita quæritur. " Sed in disp. 2. phys. qu. 7.
" ante p. a. car. 225. Sic à Vobis est scriptum. (sed quid sit
" formam educi de potentia materiæ, & quid ad veram edu-
" ctionis rationem requiratur, quot capita tot sententiæ.)
" si ita est, vt circa rationem eductionis, quot sunt capita,
" tot sententiæ sint. Vos duo capita estis. ergo duo diuersa
" sentitis, & vobis non credo, quia (veritas vna est.] si sen-
" titis idem, ergo non quot capita, tot sententiæ, & rursus
" Vobis non credo. "

Ità de Nobis lepidissimè, grauissimus Pater Ferchius iocatur.

Trigesimapr: Expurgatio Mastrij.

HOC adagium iambico carmine expressum [quot capita sunt, tot sunt item sententiæ] apud Authores (erudite Lector) est frequentissimum quando in re difficili, ac multipliciter opinabili versantur; vnde

Te-

Terent: in Phormione Act: 2. scen: 3. cæcinit [quot homines, tot sententiæ suus cuique mos.) Sic passim apud quoscumque offendes.

Nec id abhorruit Summus Pontifex Ioannes 22. in Extrauag: de verborum significatione [quorumdam exigit.] vt accuratè gloss: obseruauit, tum eo loco; tum pluribus alijs Iuris Canonici, ac Ciuilis locis. quando idem D. Ambros: lib. 2. de Virginit: par. 4. vsurpauit [quot homines) inquiens [tot sententiæ.]

Verum quod mirabilius est, apud nostrum irrisorem Patrem Ferchium lib. 2. de Cœlestis motus contrarietate cap. 15. pag. 340. gratiosissimè ampliatum legitur, dum scribit: " Transilio controuersiam, quæ animos Peripateticorum " hactenus torsit, atque perpetuò torquebit, quomodo extimus Orbis moueatur de loco ad locum, nec ammittat locum in termino à quo, vel acquirat locum in termino ad " quem; vt in hac re dicere possis (plures esse sententias quã " capita.) "

Nihilominus, noster, inquam, irrisor, haud contentus semel hoc dicterio nos illusisse pag. 55 rursus hoc loco pag. 301. illusionem replicat. immemor illius quod Iuuenalis scriptum reliquit Satir: 2.

Lotipedem rectus derideat; Aetiopem albus.
Quis tulerit Grachos de seditione querentes?

Videamus, an illusio in ipsum recidat. Prima pars sui dilemmatis, est hæc. " Vos duo capita estis, ergo duo diuersa " sentitis. & Vobis non credo, quia (Veritas Vna est.) " Subinfero ego. Iam ergo ruuit tota defensio, quam in p. lib. Tui Libelli assumpsisti pro Contareno. quando Vos duo

duo capita estis, & ibidem pag. 13. 14. 27. 28. 29. protestari. " Te diuersè sentire à Contareno. " igitur si diuersa sentis ab illo, dum illum defendis, alios decipis, nec Tibi credendum, quia (Veritas vna est) Altera pars dilemmatis est. " si sentitis idem ergo non quot capita, tot sententiæ, & rursus Vobis non credo. " quam insulsa sit hæc tua consequentia. Tu Iudex esto, cum scribis pag. 80. " quod autem ipsum indiuiduum fiat hoc, & Vnum numero, ex conuinctione formæ ad materiam est Doctrina D. Bonauenturæ p. d. 19. q. 6. & 2. d. 3. q. 5. & 6. Vnde, vel Illustrissimus Contarenus opinionem accepit à S. Bonauentura [nec enim Vir animi modestissimi indignabitur imitari S. Doctorem.] vel (eadem Veritas,) mentes Clarissimorum Doctorum Bonauenturæ, & Contareni [coniunxit.] "

Pulchrè dixisti Ferchi. At contra Tuam putidissimam adulationem quâ modestissimum Virum coequas Seraphico Doctori, reclamabit Homerico carmine Contarenus.

Nullus ego sum Numen, quid me immortalibus æquas.

Verum ad rem ipsam, igitur Te Iudice, quando eadem Veritas coniungit diuersorum capitum mentes, non valet ridicula illa tua consequentia. " Ergo non quot capita, tot sententiæ, & rursus Vobis non credo. " quando verosimilius est, mentes duorum Scotistarum in Vnum coire potuisse, Veritate cônectente, quam Seraphicam mentem, & Contarenam.

Sed abs Te quæro Ferchi. quid nam monstruosius arbitraris in rerum natura, Vel quod Nos, duo capita, idem sentiamus. Vel quod Tu vnum caput, passim circa idem, diuersa sen-

tias

tias, & scribas? " [Conueniet nulli qui secum dissidet ipse.] Tu nobis obijecisti pag. . Ergo parumper obseruemus, quis nostrum magis secum dissideat; idque obiter, Tuas opellas percurrendo.

Primo in Vita Scoti pag. 46. scribis: " oppugnauit Scotus „ Thomam, mitius, ac (rarius.) atque Thomas; & Scotus „ habuere Sectatores, ideo controuersiæ cum Thoma notæ. „ cum Henrico licet acriores & frequentiores ignotæ. " At in Discuss: de Coment: Metaph: Scoto adscriptis pag. 83. col p. inquis " Scotus opinionum trutina, nunc insectatur Henricum, modo Aueroem perstringit; [frequentissime) Thomam, Alensem, Aegidium. Vnus omnes „ impetit. "

Secundo Apol: in Matenens: pag 48 scribis " Doctor Subtilis (pauca) ex alijs facultatibus, [longe plurima] „ ex Theologia in quæst: exposuit. " sed in Tuo Libello pag. 341. inquis " si à Scoti libris auferatur Arist: nihil Scoto „ remaneret in Philosophia. In Theologia ex decem partibus vix remanerent tres, plures enim textus Arist: quam „ Sacræ Scripturæ expendit, & exponit. (prolixiores) di„ sputationes ex Arist: Philosophia quam ex Doctrina Christi agitat. "

Tertio in Prologo tui Libelli pag. 6. scribis, occasionem nobis respondendi, eam fuisse. " quia Veritas per me tradita . „ [nempe in Vestigationibus à Nobis impugnatis] labefa„ ctatur, conculcatur. " at pag. 12. libelli ais. " Ferchius in „ Vestig: Peripat: non quid rei Veritas habeat, sed quid Ari„ stot: senriat, vestigare conatus est. quod repetis pag. 16. „ 159. & ibi.

Quar-

Quarto pag. 381. scribis " saluberrima prouisio profectò
„ esset, ne etiam sub Arist: nomine Fides Catholica impugne-
tur, vel hæresis defendatur &c. " & plurima ibi catholi-
cissimè prosequeris. Verum dum Nos hoc Tuum saluber-
rimum consilium obseruamus in tradenda nostra philoso-
phia. Tu pag. 16. n. 9. recantas. " De Theologis non est
„ ad propositum. Contarenus, & Ferchius quærunt senten-
„ tiam Vnius Pagani. quid ad propositum conferunt Theo-
„ logi Christiani? planè estis Doctores extra propositum. "
sic Tu eo loco titubanter nugaris.

Quinto in Vestig: p. n. 50. ex eo, probas Arist: p phys: t. 82.
non asserere æternitatem materiæ, " quoniam eadem ra-
„ tione omnis forma assereretur æterna, quod est ridiculū. "
quod confirmas ex tex 7. diuinorum t. 32. & ibidem 26.
& 27. & ex 12. metaph: t. 12. & 8. Metaph: t. 8. Atq; tan-
dem instantiam soluendo, sic ais. " quare oportet cum
„ Arist: dicere, quod forma fit absque eo, quod fiat; & corrū-
„ pitur absque eo, quod corrumpatur. nam propriè fieri, &
„ corrumpi, compositorum est; & hoc modo materia, & for-
„ ma non fiunt. sed alio modo, forma fit, scilicet per fieri
„ in communi, per quod fieri etiam forma fit. " sed infe-
„ rius Vestig: 6 lib. p cap. 2. in 3. & 4. ratione eosdem ad-
ducis textus, ad probandum, quod omnis forma substan-
tialis sit separabilis, & perennis. & argumenta inde dedu-
cta, Achillea iudicas, adeo vt, ea insoluta relinquas, cum
alijs decem. Nos autem disp. 5 de gen. q. 2. a. 2. respon-
demus illis duabus rationibus atque nostra responsio coin-
cidit cum ea quam Tu ipse assignasti ijsdem textibus Ve-
stig: p. n. 50. quam tamen, non solum recipis, quinimmo
acriter

acriter impugnas lib. 3. Tui Libelli cap. 9. in deffensione 3 & 4 argumenti.

Sexto pag. 324. ab initio scribis " generabile, & corrupti-
" bile in eodem genere substantiæ sunt contraria. & contra Nos, contendis esse propriè contraria. At statim ab initio pag 326, negas contrarietatem in genere substantiæ.

Septimo pag. 339. ab initio dicis. " illam propositionem. [omne effectum est prius imperfecto tempore,] ablata particula (prius natura,) non esse vniuersalem propositionem. Oppositum habes paulò inferius pag 343. circa medium, vbi asseris, hanc propositionem (Perfectum est imperfecto prius tempore) esse vniuersalem, sine particula [prius natura.]

Octauo pag. 156 negas formas contineri in potentia passiua materiæ; idque ibi contra Nos ex professo probas. Oppositum doces Vestig: p. pag. 10. col. p. vbi concedis, formas esse in potentia passiua subiecti.

Nono pag. 340. in fine. Negas materiam esse forma priorem natura, & origine; quia [Perfectum est prius imperfecto ordine naturæ secundum Arist:] Contrarium asseris Vestig: p. pag. 34. col. 2. ex p. Phys: t. 82 & 2. de partibus animalium cap. p. quod scilicet materia est per se prior natura, & origine quam forma.

Decimo pag. 300. in fine. negas vllam formam substantialem à materia dependere in esse, quia independentia à materia est communis omnibus formis substantialibus. Oppositũ habes Vestig: p. pag. 34. col 2. n. 40. vbi, cum opinione communi, concedis formam materialem, à materia dependere in esse. & quæris rationem, Cur forma non sit ratio

producendi materiam similem illi, à qua dependet in esse. & inquis esse hanc " quia forma est posterior natura, & origine materia. & Vestig. lib. 2. cap. 10. n. 1. 10. & 11. & pag. 321. ex eo arguis animam rationalem esse inter alias formas substantiales, incorruptibilem; quia est in subiecto independenter ab eo. per hoc insinuando, hanc independentiam esse specialem animæ rationalis, non autem communem omnibus formis substantialibus.

Vndecimo pag. 183. cap. V. n. 7 concedis cum August. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, formam esse substantiuam, seu subsistentem. id autem omnino negas pag. 270.

Duodecimo. pag. 216. in fine dicis ' factionem formarum
„ ex nihilo fundari, & probari ex Authoritate Aristot: lib. de
„ Xenophane, & Zenone, vbi concedit [aliquid fieri ex
„ nihilo.] quod dictum verificatur non in compositis, sed
„ in simplicibus; non in materia, ergo in forma. ' Hoc autem negas Vestig. p. cap. V. pag. 11. col. 2. " quia Arist:
„ ibi inquit. (Non multa facta esse, ex ijs quæ non sunt) mul-
„ ta autem ex nihilo fierent, si formæ omnes substantiales ita
„ fiunt. " & ideo ab hoc num: formas substantiales excludis.

Decimotertio frequentissimè Nos appellas, Compillatores, transcriptores ex alieno, nunquam aliquid afferentes de nostro, præsertim pag. 230. quod etiam impudenter asseris de omnibus Scotistis pag. 26. ab initio. quinimmo, & de ipsomet Scoto pag. 341. in fine. At pag. 203. cap. 9. n. 49. facis Nos multarum opinionum Inuentores, cum
„ inquis. ' Vos quoque multa, contra omnes ferè moder-
„ nos, contra omnes ferè antiquos, asserere non dubitatis. "

Deci-

Decimoquarto Vestig: 6. lib. 2. cap. 8. n. 113. in fine, concedis cum Raguseo animam intellectiuam non esse formam eductam de potentia materiæ. oppositum asseris pag. 55. Libelli in fine dicens. " Nulla alia forma educitur de potentia materiæ, nisi intellectiua. "

Quintodecimo, Hoc eodem supracit: loco, scilicet pag. 55. n. 53. aperis, quid sit formam educi de potentia materiæ.
,, At infra pag. 301. cap 8. n. 45 ais, " Te ignorare signifi-
,, catum vocabuli eductionis. "

Decimosex: pag. 298 damnas nostrum loquendi modum; dum formas materiales dicimus esse immersas, & alligatas materiæ, & inquis " immersa, & alligata, sunt Metapho-
,, ræ, à disputatione rei jciendæ. " Sed Tu ipse, non semel
,, vteris hac eadem Metaphora cum Vestig: p. cap. 19. n. 62
,, ab initio scribis. " quod scientia naturalis est alligata ma-
,, teriæ. " & Vestig: 6. lib. p. p. 254. col. p. ais, physicus est
,, alligatus materiæ. "

Decimosept: pag. 289 atrocem fers Censuram contra hanc à Nobis adhibitam phrasim (proprio Marte) & ais esse paganam, Christiano, theologo indignam. Cum nihilominus, Tu pluries eandem phrasim adhibeas. Vestig: 10. n 3. Vestig: p. n. 18.

Decimooct: pag. 428. n. 94 irrides hunc nostrum scribendi modũ [Arist: semper negauit Circulationem Animarum]
,, Si enim, inquis hoc verum est, ergo numquam scripsit ali-
,, quid aliud, sed voluit saxum Siliphi. " Cum tamen Tumet hoc eodẽ scribẽdi modo vtaris. Primo in Vestig p. pag. 39 num. 45. quando dicis Aristot: perpetuo obseruasse propositionem ex nihilo nihil fit: esse alienam. " Hoc

autem [perpetuo) idem sonat quod (semper.) quapropter sequitur, nihil aliud fuisse ab Arist: vnquam obseruatum, preter hoc. si Tua ridicula illatio illa valet. Secundo eadem Vestig: p. capi 11. ab initio, refers Pererium sic arguentem. Arist: semper diffiniuit causam efficientem
„ (per esse principium motus.] atqui hic loquendi modus in
„ Pererio non displicet. Tertio pag. 329. scribis. " Ego (semper) ex arist: loquor. Vos nunquam. " quod quam falsum sit legatur Expurg: 4.

Decimonono. pag 2.. reportas Nos dicentes. (sanè istæ contradicunt. Omnis forma substantialis est separabilis, quædam forma substantialis nō est separabilis. si ergo hāc Arist: sexcenties docuit, teste Ferchio, illam docere non potuit.) Tu hanc consequentiam derides. Si asseruit particularem negatiuam Arist: ergo non potuit asserere vniuersalem affir-
„ matiuam. " Papè ! inquis, scribitis nunc rem mirabilem,
„ hoc est secretum publicum. quis enim est tam stupidus, qui
„ nesciat, recepto vno contradictorio, alterum respui ? reie-
„ cto vno, alterum non reicipi ? an hoc scribendum erat ?
" At non semel tu eamdem consequentiam elicis Primo pag. 41. ab initio. sic arguis " Aristot: lib. de Xenophane
„ negauit illam propositionem [ex nihilo nihil fit,] ergo
„ concessit contradictoriam (ex nihilo aliquid fit.) quan-
„ do autem dixit aliquid fieri ex nihilo, certe non asseruit, illud fieri ex aliquo. " Pape ! scribis ne Ferchi , nunc rem mirabilem, hoc est secretum publicum ? quis enim est tam stupidus, qui nesciat quando Arist: dixit aliquid fieri ex nihilo, noluisse asserere illud fieri ex aliquo ? secundo, eodem vteris argumento pag. 234. n. 83. videatur

ibi

ibi " An hoc scribendum erat? "

Vigesimo. pag 376. scribis, quod " Arist: animã esse immor-
" talem cognouit, asseruit, probauit, scripsit expressè. Sed
" contrarium docueras Vestig: 8 cap. 4. n. 30. dum ex im-
" mortali dissidio Philosophorum de Animæ immortalitate,
nihil certo " ab Arist: demonstratum contendis.

Vigesimopr: pag 281 linea 9 Arist: scribitur " Doctor Ve-
" ritatis: " at in orat: habita in Vniuersitate Patauina die
" 12. Martij 1631. Eundem Arist: dicis " fuisse hominem
" falsum in Diuinis Mysterijs, falsum in humanis moribus,
" falsum in rebus naturæ: e cuius faucibus Tu erutus, quasi
" è tenebris ad lucem reuocatus, Deo grates debitas rependis,
" eo quod tunc primum " Tu enarator Veritatis, & sapien-
tiæ, compos fieri incæperis.

Vigesimosecun: pag. 455. scribis. " Præstantissimi quique
" Philosophorum Ionicæ & Italicæ Philosophiæ & Aegyp-
" tiæ, immortalitatem Animæ statuerunt. vt Mercurius tris-
" megistus, Pherecides Syrus, Thales Anaxagoras, Socrates,
" Pithagoras, Plato, Arist: Empedocles, vt ferè solus Epicu-
" rus oppositum dixerit, propterquod, & communiter con-
temptus fuit à Sapientibus. " sed pag. 358. scripseras "
" Neque Stoici, qui Oriente, & Occidente Mundo, eadem
" repeti autumant, hoc argumento confutaui. Nam & isti
" Animam intellectiuam esse corruptibilem volunt. " Er-
go Secta Stoica, mortalem animam statuit. illa Secta, quę
Seneca teste lib. (de Constantia Sapientis) cap. p. tan-
tum interest inter cæteros sapientiam professos, quantum
inter fæminas, & mares. . Et Tu dicis " solus Epicurus fe-
rè, animam mortalem statuit?

Vige-

Vigesimoter: Vestig: 4. n. 46. dicis " Aequum non esse ,
,, quæ contra Veritatem pugnant, insoluta dimittere. " At
,, pag. 288. Libelli, ais " Te nō debuisse soluere argumenta
,, duodecim, quibus probasti omnem formam substantialem esse separabilem, & perennem. Vestig: 6. lib. p. cap. 2. quā propositionem protestaris, esse falsam pag. 271. n. 14.

Vigesimoquar: pag. 473. & 474. alibique frequenter, scribis Nos mortalitatē animæ rationalis mordicus tueri, asserere. At pag. 19. & 20. nu 12. rescribis " Nos docere omnes formas substantiales generari, & corrumpi excepta anima rationali, quæ licet producatur; non tamen corrumpitur ,, Et quod mirabilius est, hac Tua contradictione Nobis imposita, statim assignas verum responsum nostrum; impudenter ijs locis calumniando Scotum, tanquam Alexandreum.

Vigesimoquinto. pag. 411. n. 75. Cum Nos contra Te probamus t. 14 lib. 3 de Anima, non facere ad rem. Nam Aristoti eatenus ibi dixit (intellectum possibilem ideo innasci, sicut tabula nuda in qua nihil est depictum &c. Tu replicas in hæc verba. " Arist: de nuditate loquitur in textu,
,, [oportet autem sic, vt in tabula; in qua nihil est scriptum, actu, quod quidem accidit in intellectu]. de nuditate
,, ab omni specie inexistente in intellectu, textum attulit, &
,, hoc dicit. De innasci p. vel 2. vel 10 nihil ait Arist: Com-
,, ponitis textus nouos, & putatis me decipere. " sed Vestig: 6. lib. 2 cap. 14. n. 147. Cuidam ingeniosæ interrogationi Respondes per hæc formalia verba. " Respondeo quoniā intellectus possibilis innascitur in corpore, sicut tabula, in
,, qua nihil est pictum 3. de Anima t. 14 &c. " Quis nostrū

com-

componit tex: Ferchij quis noſtrum decipit? an Tu, qui ſcripſiſti, [an Nos, qui à Te reſcripſimus,] vt inaniter iactas pag. 410. n. 74.

Vigeſimoſex: Maior denique omnium Contradictionum in tuis dictis, illa eſt. quod nemo ad hæcuſque tempora, adeò Scotum dignè laudibus euexit, adeò conuitijs depreſſit, quemadmodum Tu extuliſti, depreſſiſti. illud quidem in Vitâ Scoti, ac in Apolog: in Matenel: Brou: & Iouium, atq; in oratione declamata in vniuerſitate Patauina anno 1633. die 3. Nouembris. Hoc autẽ poſterius præſtitiſti in Opuſc: [de duabus perſonis producentibus Spiritum Sanctum,] & in hoc Tuo Libello Famoſo, quem contra Scotũ & Nos ſpeciatim edidiſti.

Verum, dices mihi deficeret, ſi diſcordes ſententias de eadem re enumerare vellem, quæ in vno capite Tuo aglomerantur. Ergo, ſi Nos falſificamus illud dictum, [quot capita, tot ſententiæ,] quoniam, cum ſimus duo capita, vna mente ſpeculamur, vna ratione ratiocinamur, vna voluntate volumus. Vndè pulchre Nobis adaptari poteſt, quod cæcinit Silius Italicus lib. 9.

Velle, ac nolle ambobus idem; ſociataque lęto
Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus.

Num Tu, qui es vnum cap. & oppoſita de eadem re ſentis, ais, ſcribis, ingens oſtentum in natura appares? vt merito Tibi, non ineptè applicari poſſit Virgilianum illud Aeneid: 3.

Horrendum, & dictu video mirabile monſtrum.

Ex his igitur, Aequo Lectori, conſtet, quàm conſtans ſit Ferchius, qui pag 37. n. 34. non erubeſcit diffamare Subtiliſſimum Præceptorem " inconſtantem in ſua doctrina " ob

non

nonnullas limitationes positas pro maiori intelligentia diffinitionis Creationis, non tamem ab ipso Ferchio, sed à doctissimo Bargio obseruatas p. d. 3. q. 5. ab initio, [cuius tamen nomen ingratè ipse suppressit] quādoin Vita Scoti, & in Apologijs, subtilissimum Doctorem, in sua Doctrina constantissimum iurauit.

Trigesimasecunda Querela Ferchij.

Quod non rectè petitum fuerit, vbinam formæ substantiales forent à materia separatæ.

SCripsimus in lib de gen:& corrup: disp: 5. q. 2. a. 2. n. 68. Accidit, quod si ponātur separabiles, tunc edocendum erit ab hac sētētia, quo diuertat forma in actu diuisionis à materia, & quo loco conseruetur; quod adeo difficile est edocere, etiam de ipsa anima rationali apud Aristot: vt Ferchius ipse, post longam rei discussionem, in eam venit opin: lib. 2. cap. 14. vt Arist: cōcedenda fuerit Circulatio animarum rationalium in corpora humana. quod an ritè dictum sit, & corrispondenter ad Arist: principia, & Fidei nostræ candorem, num potius fabulosè, dicemus in lib. de anima. Si ergo de anima rationali ita sentit in Via Peripatetica; quid dicet de alijs substantialibus formis, si ipsæ quoq; separabiles sunt, & suapte natura subsistentes? migrabunt ne de vna materia in aliam? an potius infinitæ [in concauo Orbis Lunæ manebunt?]

Fer-

Ferchius pag. 303 ex his vltimis verbis nostris, vehementer offensus in hæc Scommata prorumpit, & quæritur. " Secundũ positionem vobis oppositam, formæ realiter manebunt semper in materia, vt sæpe repetitum est contra Vos; sed semper dissimulatum à Vobis. sed secundam fictionem vestram non manebunt in Concàuo Orbis Lunæ. (sed in cerebris vestris Lunaticis. "

Trigesimasec: Expurgatio Mastrij.

EMinentissimus Constantius Sarnanus Scotista præclarissimus q 9. vniuersalium pag 163. scribit. [Sed quæres. ista vera natura communis, ex quo ponitur à Scotistis, vbi est tanquam in [redacted] loco? est ne in concauo Orbdis Lunæ? aut in olla bulliente? Dico quod non; quia abstracta est ab omni existentia actuali; & consequenter à quantitate, & qualitate, & ab omni relatione, & ita ab omni loco. Sed dices contra. quia si nullibi est ergo nihil est: Reflecto argumentum contra Te (inquit Doctissimus Vir.] [Deus non est in loco per Auer: 8 phys. ergo nihil est non valet consequentia. erit ergo] (scilicet natura communis] in intellectu obiectiuè]

Hoc modestissimum responsum Cardinalis modestissimi, refero, Cordate Lector, primo vt tibi constet phrasim illam, (in concauo Orbis Lunæ,) non fuisse nostrum inuentum; quinimmo à grauissimis Authoribus vsurpatum fore, sine cuiusquam offensa. Secundo, vt Ferchiana responsio, ex comparatione oppositæ, tãto magis immodesta innotescat.

Ooo Recor-

Recordaberis ne Tu Ferchi, hoc loco, Sanctæ admonitionis à Sanctissimo Patriarcha Francisco directæ ad Fratres suos. [Non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent: sed sint mites, pacifici, modesti, mansueti & humiles, honeste loquentes omnibus sicut decet.] quam Tu nobis obijcis pag. 55. ex eo quia defendentes Seminarium formarum Seminarijstas nuncupauimus?

Docet ne Confratrem nostrum, tam inhonestè & per contemptum summum, Nos appellare (Lunaticos?) hæc est mititas, & mansuetudo Tua? Non meministi iustissimę sententiæ quam Christus Dominus tulit Math: cap. 5. (qui dixerit fratri suo fatue, reus erit ghenæ ignis?) O quam graphicè Cicero scripsit lib. 3 Tuscul: [propriũ est stultitiæ, aliorum vitia cernere obliuisci suorum,] qui nam nostrum, habeat Lunaticum cerebrum, conuincatur ex Lectura præcedentis Expurg: Vbi Chamaleontis, ac Prothei mutabilitatem, satis aperui.

Propulsata iniuria, nunc facillimè Tuæ responsioni occurro, ex ijs, quæ scripsisti Vestig: 6. lib. p. cap. 5. nu. 29. quando pro declaratione Tituli illius Vestig: [de forma separabili,] vt ostendas Animam intellectiuam esse formam separabilem. quid separabile, & inseparabile Arist: significet, apertè monstras; cum inquis.

„ Igitur separabile aliquid dicitur ab alio, quia ipsum seiunctum ab alio, adhuc suum esse retinet, veluti si duo saxa coniuncta seiunxeris ea non interribunt; immo vtrumque seiunctum, permanet in suo esse. si autem ex duobus coniunctis, alterum separes ab altero, & vnum intereat; illud, quod interit est inseparabile; quod non interit, separabile est. “

est. "

Hinc ibi infers, nullum accidens esse separabile à subiecto, quoniam disiunctum interit. Subitantiam vero esse separabilem, quoniam ab accidente seiuncta, proprium esse retinet.

Et inferius n. 31 sic rursus scribis. " Separatio realis in schola Arist. est, qua vna res potest esse sine alia, in entium or-
,, dine. hoc modo substantia est separabilis ab accidente, lo-
,, cus à locato. sic elementa separantur à mixto. Sic non est
,, separabilis materia prima ab omnibus formis collectim,
,, quamquam à singulis diuisim separata consistat. Hoc mo-
,, do quærimus, an aliqua forma singularis in materia exi-
,, stens tanquam forma informans valeat à materia separari,
,, absque formæ destructione, siue absque desitione essendi.
,, ita mentes orbium motrices separatæ à materia dicuntur,
,, quoniam actu existunt, neque tamen informant; neque
,, sunt loco, & subiecto cum materia coniunctæ. " Hæc
,, Ferchius.

Ex qua declaratione, atque exemplis adductis, ad aperiendũ hunc modum separabilitatis, de quo hic est sermo, satis cõstat, nostrum discursum, serium, prudentem, rationabilẽ fuisse, non (Lunaticum.)

Etenim vt defendatur formã esse separabiliẽ iuxta hunc modum separabilitatis, debet posse diuelli à materia, quemadmodum ipsamet materia diuellitur ab hac, & illa forma. Sicut substantia diuellitur, ac separatur ab accidente. atque tandem, vt mentes, orbium motrices separatæ à materia dicuntur, quoniam neque loco, neque subiecto, sunt cum materia coniunctæ.

Non ergo valet Ferchiana responsio ad nostrum argumentum quod scilicet secundum positionem nobis oppositam, formæ semper realiter manebunt in materia. Si enim, sic semper manebunt in materia. ergo non sunt ab ipsa separabiles; iuxta modum separabilitatis ab ipso declaratum pro titulo quæsiti. hic enim significat, vnum ab alio seiungi loco, & subiecto; ita quod, vnum possit per se existere actu, etiam alio destructo, à quo diuellitur. Vnde, sicut anima dicitur forma separabilis à corpore, quia extra Corpus existere per se potest, & existere etiam destructo corpore. ita quoque aliæ formæ substantiales dici debent separabiles, ita quod existere possint per se, etiam si per possibile, vel impossibile destructo eorum subiecto.

Confirmatur; quia dum Ferchius Vestig: 6. lib. p. cap. 2. probat omnem formam substantialem esse separabilem; vtiq; loquitur de eo separabilitatis modo, quo dicitur anima separabilis, vt ex tali separabilitate formæ substantialis in communi, deduceret separabilitatem animæ in particulari; quemadmodum è contra Alexandrei, ex inseparabilitate formæ substantialis in Communi, deducebant etiam animæ rationalis inseparabilitatem, vt ipsemet Ferchius se declarat pag. 285. sui Libelli. At separabilitas Animæ, non est talis, vt informatione cessante, adhuc realiter maneat in materia; sed talis, vt ab ipsa seiungatur, & seiuncta per semetipsam existat, ergo talis quoque poni debet separabilitas cuiuscunque alterius formæ substantialis, si quæcunque alia ponatur separabilis iuxta positionem, quam defendit Vest: 6. lib. p. cap. illo 2.

Accedit, quod Arist: 4. Phys: t. 23. Enumerat modos essendi

(In) & inter alios enumerat modum, quo forma est in materia, accidens in subiecto; qui esse nequit nisi per informationem. Ergo si forma manet perpetuo in materia; nunquam erit ab ea separata, nec separabilis. Et omnino repugnat dicere, formam esse à materia separatam, si in materia semper realiter manet, vt ait Ferchius in allegata responsione.

Trigesimatertia Querela Ferchij.

Quod Sum Aristotelis Lateronem nuncupauerimus.

SCripsimus in lib. de Gen: disp. 5 q 2. a. 2. n. 76. Vide, quæ consequentiæ deducantur, ex quibusdam propositionibus, quas indeffinitè protulit Arist: ; & hi Laterones eius accipiunt pro vniuersalissimis, quasi propositiones Arist: sint vniuersaliter veræ.

Quæritur Ferchius pag. 341. " Mirandum fuisset, si absque ,, iniurijs absoluissetis has responsiones. Laterones, vel bla- ,, terones Arist: sumus Nos. Vos Scoti.

Tri-

Trigesimatertia Expurgatio Mastrij.

Hæc Vocula (Latero) à nobis vsurpata, ad indicandos Peripateticos illos, qui nimium addicti sunt Arist: verbis, sicuti multi profitentur, contra quos, Horat: in Epist: cæcinit. (Nullius addictus iurare in Verba Magistri,) iniuriam certè non sapit, cum teste Varone (Laterones) ij dicantur, [qui latus Principis alicuius tuentur;] siue mauis apud Liuium lib. 4 belli Punici. (Laterones] à latere dicti, cari, & amici Principum, qui eorum lateribus semper adsunt. Atque in hoc sensu à Nobis [Laterones] accipi ex antecedentibus & consequentibus verbis nostris, discretus Lector, iudicabit.

Ferchius autem, & si hanc significationem optimè nouerit; tamen vt Nos iniuriosos faceret, de suo Sacco addidit " (Blaterones,) " & cum ipse iniurius sit, nos iniurijs afficit (Blaterones) Scoti appellando.

Titulo (Lateronis) Scoti, gloriamur, gloriabuntur; & hoc nomine [Laterones] Arist: non iniuriam reputabunt. Displicebit benè per Te insimulari [Blaterones] adeo lingua in malum semper præceps, in bono sistere nequiuit. Vide Lector humanissimè, quas Aristarchus iste, leuitatum occasiones afferrat & num ex D. Bernardi sententia, (Eorũ ex genere adiudicandus sit, qui corrosores esse conuincuntur, non correctores, cum potius mordere, quam emendare malint.]

Tu

Tu publicus Scoti Interpres (velis, nolis) an (Latero,) vel (Blatero) Scotisis, Tuum esto Iudicium. Nobis, (Laterones) Scoti esse sufficiat.

Trigesimaquarta Querela Ferchij.

De alio Solæcismo in Grammatica commisso.

LEgitur disp. 5 q. 2 a. 2. n. 67. in lib. de Gen: Si dicat ipsum non asseruisse illam vniuersalem affirmatiuã, sed probasse duntaxat disputatiuè procedendo.

Queritur Ferchius pag 284. " Locutio illa si dicat (ipsum) ,, non asseruisse. (latinè) erat scribenda, si dicat (se,) ,, non asseruisse. Solæcismus Vobis eruditissimis familiaris, ,, meam excusabit ruditatem. "

Trigesimaquar: Expurgatio Mastrij.

QVID si me facillimè expurgarem, obijciendo originale nostrum manuscriptum, in quo legeres. [sed dices, ipsum nonasseruisse] ac pro inde Typographi incuria, Tibi oblata fuerit occasio, voluntarium hunc Tuum Solæcismum emendandi? At nos tua mordendi libido, hæc & similia omni leuitate leuiora errata, mauult adscribi Authoribus, Quasi vero per Te à Typographis imprimantur libri absque vllo erroris næuo.

Legatur epist: Angeli Politiani ad Georgium Merulam lib. 11.

&

& audies acerbas querelas Eruditiss. Viri in Typographos q suos miscellaneos corruperunt. Insuper addentis hæc verba (Solæcismos porro, adhuc nemo mihi ex doctioribus obiecit. Nam, quæ vilissimi quidam nugatores in angulis garriebant, ea hos propalam citatis authoribus confutauimus) Hæc Politianus in rudes, ac vilissimos nugatores, Solæcismos sibi obijcentes.

Ast audiamus amice Lector, ex quibus nam promptuarijs linguæ Latinæ, Vir Eruditissimus, ac rigidissimus, qui nos carpsit, eo quod legerit [Typographi oscitanssa, vt dixi] (Si dicat ipsum non asseruisse] deprompserit correctioné his conceptam verbis. " Locutio illa si dicat ipsum, non ,, asseruisse. latinè erat scribenda. si dicat se non asseruisse " ad hoc vt euitaretur Solecismus.

Certè apud probatissimos humanioris literaturæ Scriptores, latam differentiam intercedere, pro comperto est inter has duas locutiones. [grammaticè] loqui &c& (latinè) loqui, vel scribi.

(Grammaticè) namque loqui, vel scribi, est, vbi cura sermonis, vitium non admittitur. (Latinè) vero loqui, vel scribi, vbi elocutione, vel scriptione eluceſſit oratio. ita Quintil: lib p. cap. 6.

Iam ad Nos igitur Didascalus noster, cum nos corripit, inquiens " Locutio illa, si dicat ipsum non asseruisse, [Latinè) erat scribenda, si dicat se non asseruisse. " Solum indicat orationem illam, magis elucescere scriptione. [Si dicat se] quam scriptione (si dicat ipsum;) non verò vitium aliquod in grammatica commissum; cum id notare debuisset per correctoriam scriptionem; locutio illa si

dicat

dicat ipsum non asseruisse, grammaticè erat scribenda (si dicat se.)

Ex quo patreat, quantum Censor noster versatus sit in Grammaticorum apicibus, quando non satis intelligat, quid ipse loquatur, vel scribat, & quã iure merito obiurgandus veniat, tum præcipuè, cum Nos actu corripiat. Verum, qui nostra nobis errata indulgeri cupimus; ipsi primi, alijs indulgendum debemus.

Excusamus ergo (ruditatem,) vel (rudibilitatem) Tuam [placet imitari iocum Verborum [Laterones,] vel [Blaterones] in præcedenti Querela] quando non solum Nos Philosophos, Latinitatis apices, tam accuratè nõ obseruantes, dumodo intelligamur, grammaticalis erroris insimulas, sed et Torquatum Tassum Summum Poetam, in omnibus Liberalibus artibus excultissimum, Pedagogico supercilio, corripere audes, quod regulas grammaticæ per incuriam, seu ignorantiam ommiserit. Obseruat. Tuis ad Goffredum obseruat: 4. in fine in illis verbis. " (Tralascio vna regoletta di grmmatica, & è, che leuata là parenthesi il senso compiuto resti, il che qui non incontro, anzi vi manca il caso agente. ") (& obseruat: 54.) dum inquis. " (Tralascio l'essame della contruttione grammaticale, non adoperata dal Tasso, conforme al Petrarca.) "

Aptè doctissimus Bellarminus Controu: 4. (de Sacramentorum effectu) lib 2. cap. p. ad coercendam Pedagogorum hæreticorum insolentem petulantiam, damnantium tanquam monstra Verborum illa nomina (ex opere operato.] aduertit nullam nouitatem esse in illis; nisi, quod contra regulam grammaticè operatum (passiuè) accipi-

tur; & inquit. [Sed neque hoc nouum est; nam etiam in Epist: ad Heb. cap. 13. contra regulam grammaticæ passiuè accipitur [promeretur.) Cum legimus, [talibus enim hostijs promeretur Deus.) & S. August: in psalm: 138. maluit dicere ossum ossis, quam os ossis, vt facilius intelligeretur; [melius est, inquit August. vt nos reprehendant Grāmatici, quam vt non intelligant populi.)

Quo iuditio Eminentissimi Viri, elicitur, quāti à Philosophis, & à Theologis, æstimandi sunt Grammaticæ apices, cum à D. Paulo, & Augustino, aliquoties fuerint neglecti.

Videatur D. August: lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 29. Tom: 3. [plus curandum est.) inquit [de sententia, quam de perfecta grammatica.) Hinc super Ioan: serm. 2 Tom: 9. (non timeamus] dicit, (ferulam grāmaticorum, dum tamen ad Veritatem solidam, & certiorem perueniamus,) & in tractatu super vlt. Prouerb: replicat. [Dum omnes instruantur, Grammatici non timeantur.]

Etenim dicit lib 3. de Doctrina Christiana cap. 3. Tom. 3. [Plerumque loquendi consuetudo vulgaris, vtilior est significandis rebus, quam integritas literata. mallem quippè inquit August: cum barbarismo dici; non est absconditum à te ossum meū; quam vt ideo esse minus apertū, quia magis latinum est.) Adeo vt verissimum sit ex eodem August: lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 13. (Ad rerum cognitarum non pertinere, vtrum cum solęcismo dicatur inter homines, an inter hominibus, sed ad Vanissimum nugarum VESTIGATOREM.]

Legatur Epist: 6. Eruditissima Pici Mirandulani ad Hermolaum Barbarum, & Grammatistarum ineptias, si placet, ad latie-

satietaté degustabis. Vt verò verius deprehendatur, quod scripsit Alexander Tassonus lib. 10. cap. 2. [de i suoi pensieri diuersi,) cum inquit. [Oggidì i Grammatici puri non hanno luogo frà gl' huomini di lettere, se non infimo. imperciochè aspirando gl'ingegni moderni alla fama delle dottrine più nobili, sprezzano come leggieri le semplici lodi della dicitura corretta.)

De Scoto in Vita ipsius cap. 6. n. 20. tu scribis. " quod studijs humanitatis non fuerit admodum cultus, & cap. 11. repetis " stilus Doctoris Subtilis in suis libris, simplici latinitate decurrit, non comptus non elegans, siue quod illud sæculum, laudé elegantiæ neglexerit, siue quod Scholasticæ Subtilitates, & anphractus vix nitorem patiantur.

Quinimo ex Pico Mirandulano Epist: cit: ad Hermolaum Barbarum testaris " Scotum, Grammaticorum; ne Poetarum, dicas decreta nescisse " (Non desiderat Tullius eloquentiam in Philosopho (ait Picus) sed vt rebus, & doctrina satisfaciat. sciebat tam prudens, quam eruditus homo, nostrum esse componere mentem, quam dictioné. curare, ne quid aberret Ratio, non oratio.) Hinc in Tua discuss: Scotica de Authore Report: Ratione 7. refers, " in scripto oxoniensi à Scoto hæc vocabula barbara inserta, [regratiers] 4. d. 15. q p. V. [trufia] 4. d. 12. q p H. (Briga) 4 d. 30. q p T & d. 43 q. 3. L. sic (Harenga,) (Trustatica,) & alia id genus.

Sed istæ ineptiæ, inquit Seneca lib. de Beneficijs, Poetis relinquantur; quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulam nectere.

Protestor tamen cuicunque, hucusque dicta, & his similia

Lecturo; nullatenus me velle ansam prebere ijs, qui cum audiunt [inquit Pennotus in sua Defensi: Censuræ cap 4. pag 30.] in libris legendis; magis res ipsas, de quibus agitur, quam electorum verborum elegantiã exquirere oportere; quia non res propter vocabula, sed potius verba propter res ipsas fuerunt excogitata. sic accipiendum contendunt vt sine vllo dilectu Verborum, Grammaticorum & Oratorum regulis conculcatis, quicquid in buccam venerit, effundere possint.

Etenim scio ex eodem Authore, aliud esse scriptorem, iuxta rerum temporum, locorum, & personarum varietatem stilum debere attollere, variare, demittere. Aliud est, debere, vel licitè posse stilum ita demittere, vt sordes contrahat, locutionibus minus proprijs, sermone inepto, barbaro, vndique scatente.

Primum, nedum August: & Scotus, verum & Tullius, & alij præclari Doctores, & oratores fecerunt, & alios facere docuerunt. Secundum, neque August:, nec Salustius, nec Horatius effecerunt.

Legatur D. Hieronymi Apol: p. in Ruffinum paulo ante medium in hoc argumento versantis contra eundem Ruffinũ Grammaticorum regulas paruipendentem. & D. August: lib 4. de Doctrina Christiana, docens qua ratione Doctor Christianus, stillum demittere, & cultum verborum negligere possit, ita scilicet, vt locutio sordes errorum grammaticalium, non contrahat.

Tri-

Trigesimaquinta Querela Ferchij.

Quod irrationabiliter Vocabulo (irrationabilis) vsi sumus.

SCripsimus in lib. de Gen: disp. 5. q 6. n. 144 silẽdũ tamen non est, eius positionem inter quotquot seminarium formarum constituerunt, esse alijs omnibus magis irrationabilem.

Quæritur Ferchius pag. 59. " Hic pro vestra
" Vrbanitate, seminarij deffensores bestias esse deffiniris.
" Contarenum autem magis bestiam, quam omnes. Illi sunt
" irrationabiles, quæ est diffinitio bestiæ. Contarenus est
" alijs omnibus irrationabilior. Tanta est vestra procacitas,
" & linguosa proteruitas. " Sic pariter cum scripsimus irrationabilis hic nonnullorum philosophandi modus, inde traxit originem, quod isti simplicissimæ, & ieiunæ Arist: authoritati nimium fidunt, nec nisi solis authoritatibus, sua asserta probant, quod quam Virum Philosophum dedeceat, diximus supra disp. p. q p. a. p.

Aggrauat querelam Ferchius pag. 334. " Aristotelicos tra-
" ductis, tanquam irrationabiles, ac irrationabili modo phi-
" losophantes, quoniam nimium fidunt Arist: & solum ex
" eius authoritate procedunt. fortasse Ruri, non in Ciuitate
" loqui didicistis.

Tri-

Trigesimaquinta Expurgatio Mastrij.

NOster Didascalus, in hac querela malitiosam fingit ignorantiam, vt nos sibi familiaribus contumelijs, ac improperijs, accumulet; dum prorsus nullam vult intercedere differentiam inter illa duo verba [irrationalis] & (irrationabilis.) Irrationalem esse partem diffinitionis bestiæ, ei libenter & vltro concedimus, quod nec ipse diffitetur. [Irrationabilem] esse p... ter [vsitatè] talem partem, pernegamus. Nunquã enim in Scholis audita fuit hæc diffinitio. bestia [est animal irrationabile; sed irrationale.] ita D. August. lib. 2. super Genes: ad literam cap. 2 Tom. 3. inquit. (Nomine pecorum, vel bestiarum, omne irrationale animal aliquando comprehenditur.) cum hoc verbum [irrationale] in diffinitione bestiæ præseferat carentiam rationis, hoc est, intellectricis potentiæ, siue animæ rationalis, quemadmodum Ferchius docet Vestig: 3 lib p. cap. 3. n. 7 & cap. 4. in fine. n. 11. Quo sensu Quintil: lib. 7. cap. 4. inquit. [falsa est finitio si dicas, Equus est animal rationale,] hoc est mente prædictum. Nam Equus est animal: sed irrationale, scilicet anima intellectiua priuatum, qua homo solus, animal rationale est, & diffinitur.

[Irrationabilis] verò est [rationabili] oppositum verbum. [Rationabilis] autem Quintiliano teste lib. 5. cap. 11. est ille, [qui pollens mente, cum ratione fundata loquitur.] igitur per locum ab oppositis. qui mente prædirus: at non cum ratione firma loquitur, cum (irrationabi-

liter

biliter] loqui dicimus.

Astruit hoc totum elegantissimè D. August: lib. 2. de ordine rerum cap. 11. Tom. p. cum inquit. [Sed quoniam solét doctissimi Viri, quid inter rationale, & rationale interfit, acutè, subtiliterque discernere; nullomodo est ad id, quod instituimus negligendum. Nam rationale, esse dixerunt, quod ratione vteretur, vel uti posset. [Rationabile autem, quod ratione factum esset, aut dictum.) Hęc August: Exemplum huiusce rei, sis Tu Ferchi; qui prædítus mente, licet non modesta) sic de Te ipso veraciter fateris pag. 163] es quidem animal rationale hoc est vtens, vel saltem potens vti ratione: Sed, cum absque fundata ratione quereris, contendens per verbum [irrationabilis] à Nobis Contarenum, & Peripateticos omnes, [bestias,) ac magis [bestiam] descriptos esse, irrationabiliter secũdum Nos; at secundum sensum tuum, bestialiter, seu mauis ad euitandum Barbarismum, stultè, in purè, tetrè.

Hoc est Ferchi, Ruri, & non in Ciuitate loqui didicisse. hoc est, in finibus Turcarum familiare Tibi idioma bestiale. Iure, Contarenus, atque Periparetici omnes, de Te queri debent, eo quod contra Vim significationis verborum, aliàs Tibi benè notam ex D. Bonau: in 2. d. 23. q. p. de p. ar. n 14. [bestias,) mauis, quos Nos homines nostræ conditioni pares, quamuis in ijs placitis, quæ disputanda secum suscepimus, impares, hoc est; non ita rationibus fundatos, iudicauimus.

Tuam Tuam procitatem, & linguosam proteruitatem imitaris, Tuimet fastum exemplum. cum enim Vestig: 6. lib. p. cap. 9. n. 42. responsionem Simonis Portij, in Peripatetica Scho-

Schola Viri non obscuri, refellis; qua contendebat Arist: non egisse de humano intellectu eo loco à Te controuerso
,, sic traducis " sed quis non rideat si Portius doceat Ari-
,, stotelem ? quid, ? quo loco tractandum ? [Sus mineruam.
Cum tantam habes licentiam nominum immutandorum [Vtor Hieronymiana phrasi aduersus Ruffinum] vt de Portio [Porcum] feceris cauendus homo, & mihi maximè declinandus, ne me repente, dum nescio, de Mastrio, (monstrum] nomines. Siccine Ferchij ? Peripateticum Philosophum, Te doctiorem (porcum) appellas?
Suetonius Tranquillus lib. de Illustribus Grammaticis cap. 23. scribit. de Remmio Palemone, [qui secum natas, secum interituras literas iactabat] [quod arrogantia fuit tanta vt Marcum Varonem, porcum appellaret.] " Ecce quā
,, nobilis, inquis Tu pag. 85. & honoratus scribendi modus ?
,, qui honoratus est, honorifice loquitur de alijs, vt etiam si
,, eorum opinionem non teneat, opinantes cum laude d mit-
,, tat, qualis quisque est, talia sentit, & loquitur ex Arist: in
,, p. ad Nicomachum. " & Tu sapientiæ columen, & norma Catonianæ seueritatis, vt cū D. Hieronymo loquar,) audes pag 35. nobis obijcere admonitionem, à Sanctissimo Patriarcha Francisco ad suos Fratres directam. [Non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent; Sed sint mites pacifici, modesti, mansueti, & humiles, honeste loquentes omnibus sicut decet?] Hæc est mititas, & mansuetudo Tua ? Hæc humilitas, & in verbis modestia ? Christianum Peripateticum, qui eiusdem genij, ac indolis fuit sicuti Tu, scilicet puræ mentis Aristotelicæ Vestigatorem, Porci loco tractare ?

Quanta

Quanta cum indignatione. (Te, qui (dum prædicas, non furandum, furaris.) Sicuti dicebat Apost: (& non moechandum moecharis.) quanta, inquam, cum indignatione S. P. Franciscus, Te à legibus humilitatis, & modestiæ recedentem coerceret.

Relinquo, hoc loco, referre turpissimos titulos, quibus subtilissimum Doctorem, & sequaces Scotistas, dedecorosè afficis. Nam horret calamus repetere. Vnam principem rem, ommittendam haud duco, atque regredior eò, vnde procacitas Tua, & linguosa proteruitas, hanc digressionem extorsit

Vsitatum hunc loquendi modum. (Hæc positio est irrationabilis vel non videtur rationalis,) quod perinde in Scholis sonat, (ac stabili rationi non innixa) quem Ruri, & non in Ciuitate, dicis, nos didicisse loqui frequentissimè à Scholasticis vsurpatum, scias nos mutuasse. Arist: quem Te assertore pag. 344. " nemo in scribendo breuitate, ,, ordine, vbertate superauit " 8 phys. t. 15. scribit [non ponere; neque censere vllam sententiam irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre,) & in 2. de Cælo t. 61 (Si tamen ex talibus contemplemur, nihil vtiq; irrationabile videtur id esse, quod nunc dubitatur, & alibi sępe. Quid quod Contarenus ipse [contra quē doles à nobis scriptū] quæst: de formis elementorū cap. 4: n. 3 inquit. (Sed irrationabilitas talis interpretationis facile apparet.] quem loquendi modum certè didicit Illustrissimus Patritius, non Ruri; sed in nobilissimo totius Orbis Emporio.

Joannes Picus Mirandulanus, Concordiæ Comes nobilissi-

mus in sua Apol: q. 4 (an suppositari possit à Deo natura irrationalis] scribit [quid ne ipsi, scilicet Scotus, Goffredus, Durandus; [etiam irrationabiliter fecisse videantur volo breuiter ponere modum, secundum quem videtur. Hernicus tutari suam positionem.)

D. Bonauentura p. d. 11. q. p n. 11 loquens de pertinacia Græcorum in puncto processionis Spiritus Sancti à Filio. scribit [ne conuincerentur; & irrationabiliter moueri viderentur; inuenerunt rationes pro se, contra Veritatem.] legatur idem Seraphicus Doctor 2. d. 7. q. p. & d. 12. qu. 3. & d. 13. q. 2. de 2. ar. & 4. d p. q. 5. & in alijs sexcentis locis, & deprehendetur vsurpata Vox (irrationabilis] absque significatione bestiali.

Vnum Scotum etiam produco, si quis alius, modestissimum Doctorem, quinimmo modestiam ipsam, te contestante in Vita ipsius cap. 5. cum ex Antonio Posseuino pijssimo, ac sollertissimo ex Soc: Iesu Doctore in Apparatu Sacro , luculentissimum testimonium profers in hæc verba. [Certe cum illud D. Augustini verum sit, ille tenet quidquid latet, & quidquid pattet in diuinis sermonibus, qui Charitatem seruat in moribus. Haud mirum, si ingenium Doctoris Subtillis appellati, modestia, & Charitate præditum altissimos sensus eruere potuerit ad veritatem indagandā. Nunquam enim suam sententiam profert in aliorum iniuriam, vel depressionem; quin quorum aut errores conuellit, aut opiniones excutit, tam id modestè, & adeo plerumque suppresso nomine facit, vt Christiano pectori hæsisse à Domino Sapientiam, certè integram mentem] conijci possit.] Hæc Posseuinus candidè, veraciter, accuratè.

curatè.

At qui idem modestissimus Doctor 2. d. 12. qu. p. postquam opinionem Ricardi, quemadmodum Marginistæ adnotāt, indicasset; habet immediatè hæc verba. (Positio ista non videtur rationalis, nec videtur esse secundum intentionem Philosophi.) quasi dicat hæc opinio Ricardi, nec ratione, nec authoritate Philosophi fulcita videtur. & non, vt Tu publicus eius Interpræs interpraetaris. Hæc opinio Ricardi videtur [bestialis]

Idem frequenter legitur in eius Subtilissimis scriptis p d. 8. q. 5. D. [ex dictis Arist: & Auicennæ volo rationabiliorem intellectum accipere quem possum] idest intelligentiam eorum opinionis, firmioribus rationibus innixam, volo pro posse accipere; & quest. quol. 5. C. [Aliter dicit alius) Doctor (& rationabilius vt videtur & ad propositum. & 4. d. 48. q. 2. M. [similiter alia pars illius authoritatis) S. Isidori (quod Sol, & Luna in ordine, in quo creati sunt, stabunt, Videtur autem satis irrationabile.) quæ phrasis Scotica, est eadem prorsus qua Nos vtimur; & alibi sexcenties in lib. sent. & quol. 9. legitur.

Sed quid immoror, adducendo authoritatem Subtilissimi Doctoris, quam non solum protestaris rei jcere, in toto decursu huius Tui Libelli. immo Tuum esse Doctorem pernegas. Accipe irrefragabilem authoritatem Tuam, Gymnasij Patauini Decus, " cui contradicere non nisi in Arist: exercitatissimis licet, & vni Liceto. " Accipe inquam huius Vocabuli (irrationabilis) eamdem apud Te significationem. Cum enim fraternè, vt soles, corripis nos quod Aristotelicos traduxerimus, tanquam irrationabiles, & irra-

tionabili modo loquentes; subdis pag. 230. " si Arist: ab-
,, sque ratione esset locutus sine ratione Aristotelici loque-
,, rentur; & paulo infra pergis " Nemo rationes illo melio-
,, res, illo solidiores attulit. iactare Vos potestis rationes ve-
,, stras: sed si cum Aristotelicis conferantur vestrę bullę sunt.
,, ille adamantes. " Quasi dicas. Vos minutulimures " iu-
re appellauissetis Aristotelicos (irrationabiles,) cum ni-
mium fidentes Arist: ieiunas eius authoritates producunt;
si verum esset, Arist: loqui absque ratione solida, non om-
nibus meliore, non adamantina veluti vos facitis, vestris
bullis.

En igitur velis nolis, & Tu cogeris fateri "Indicus Elephas"
genuinum significatum huius Vocis [irrationabilis,]
quod versutè, malitiosè, cõmutas, & rescribis in Tua que-
rella pro (irrationali,) ac eundem significatum impor-
tare eniteris, vt Nos eruditissimis Viris exosos faceres, quã-
do bestias, & plusquam bestias, eos nuncupasse criminaris.
Non inficior tamen, aliquando hac voce, bruta describi; sic
apud D. Ambros. lib. de Noe, & Arca cap. 4. legitur [quid
læserant irrationabilia) hoc est cuncta ab homine ani-
mantia. at apud Scholasticos, nunquam talem sensum, vt
patuit, hæc vox præseferet.

Tri-

Trigesimasexta Querela Ferchij.

Quod Metaphoris in Philosophia crebrò vtamur.

SCripsimus in lib. de Gen: disp 5. q. 2. a. 2. n 68. dũ adduximus rationem, quare formæ dicantur materiales; quia suapte natura in suo esse, fieri, & conseruari, materiæ sunt immersæ & alligatæ; ita quod fatali necessitate ruuant, eo ipso, quod ab ea diuellantur.

Ferchius pag. 299 ita quæritur. " Fatalis necessitas è Scho„ la Stoicorum est, quæ ruinam formis, & diuulsionem mi„ natur. " & insuper hypodidascalicè nos deridendo, sub„ iungit. " Metaphoræ Rethoricæ valde crebræ. "

Trigesimasexta Expurgatio Mastrij.

HOC adiectiuum [Fatalis] ab hoc substantiuo [fatum] credimus deriuare. E'qua vero Schola, Num Stoicorum, an Prisciani, hæc nomina prodeant, videatur Iustus Lipsius lib. p. de constantia cap. 17. & 18. Vel potius tu ipse dicito Nobis, qui in Apol: contra Matenes: nu. 26. iampridem ita Metaphoricè scripseras " in 4. velut olor, fato proximus, suauius accinens, omnes tractatus absoluit. "

Sed an in scriptis nostris, Metaphoræ valdè crebræ deprehendantur; an potius Tu eis frequentissime vtaris, consulat Aequus Lector pag. 64. & videbit Metaphoras Ferchianas, gran-

grandine frequentiores cadere, adeo vt totidem ferè in omnibus nostris operibus non reperiantur; quot scribuntur à Te in paucissimis lineis. Etenim dum nos dicimus consultius à Contareno debuisse Seminarium formarum (Cubile] appellari Tu serio, id quod nobis irrisoriè imponis, approbans. addis " posse, & debere etiam Seminarium
„ nuncupari " gremium, sinum maternum, latibulum,
„ promptuarium, thesaurum, insuper, & cubile " quinimmo domum cæcorum, & carcerem. " Insuper consulat Vestig: 10. n.16 pag 429. cum scribis. " Arist: in grauis-
„ simis quibusque difficultatibus recurrere solet ad duas di-
„ stinctiones, quibus tanquam sacris anchoris Peripatetica
„ doctrina aduersus omnes procellas solidetur. Item eius &c.
„ Vestig: n.p. pag. 415. col.p. cum inquis " Verum ad tetrā
„ huius obliuionis caliginem depellendam, nonnulla bre-
„ uius examinanda videntur, vt postea liberiore cursu, huius
„ difficultatis anfractus, & rupes superare possimus. "

Ecce Metaphoræ Rethoricæ Tibi, non nobis, valdè crebræ. Non igitur refert, cur nos rideas, è Schola Stoicorum prodire vsurpatam illam phrasim Metaphoricam (fatali necessitate ruuant.] quando Nos, metaphoram illam Tuam, quam materiæ appingis pag. 300. dum scribis materia est foex substantiarum, " non inquirimus, è qua latrina [patere tecum in re faceta iocer) fæx illa prodeat. atque prosit Tibi.

Tri-

Trigesimaseptima Querela Ferchij.

Quod rursus à Nobis commissus sit Solæcismus in Grammatica.

SCripsimus in lib. de Gen: disp: 5. q. 2. a. 2. n. 66. Sed quid multis moramur? Ferchius ipse à cap. 6. quam plura adducit Arist: loca, in quibus loquens de formis substantialibus, asserit, quasdam esse separabiles, quasdam non; & inter alia; luculentissimus est, quem adducit ex 8. Metaphys: Ferchius queritur in hæc verba. " Inter alia, luculentissimus, quem. est ne Solæcismus? nihil moramini profectò.

Trigesimasept: Expurgatio Mastrij.

ISTE luculentissimus solæcismus, est etiam Vnus ex illis tuis voluntarijs, quos pro libidine hostilis animi tui phantasiaris. Iam Ferchi apud Cordatum Lectorem, fidem, his nugis amisisti. humanam dico, ne hic fortè Sophista versutus, me capias in sermone, dum toties, in nostris scriptis Solæcismos offendisse gloriaris: cum tamen Vsquemodo, nec vllum minimum errorem grammaticalem nobis culpabiliter obijcere potueris.

Hunc, quem opponis, examinemus. Certum est, hoc nomē (locus) in singulari, indifferenter dici in plurali numero

loca

(loca, vel loci) ita Calepinus verbo (locus.) igitur sensus illius locutionis; (& inter alia, luculentissimus est) quem adducit ex 8. Metaph:] erit iste, quemadmodum Tu optimè nosti, [& inter alia loca, luculentissimus est locus ille, quem Ferchius adducit ex 8. Metaph:

Sic nos benignè corrigimus Solæcismum Tuum, qui legitur Vestig: 6. lib. 2 cap 14. n. 143. dum scribis. " porrò quę sunt [perpetua] redeunt eadem numero, quæ sunt [caducas] redeunt eadem specie. " dum credimus leg ndum (caduca.] cum in erratis correctis in fine Vestig: non viderimus emendatum.

Sic partiter illum, qui legitur Vestig: p. pag. 38 col. 2. lin. 2. cum scribis " veluti calor, siue à Sole equiuocè productus, ,, siue à Calore Vniuocè, siue naturaliter in aerem, siue vio- ,, lenter in aquam semper in subiecto producitur quia ratio ,, eius talis est, vt subiecto (inhærere aptum sit) " quando apud probatissimos humanioris literaturæ scriptores dicendum credamus. calor (aptus sit.) cum in erratis in fine Vestig: correctis, minus emendatum viderimus.

O' quam bellè Seneca, Ferrei Imperatoris aureus Magister, lib. 2. de Ira, scripsit. [aliena Vitia in oculis habemus] [nostra à tergo sunt.

Tri-

Trigesimaoctaua Querela Ferchij.

Quod Quaestionem de formis elementorum transcripserimus a Contareno, & Ragusco.

POstquam Ferchius, nomen dilectissimi Cremonini à nobis vituperatum, dicit se legisse in nostris libris de gen: & corrup: [quod tamen Vituperium, non fuit ausus abstergere) proindeque nos fraternè correxerit, quod immodestè locuti fuerimus de Viro, qui, ipsomet Ferchio teste, scripsit contra Fidem Catholicam [de qua re tota videatur expurg: 4.), nunc, vt carissimum Amicũ vindicet à prætensis illatis iniurijs, non erubescit se prodere Authorem Libellorum famosorum his verbis pag. 87.
„ Vt autem, & vestra [furacitas, & feracitas,] à cunctis
„ videatur: (duos) sequentes (Libellos) pro corollario adi-
„ iungo, " atq; prætitulato primo Libello famoso " (fu-
„ racitas Bellusi, & Mastrij patefacta; "] ita querelã pro-
„ brosam, seu potius Libellũ famosum cap. p. orditur pag. 88
„ Cum legerem lib. de Gen: & Corrup: conscriptum à Bellu-
„ sio, & Mastrio, idque (volantibus oculis,) ad inuenien-
„ da ea, quæ contra me scripserant, casu occurrit videre pag.
„ 20. nomen Cremonini. lego, & seuerè ipsum vituperari
„ conspicio. Ordior à cap. lectionem illius paginæ, quæ in-
„ cipit q. 2. a. p. n. 9. Deprehendo offensores meos, acriter
„ arguere eos, qui Arist: authoritatibus inhærent. "] & pa-
ulo infra n. 84. Cæpi legere, vidique Aristot: authoritates
„ grandine frequentiores cadere. Mirabar, sciens Viros

„ istos, non multum Arist: lectione, vel ponderatione delec-
„ tari. immo in eadem pag confutare adhibentes Arist: dic-
„ ta. Immo, & dicere, se pluris facere vnam rationem fir-
„ mam, quam mille authoritates [verendum ne sit infir-
„ ma Ratio, quæ firma videtur.) venit illicò in mentem,&
„ Georgium Raguseum.& Ioannem Baptistam Cõtarenum
„ in Peripatetica Doctrina celeberimos, hanc disputationem
„ aduersus Cremoninum suscepisse. Consulo vtrumque au-
„ thorem, & inuenio omnes authoritates à prima ad vltimã,
„ esse prædatorio modo raptas ex q. Contaren: Tom: 2. de
„ formis elementorum cap. 7. sed astutè, ad occultandum
„ furtum, offensores citant loca, non verba textus, ne depre-
„ hendatur latrocinium. At Contarenus prudenter illa ver-
„ ba textus, quæ ad propositum faciunt, citat. Percurramus
„ singulas ex offensione ad pag. 20. col. 2. qu. 2. a. p. nu. 9.
„ statimque ex Contareno apponamus authoritatem cita-
„ tam. " Hæc Ferchius, qui, & prosequitur in hoc p: capite Libelli Furacitatis, communissimas Arist: authoritates afferre, quas Latini omnes,& Nos ipsi adduximus in specie contra Cremoninum, negantem ex Arist: non posse adduci à Latinis textus. probantes formas elementorum esse accidentia (vt sic eum mendacij pattentissimè conuinceremus, qui fuit Vnius, ac singularis Scopus noster. in hac qu. antiquissima, ac celeberrima tradenda) in eum finem, vt Nos aliorum dictorum furaces, transcriptores, compillatores, esse commonstret.

Expur-

Expurgata Furacitas imposita Cap. primo.

Authoritates Arist: scilicet ex Contareni, et Ragusei laboribus furto ablatas.

PAulus Sherlogus Almæ Soc. Iesu Eruditissimus Theologus, in Anteloquio 11. sect: 2 in Cāticorum Canticum Salomonis; quoddam genus Virorum loquacitate potens solum, reperiri scribit, qui vt primum easdē antiquorum Doctorum rationes aliquotas, vel loca offendunt, statim blaterant, (& crambem bis coctam apponi) vociferantur. Ex rapina, & spolijs præcedentium Doctorū conflari volumina; non esse dignos, aut bibliotheca, aut numis labores. At certè prudentiam ista desiderant, inquit Vir doctissimus, scientiamque arguit fælix censura. nam oporteat cogitasse, quem optimi quique Præceptores vsum obseruauerint. Nam quotus quisque inter Doctores est, qui, si eas materias pertractet, quæ eruditionem postulent, & authoritate, siue Bibliorum, siue Conciliorum, vel Patrum fulciendæ sunt, non eadem repetant, quæ alij trāscripserunt? ne ab hac immunes [quæ nulla tamen culpa est] illi, qui appellant Criticos qui omnia ad libram vocant, nihilque ipsorum Vana opinatione non selectum, & nouum afferunt. Comparet Lector, inquit Sherlogus, vel Coripheos inter se; & vix ex cardinalibus, vnam reperiet quæstionem. sed quid mirum,? cum idem sapientissimus

Vir addit infra. quidni ſanè, (cum eoſdem Authores peruoluerint, atque eundem in Scopum?]

Ariana hęreſi quondam graſſante, ſcribit Doctiſs. Belarminus in præfat: ad Lectorem Tom. p° Controu: ſcripſerunt accuratè & copioſè tum Græci, tum Latini propemodum infiniti Athanaſius, Baſilius, Epiphanius, Dydimus, Vterque Gregorius, Vterq; Cyrillus, Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius Beticus, Idacius, Phegadius, Fulgentius, & alij. ita vero conueniunt inter ſe, & quaſi conſpirant, ſiue teſtimonia Scripturę pro Catholica Fide adducant, ſiue ad Hæreticorum argumenta reſpondeant, vt eadem, omnes repetere, atque inculcare, & omnes ab Vno aliquo etiam accepiſſe videantur. Neque Vitio id illis verti ſolet, aut poteſt. hæc Bellarm:

Igitur ex tantorum Virorum teſtimonijs, Erudite Lector, luculentiſſimè conſtat; quando Doctores in tritiſſimis quæſtionibus enucleandis verſantur, tantum abeſſe, Eos notã furti incurrere, eodem veritatis lumine perfuſos, ſi eadem omnes repetant; quin potius clariſſimè conuincatur; ex eodem fonte Veritatis hauſiſſe. quod profectò laudabile eſſe, præclariſſima Catholicæ Eccleſiæ luminaria, ſatis ſupque oſtendunt. (Conueni tecum quod Tua eſt gloria,] aiebat Macharius Mutius Politiano ſuo. [Cui mirum? Cõmuni literatorum Iure, hæc ſunt communia: patent occupantibus.

Ferchius tamen, ſuo peregrino iuditio inhærens, aliter cenſet; à que mauult. Nos in conſcribenda hac abſoluta queſt. de formis elementorum, furaces, Tranſcriptores, Compilatores fuiſſe, idque.

Prin-

Principio suadere nititur, quasi ipse protulerit authores, à quibus, authoritates raptæ. attamen à Nobis silentio suppressos: quæ est sollemnis eius impostura. Etenim ab initio illius quæst: expressè dicimus n. 8. [ex Recentioribus Peripateticis contra Cremoninum scripsisse, fusè, & luculenter, & exactè Ragus. disp. Peripat: 15. & Contaren: Tom. 2. qu. Peripatet: de formis elementorum; & adamussim, omnes authoritates Arist: ad rem hanc pertinentes adduxisse; nec non & Patrem fabrum ex nostris exactissimè 1. 2. Metaph: disp: p.

Cum ergo ante oculos haberet Ferchius præcitatos à nobis authores, qua fronte, ceu qua fraude, nunc audet scribere " Venit illico in mentem & Georgium Raguseum, & Ioannem Baptistam Contarenum in peripatetica doctrina celeberimos hanc disput: aduersus Cremoninũ suscepisse: " quasi à Nobis præteritos, vt tantomagis prætensum furtũ tegeremus. (At suo ipsius Iudicio perijt sorex. Nosque cornicum occulos confiximus satis.]

Addo; cum nos prædicto n. 8 protestemur, authoritates omnes ad hanc difficultatem pertinentes, ab istis authoribus, scilicet Raguseo, Cõtareno Fabro, [fusè, luculenter, exactè adamussim] expendi planè opus non erat, adeo solerti indagine Ferchiana ad detegendum prætensum furtum. quis enim non statim coniectasset, eas authoritates apud Nos legendo, à nobis itidem transcriptas, cum dixerimus, (omnes à Latinis Doctoribus adduci ac expendi?)

Insuper adiungo. Nos pro instituto muneris nostri, debuisse solum eas authoritates adducere, quas communiter pro se afferunt Latini, ad conuincendum Cremonini mendaciũ,

qui audacter aiebat, Latinos nec vllũ Arist: locũ adducere posse. Non ergo, ex ista publica alienorum dictorum acceptione, haud inscijs autoribus, quidquam furati sumus; Iudicibus D. Aug: lib. q. Exod: q. q. 7. Tom. 4. & Angelico Doctore 2 2. q. 66. a. 3. sed id præstitimus, quod ab ijsdẽ in consimili comparatum est.

Verùm dato: sed non concesso; furtum à nobis esse factũ. Plane adhuc mentitur Ferchius id fuisse patratum ex Contareni, & Ragusei laboribus. Certissimum etenim est, prædictos duos Authores, eas authoritates, & rationes ex principijs Arist: deductas, minus afferre, vt ex proprio pœnu depromptas; sed vt omnium Latinorum communissimas, quo etiam modo eæ à Nobis proferuntur. Quis enim est, ita modicè versatus in rebus philosophicis, vt illas apud quemcunque authorem, de hac materia differentem, sæpius non legerit?

Hinc ingenuus Raguseus disp. 15. cit. par. 2. cap. 2. & 4. illas proponit tanquã argumẽta cõmunia Latinorum; sic enim titulũ cap. 2. scribit. (Argumenta communia quę pro Latinorum sententia afferi solent.) & quidem, quod sint talia, videantur apud Toler: Conimbric: Banez, Aresium, & quotquot ipsam conscripserunt quæstionem, eadem repetentes, transcribentes, compillantes!

Quapropter Cremoninus, Cremoninus ipse [quemadmodum à Cremonista traditum est] in hac eadem disp. de formis elementorum sect. p. cap 6. expendens Latinorum sententiam scripserit. (Ego, non vt feci cum Græcis, & Auer: afferam hic locos transcriptos, sunt enim horum libri [scilicet Latinorum] in omnium manibus, & Recentiores

tes omnes hæc ponant, vt ferè, qui vnum vidit, alterum vidit.]

Dicamus igitur, & quidem potiori Iure, in hac famosissima q. tradenda, quod ipsemet Ferchius Vestig. 6. de forma separabili lib. p. cap. p versus finem scribit. " licet rei inquit „ iam à viginti sæculis in Peripato exquisitæ, vix quidquam „ addere valeamus. immo in hac identidem repetendum „ illud sit (nihil dictum quod non sit dictum pri- „ us.] Nullus enim text. Aristot. vel ratio ex textu eli- „ cita esse potest, quæ non fuerit expensa, cribrata, „ ac centies euentilata. Sed cum plurimi hanc incudem tu- „ tuderint, actenus nobis probro non erit, si cum alijs tunde- „ re malimus, quam ociosi stertere. " hæc Ferchius.]

Si ergo sibi probro furti non ducit, in q. de forma separabili, famosa minus in Peripato, quam sit illa de formis elementorum, eosdē textus, & rationes ex textu deductas, cēties, quinimo millies euentilatas, repetere, transcribere cōpilare. Cur nobis furti notam, audebit impingere in qu. famosissima discutienda? Eo vel maximè, quando & nos, æquipollentibus verbis, sicuti ipse ab initio n. 8. protestati fuimus, (fusissimè, satis luculenter, & exactè] contra Cremoninū eam disceptatam à Raguseo, & Contareno, insuper, & ab ijsdem, omnes authoritates Arist. (adamussim) expensas?

Debebamus ergo Nos soli, in hac difficultate, incudem non tundere, ceu potius otiosi stertere, hoc negotium alijs relinquentes, ne Iudice Ferchio, eadem cum alijs repetendo, nos, inquam, soli furti crimen incurreremus? Iudicet Aequus Lector.

Fortunatissimum Auorum nostrorum sæculum, quo decurrēte licuit

licuit, absque nota furti, centies ab alijs euentillatas quæstiones repetere, adeo vt scribit Doctissimus Antonius Cordubensis in prologo sui quæstionarij Theologici. [Iam sine authore loquitur nemo, & qui nunc scribunt, nō aliud, quam ex libris, vt aiunt, libros faciunt: nam vel sparsa colligere, vel collecta magis explicando diffundere, totum scribendi negotium est.]

Sed quid Auorum nostrorum seculi dixi? prisca recolantur Sæcula indemque præsentia, & quam verè testatus fuerit Salomon {nihil nouum sub sole} videbitur.

Audiatur sapientissimus Hyppocrates, qui inter nobiles Medicos, tanquam Deus aliquis meritò suspicitur, in lib. p. de [Diæta seu Victus ratione] in principio. Vbi postquam præfatus est plurimos authores de eadem materia scripsisse laudaueritque exantlatos aliorum labores, eundem incudem tundere, & ipse coactus, prorumpit in hæc verba. (Itaque redarguere, ea quæ non rectè dicta sunt, minimè institui. Verum his quæ sufficienter cognita sunt, testimoniū præbere animus est. quæcunque igitur rectè à prioribus dicta sunt, vt non sit possibile me aliter conscribere, rectè conscribam.] & paulo infra. (Propterea vero hunc sermonem præpono, quod multi homines, vbi audierint aliquem prius de re aliqua exposuisse, eum, qui de his posterius disserit, non recipiunt, non cognoscentes, quod eiusdem intelligentiæ est, ea quæ rectè dicta sunt, posse iudicare.] In cordate Lector ex testimonio tanti Viri, antiquissimum nonnullorum Virium, non recipientium posteriorum dicta, vbi priores audiuerint de re eadem disseruisse, quod [illegible] dignè [illegible] benditur à Sapientum sapientissimo

tissimo

tissimo Hippocrate, eadem rectè conscribente, quæ alij cō-
scripserunt, cum, ipso Iudice, eiusdem intelligentiæ sit, ea,
quæ rectè dicta sunt, posse iudicare.

Franciscus Cespedes in suo tract: de Exempt: Regul: ad Lectorem, huic Criticorum Vitio occurrit, qui acutis naribus, & caperata, striataque fronte, aliena scripta procurrunt; cū scribit. (quid dices amice Lector, dum hunc tractatum excurres?? Vt quid, inquies, nouus hic transcriptor apparet? Authoribus, non collectoribus caret hæc ætas. hæc & similia absque dubio in me proferes. Sed siste, nec inaudita parte, opus non bene lectum, condemnes. Collegi fateor in Vnum, quod videbam circa hanc materiem apud Doctores dispersum: sed multa de nouo aduerti, multa distinxi, quæ antea nec expensa, nec distincta erant)

Hæc disertissimus Cespedes. quam protestationem, Nos prorsus repetere possumus. Collegimus fatemur in Vnū, quod videbamus circa hanc materiam apud Doctores dispersum. Sed multa de nouo aduertimus; multa in nostris scriptis attulimus, quæ antea nec expensa, nec dubitata fuerant, vt ipsemet Ferchius fatetur inuitus pag. 203. " Vos quoq; multa, inquiens, contra omnes ferè modernos, contra omnes ferè antiquos asserere non dubitatis. "

Verum, hoc loco, antequam ad vlteriora pergam. Vnum occurrit consideratione dignum, vt prouerbio locus sit. (Veteratores ipsos, non numquam suis dolis implicari.) nimirum authoritates omnes loc. cit. adductas in fauorem Latinorum, haberi quidem apud Illustrissimum Contarenum, q de formis elementorum cap. 7. At eædem quoque adamussim, apud Ragul: cit. cap. 4. leguntur, quemadmo-

dum ipsemet Ferchius vltro fatetur, " apud vtrumq; authorem haberi " (septima authoritate accepta ex initio lib. 2. de partibus animalium, quæ apud Ragus: non habetur:) Iam vero quis dubitat ? Contarenum longe posteriorem esse Raguseo, cuius Tom: impressus est Venetijs apud Petrum Dusinellum anno 1613. quando Tom: 2. Contareni, primum editus sit Venetijs ab Ioanne & Varisco, Variscis fratribus anno 1622.? Atque ita, quis ambiget, inquam, Contarenum illas omnes authoritates, quæ vt dixi penes Raguseum cap. 4. leguntur, ab ipsiusmet Ragusei Tomo, haud surripuisse, transcripsisse, compillasse.?

Et ecce cordate Lector, quorsum collimet Ferchiana nos mordendi libido, dum fures esse contendit, eo quia posteriores tanto tempore cum simus, communissimas Latinorum authoritates transcripsimus. non ne itidem furem difamat Illustrissimum Contarenum, ipsissimas prorsus authoritates à Raguseo exscribentem ? quem, tamen hoc suo primo libro, defendendum suscepisse iactat ? ah nobilis Ferchianus patrocinandi modus. quomodo ad instar scorpij. (blãditur chelis, dum cauda ferit.)

Resolutè itaquè concludamus; nec Illustrissimum Contarenum (quemadmodum ei implicitè Ferchius aduocatus impingit) neque Nos furaces esse in hac q. conscribenda. idque potissimum Iure duplici. Primum quoniam ijs, quæ sunt communia, licet omnibus vti. Non enim, quicunq; Author tenetur rationibus solum (proprio Marte) confectis, sua probare asserta. Etenim docuit Christus Dominus Dei Patris sapientia genita Math: cap 13. v. 52. (Omnis scriba doctus in Regno Cœlorum, similis est homini

Patri

Patri familias, qui profert de Thesauro suo noua, & Vetera.) Et eo vel maximè cum Vetera argumenta sunt vigentia. Non enim disputatur ad inanem gloriolam captandam: sed ad Veritatem indagandam; quapropter scitè D. August: lib 9. contra Academicos scribit. (In disputationibus non est quærenda Victoria, sed bonum, & rectum.) atque ideo cum aliqua ratio, vel authoritas iudicatur efficax pro conclusione probanda, quantumuis sit communis, nihilominus adduci debet, licet proponi non debeat vt propria, ne primis inuentoribus debita ipsis gloria surripiatur.

Quod documentum egregiè obseruauit ipsemet Ferchius Vestig: 2. lib 9. de efficientia primi motoris illis verbis in fine cap 39. " Neque me pigebit ab alijs iam notata, accipere; " sed hoc indicabo. " quod postmodum præstat cap. sequentibus, allatas ab alijs authoritates adducendo.

Neque dicat. " Reliqua per me obseruata mixtim proponā " vt de Thesauro suo, iactare possit, Eum proferre noua, & Vetera. Etenim ita, & Nos pariter fecimus in hac q. tradenda quamuis enim, nouas authoritates Arist: non adduxerimus. Certè nouas rationes de Thesauro nostro attulimus. Tum primo vt ostenderemus quid (Marte etiam nostro) polleremus. Tum 2. vt præclarum Excellentiss: Ragusei monitum obseruaremus in hac ipsa q. p. 2. cap 4. in fine cum ait. (magis esse Philosophi, rationibus, quam authoritatibus decertare.)

Et quidem iurè merito. Nam si ad probandam Conclusionē Philosophicam, nouas, quis afferat Arist: authoritates; sed non nouas Rationes maius vtique non ostentabit ingenium, at benè fæliciorem memoriam; maioremque in Arist:

textus historia laborem.

Sic, inquam, Nos fecimus in hac q. per Nos elaborata, mixtim proponendo; adductis namque communissimis authoritatibus pro Latinis sub n. 14, proprias rationes adduximus; philosophicam Vnam, theologicam alteram: quas Ferchius accuratissima sua indagine, apud Contarenum, & Ragusceum inuenire non valuit.

Sed quid Cordate Lector, si eæ duæ Rationes, apud alios fortè Authores reperiantur; quæ Nobis proderit exhilaratio, ne fures esse conuincamur? Certè nulla alia via purgabimur & Nos, nisi illa ipsissima, quam ipse adhibet pro se, loco proximè citato, his verbis. " Fieri autem potest, vt hæc " eadem, quæ à me afferentur ad propositam Vestigationem, " etiam ab alijs sint ad idem allata (nihil dictum, quod nõ " sit dictum prius) nihilominus fateor, id mihi non esse per- " spectum. " sic ille, sic & Nos, si exprobrabimur.

Secundum, Cur furti notam non incurrimus in afferendis communissimis Latinorum authoritatibus; idest, ex communi conceptu furis. Fur enim ille Author minimè appellandus est, qui interdum doctrina alterius, ceu primi Inuentoris, vtitur: maximè eo citato. Sed furtum iudicandum est, quando non citantur Authores, quorum doctrina affertur. (furari namque, est rem alienam accipere inuito Domino, sibique eo inscio appropriare.) Sic eloquentiæ P. Cicero lib. 5 de finibus scripsit. (Vt fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant, sic multi alienis sententijs pro suis vtuntur, omnia tanquam rerum notas mutantes.)

Verum non displicet primis Inuentoribus, quinimmò summo-

pere lætantur, cum posteriores Authores, eorum doctrina vtuntur, ipsis indicatis.

Audiatur Eminentissimus Cardinalis de Lugo Tom. de Sacramentis in genere in Epist. ad Lectorem. (Festinandum] inquit, (amici eo mihi nomine suaserunt, quod scriptis meis, non pauca scriptores aliqui, authore nullo indicato, præproperam in lucem proferunt quā tamen minimè, Ego iniuriam, sed gratiam interpretor non vulgarem. parum enim interest, an me ab his probari videam, an mea. Cęterū quia gratias tres apud veteres habitas memini in veneratione. gratiam adhuc duplicem ab ijs Scriptoribus, post priorem illam, enixè contendo. Alteram, vt si quid fortè ipsis, ex manu scriptis nostris pro sua benignitate arriserit; non dedignentur Authorem, tacito saltem, si ita lubet, nomine prodere. Ne fortè, quando eadem postea vulgantur à Nobis, egomet voluisse videar mihi adscribere conceptū & prolē alienę mentis, dissimulato veri nomine genitoris) hæc doctiss. Cardinalis.

Quapropter Eccelentissimus Ragus. disp. 21. de immortalitate animæ cap. 2. ingenuè scripsit. (Non erubescam, si quæ à Viris celebrarissimis, huc spectantia tradita fuerint, ad Veritatem planius capiendam, atque etiam ad meam sententiam confirmandam, citato tamen Authore, in medium proferre.

Cum ergo Nos in phrontispicio quæstionis nostrę de formis elementorum, Raguseum, & Contarenum citauerimus, vti (fusè, & exactissimè) eā pertractantes. dixerimusq; authoritates omnes, ad eam rem pertinentes, ab ipsis Autoribus expendi. Non video, qua ratione, Ferchius, eo. ū

doc-

doctrinæ (quam tamen ipsemet alienam communissimã esse fatentur) nos furaces esse appellet.

Memor sit ille eorum quæ scripsit q. 4 cap. 3. n. 20 opusculi (de personis producentibus Spiritum Sanctum;) dum inquit. " Bellarm. lib 2. de Christo cap. 24. quindecim Patres Latinos: & cap. 25 quindecim Patres Græcos adducit, vt sit superuacaneum easdem authoritates transcribere, neque spes sit aliarum inueniendarum. Ne tamen locus ille vacuus remaneat, aliquot clariores, ex Latinis & Græcis recensebo. Si enim non puduit Coccium, & Bellarm: post alios easdem anthoritates proponere, nec me pudere decet, qui eis sum authoritate, & sapiétia maximè inferior. " Hucusque Ferchius, dum ab alijs transcribit, & compillat, in suimet excusationem. Hæc nos itidem dicere possumus, dum authoritates pro Latinis adduximus, ab alijs adductas, quando alias afferre, non sit spes.

Atque hæc satis dicta, (specialiter) quidem circa impositã furacitatem in hoc cap. p. (& generaliter) circa impositurãs sequentibus cap: contentas.

Expur-

Expurgata Furacitas imposita Cap. Secundo.

Impugnationes videlicet ad responsiones Cremonini, clàm vel palam ex alieno acceptas.

Nititur in hoc 2 cap. Aduocatus Cremonini, palam ostendere, nostras impugnationes ad septem effugia, ceu diuerticula Clientuli sui, sub n. 11. relatas, è Contareni precipuè, & Ragusei sudoribus raptas fuisse.

Primum ergo effugium Cremonini, quo dixit. (quando Arist: vocat primas qualitates elementorum passiones, & accidentia, loqui dubitando; & quando negat esse substãtias, loqui de substanti js compositis & per se subsistẽtibus, Cum Nos in præcitata nostra q. sub n. 11. præcludimus. Arist: 3. Metaph: t. 17. expressè sentire primas qualitates non esse substantias, sed esse passiones, & affectiones eorum, atque loqui assertiue, non dubitatiuè. Item sermonem esse de substantia vniuersaliter, & absque limitatione, non autem de compositis tantum, ac per se subsistentibus.

Dominus Aduocatus, cum debuisset hanc nostram confutationem infringere [quemadmodum & alias sequentes] ait " acceptam esse à Contareno cap. cit. car. 137. " Planè ridiculum defendendi genus. Si Domini Aduocati, cum eis afferuntur Scripturæ Dominorum ex aduerso scribentium, statim suis Clientibus dicerent; Hæ quidem scripturæ conuincentes sunt: sed notum sit, eas conflatas esse

ex

ex diuersis citationibus Dominorum Doctorum. Nihil de proprio aduersarios scripsisse; quis talem defendendi modum non rideret?

At ad rem nostram. Non abnuo Contarenum hanc confutationem inibi habere. Verum, cum hæc eadem reperiatur in nostro PseudoScoto, & alexandro Alense super illum tex. Arist: & insuper adducatur à Birago nostro lib de gen: & corrup: q 2 quis effrons negabit, potius Contarenum, hunc laticem è proprijs fontibus PseudoScoti, & Alensis nobiscum hausisse? Num vero furtum à Nobis patratum fuerit, qui, hanc confutationem à nostris Magistris, & condiscipulis exscripsimus. an à Contareno, qui ab alienis Authoribus, eo prioribus tempore, & potioribus doctrina, nec indicatis, accepit. iudicet etiam Dominus Aduocatus Ferchius.

Detecto furto Contareni potius quam nostro. Considerat Dominus Aduocatus, Cremoninum accuratius examinasse tex. Arist: quam Nos, textum, vel Comentarium nostri PseudoScoti. Nam Comentarius diuidit tex. in argu„ menta pro parte vera, & pro parte falsa. Verba autem tex. „ quæ nobis fauent, sunt inter argumenta, quæ adducuntur „ ab Arist. pro parte falsa igitur nobis officiunt, non prosunt „ quidquam.

At debuerat vlterius considerare Dominus Aduocatus, cum Alense. Arist quo ad illud dicam de calore, & frigore, quod sint accidentia elementorum, & non substantiæ, consentire Platoni. Nam veteres illi, quibus cum ibi disputat Arist: imaginabantur, ait Alensis, quod in qualibet re transmutabili, solum esset ratio dimensionum, & ratio passio-

passionum, sub quibus subijciebantur dimensiones. Cum ergo passiones non possint esse substantiæ rei, restat quod dimensiones sunt. Ita ratiocinabantur illi, inquit Alensis. Vnde Arist: concedit illud assumptum, quod calor, & frigus, non sunt substantia rei, neque in hoc dissidebat; sed in alio, quod deducebant passiones scilicet esse substantias rerum. quapropter verba illa nobis fauentia, sunt de mente Arist; qui in ea q. ibi proposita, non discordabat ab antiquis, an frigus, & calor essent substantia rerum; sed in alio, an scilicet superficies, dimensiones, & puncta. &c. Non igitur Cliens Cremoninus, hunc textum accuratius examinauit, quam Nos fecerimus ex nostro PseudoScoto, & Alense.

Atque hac consideratione præmissa, satisfit etiam ijs, quæ Ferchius obijcit pro 2 impugnatione nostra, scilicet Contarenam impugnationem etiã nu. ex loc cit. Alensis, acceptam fuisse.

Confutationes ad 3. & 4. effugium Cremonini, quæ habentur sub eodem n. 11. falsum penitus est, desumptas esse à Contareno, & Raguseo. Nam, vt ibi notauimus, deducimus illas ex iam pridem scriptis in Logica nostra disp. 7. q. p. a 3. quod si Authores, nobis conueniant in explicandis illis duabus proprietatibus substantiæ, quod scilicet [contrarium non habet. Nec suscipit magis & minus.] per hoc inferri non debet, nisi ab intellectu male feriato, bonas illas confutationes, esse clam vel palam ab alienis acceptas, cum eorum doctrina non egebamus, quæ abundè ex Logico nostro pœnu suppeditabãtur.

Nisi fortè Dominus aduocatus velit eadẽ nota furti damnare

Dominum Contarenum; p. & 2. Rationem car. 131 rescribentem nobiscum, vt Ferchius dicit, ex Raguseo car. 282.

Atque hoc loco aduertat Lector impostura, quam nobis affingit Ferchius, cum inquit pa. 195 " Nos hic remouere veram contrarietatem a substantia, quando disp. 5. de gen: q. 2. ad 7. admisimus contrarietatem in ea, non solum virtualem cum Tatareto sed etiam formalem cum Mayrone. sicque Nobis contradici dumodo ei contradicamus. " Hæc, inquam, impostura est. Adeas enim illum locum præcitatum, & videbis nos non admittere contrarietatem formalem in substantia, sed scribimus, Mayronem illam admittere. Neque id Nos absolutè approbamus. Sed dicimus, quod absque dubio, id consultius assereretur, quam formarum substantialium incorruptibilitas asserta, vel saltem probabilis reputata à Ferchio

Quintam impugnationem ad 5. Cremonini effugium, qua contendimus substantiam non esse per se sensibilem, Nostram quidem, totam esse ferme permittit illis verbis pag. 99. " Non potui reperire Authorem huius argumenti nisi Vos. " attamen eam impugnare nititur pro Cremonino, eo quia illam firmamus ratione Theologica, deducta ex Mysterio Eucharistiæ miscentes sacra prophanis, atque projicientes Sanctum Canibus, nec non Margaritas ante Porcos (quando hic nō nisi contra Cremoninum disputemus, quem his forte titulis voluit decorare) Sed quoniā huiusmodi Ferchiana impugnatio, ex professo respuitur Expurg. 3. ad alia propero. &

Obseruo primo, Ferchium iterum difamare furagem Contarenum. dum enim pag. 98. credit deregere furta nostra ex

" Contareno; cum inquit " ità Contarenus car 130. scribit.
" Rursus ita Cont: car. 131. cõtra hanc responsionẽ infert. "
" postmodum subscribendo " similia dicit Ragus: car.
" 305. ita quoque Ragus: car. 303. " quis non videt apertis
" simè furta Contarena, detegere ex Ragus:

Obseruo 2. aliam sollemnem impostaram, cum inquit " Nos
" falsificasse tex. Arist. 118. lib. 2. de anima quando dicimus
" (ad sensum tactus pertinere cognoscere omnem exuberā-
" tiam ex arist: ibidem.) Nam in illo tex. aristot. scribit
" (sensum cognoscere exuberantiam) indeffinitè non au-
" tem apposuit signũ vniuersale, sine quo nihil probaretur. "
quemadmodum Nos apponimus dicendo (omnem exu-
berantiam)

At potius Ferchius ipse, textum falsificat, in quo non legimus (exuberantiam) in singulari sed (exuberantias) in plurali qua de causa, opus fuit addere signum illud Vniuersale, vt cõprehenderetur (omnis exuberantia) ad sensum tactus pertinens quare quando dicimus ex arist: loc. cit. ad sensũ tactus omnem exuberantiam pertinere, intelligimus (omnem) ad ipsum pertinentem quo sensu ly (omnis) non falsificat, quinimmo declarat textum vbi ponit arist: [exuberantias] in plurali.

Sextam impugnationem ad 6. effugium, dicit raptam ex Cõtareno, qui & notatur in margine, surripuisse eam ex Ragus: car. 285. sicq; Illustris Patritius nobilium dissamatur fur, & Latro, quemadmodum frequentissimè alias in margine scribit Eum furem, & Latronem. At cõferantur impugnationes, & impostura Ferchiana detegetur satis conspicuè.

Cæterum quò ad illam additionem nostram in apud omnes

inconfesso est] à Ferchio derisam; videator Expurg: p. vbi hæc & similes Scholasticorum locutiones explicantur.

Vltimam denique impugnationem, vt ostendat esse raptam quoque ex Raguseo. Vafrè, ne dicam malignè, eam suo modo proprijs verbis concipit: cum tamen hæc verba in nostra q minus legantur. [Vnio est relatio. relatio non habet vim transmutandi accidens in substantiam, ergo &c.] Hoc inquam argumentum apud Nos non habetur: sed artificiosè Ferchius his verbis concepit, vt tanto magis appareret esse furto ablatum à Ragus: car. 263 scribente [Vnio nil aliud est, quam relatio. at nulla relatio habet vim transmutandi qualitatem in substantiam, &c.]

Ex qua putidissima impostura, Lector sincerus deprehendat, totum hunc Libellum famosum [furacitatis] compactum esse ex consimilibus imposturis. quinimmo si accuratè legas Contarenum, & Ragus: locis à Ferchio citatis. [quę tamen loca falsò citat. Cum refert Ragusei primum argumentum car. 268 quod tamen est relatum car. 263. Iterum cum scribit " Ragus: loc. cit car. 262. (cum prius citasset car. 260.) commemorauit textum; Sed non commemorauit numerum textus; quando Ragus: id præstet car. 263.] reperies inquam illorum authorum verba, non semel mutata inuersa in eum finem, vt euidentius ostenderet nostras responsiones, & argumenta, ab ijs authoribus abrepta; quod nimis fœtidam malignitatem redolet.

Tandem ad finem huius 2. cap obserua illustrissimum Ferchi mendacium scribit. " cum Ragus: commemorauit textum sed non numerum textus benignè nobis occurisse Contarenum, qui car. 132. & textum, & numerum textus profert

fert. " Etenim falsissimum est, Contarenum eum proferre, cum loc. cit. car. 132. lin 48. ad illam propositionem [ex accidentibus per se non potest fieri substantia,] citauerit quidem lib. p. phys: cæterum altum silentium fecerit de textu, & num. textus. legatur Contarenus, & pudeat Ferchium, si tamen faciem pudoris habet, tam enormiter decipere Lectores, & Nos malitiosè traducere.

Expurgata Furacitas imposita Cap. Tertio.

SAtis ridiculè, & malignè queritur Ferchius principio huius cap. 3. mallet enim Nos scripsisse ad formam, secundum quam scripserunt Ragus: & Contar: quapropter nostram methodũ in tradenda hac q. [de formis elementorum,] non veretur imponere nobis, esse artificium quoddam, vt facilius lateant furta, si ordinata, inordinatè ponantur. Primo igitur, contendit suadere Lectori, rationem illam à nobis pro Latinis relatam sub n. 12. [quod vni est accidens alteri nequit esse substantia;] à Contar: car. 127. & Ragus: car. 258 fuisse expillatam. Verum, hæc est purissima eius impostura. quinam enim Author est, qui si hanc quæstio: discutiat, eam Rationem, vt Aueroïs Latinorum Ducis in hac opinione de formis elementorum contra Græcos,

non

non adducat? legatur Tolet: Conimbricenses, Banez, Arcesius, noster Faucntinus 11 Metaph: disp p initio cap. 3:

Legantur itidem ipsimet Ragus: & Contar: præcitati, & videbitur, ipsosmet eam rationem retulisse, vt Latinorum, quemadmodum & Nos ingenuè scripsimus nu. 12. illis verbis. [probari solet à Latinis euidenti ratione, etiam in ipso Arist fundata p. phys: t. 27. & 30. ac 3 Metaph: t. 17. quod Vni est accidens alteri nequit esse substantia) quamuis, nihilominus audacter dicere possimus; Neminem Authorum, quos viderimus, illam rationem ita firmasse, ac consolidasse, quemadmodum nos fecimus.

At hic obserua primo falsam citationem Ferchij, dum à nobis rescribit pag. 101. lin. 8. " Deinde probari solet à Latinis „ euidenti ratione etiam in ipso Arist. fundata. nam p physic: t. 23. " Cum tamen Nos citemus num. text 27. vt ocularitei inspici potest; atque considera ex hoc loco, animum Ferchianum præ immani ira cæcutientem

Obserua 2. imposturam falsæ citationis, quam Nobis affingit dum pag. 102. ex ignorantia malitiosa, asserit illam propositionem [quod vni est accidens alteri non potest est substantia,) ab ipso non potuisse inueniri in 3 Metaph: t 17. à Nobis citato, proindeque Nos citatū falsò tex. pro astruenda illa propositione ex Arist:

Deridicularia certè deductio · Ferchius non inuenit illam propositionem fundatam in illo textu: ergo est falsa citatio. Sed si ipse non inuenit ex ignorantia processit. quid ad nos ? quando Doctor irrefragabilis Alexander Alensis, eam reperit in illo textu fundatam? Etenim cum Arist: in t. 17. tertij libri metaph: proposuisset hanc q. (Vtrum numeri,

& corpora & superficies, & puncta, sint substantiæ, vel non.) atq; cum adduxisset rationes Veterum, probantiũ esse substantias postmodum adducit quatuor Rationes, comprobantes res mathematicas non esse substantias, quibus adductis scribit Alensis. [Veritas huius quæstionis, scilicet vtrum res mathematicæ sint substantia, est hęc. non enim sunt substantia quia sunt in genere quantitatis) hæc Alensis: quod est æquipollenter dictum, quemadmodũ scribit Arist. p. phys. t. 2. [quod vere est, nulli accidit.] & t. 30 eiusdem libri, (quod vere aliquid est, fit accidẽs nulli,) quæ sunt expressa verba Arist: in illis textibus; & non illa (quod vni est accidens, alteri nequit esse substantia.] vti optime aduertit Faber loc. cit. Quocirca, cautè nos diximus illam propositionem esse fundatam in præcitatis illis duobus textibus; & insuper in t. 17. lib. 3 Metaph: Hinc eruditus Lector dignetur albo lapillo signare hoc miraculum à Nobis patratum; cum ex Ferchiana confessione, hoc loco pag. 102. lin. p. de proprio citemus Vnum Arist: tex. absq; eo quod ex Sacco Ferchiano emendicauerimus illũ, sicuti ipse blaterat pag. 384. & 44 de qua re vide expur. 21.

Obserua tertio vehementem animi Ferchiani passionem. Posteaquã totam hanc rationem confirmauimus, & ab instantia quadam defendimus, ait Ferchius pag. 202. linea. 29.
„ hoc argumentum [scilicet in Eucharistia videmus illas
„ remanere, abscedente substantia panis, & Vini] tangi à Ra-
„ gus: car. 277 in fine cap. 3. Vbi probans accidens sine su-
„ biecto, virtute diuina, consistere posse, inquit [vt in Au-
„ gustissimo Sacramento Altaris manifestum est] interim, quando Ragus: & Nos abutamur rebus Sacris: ad sensum

Fer-

Ferchij. Nos tamen soli obiurgamur, quod res maximè
" supernaturales intra luminis naturalis angustias concludamus. Nec iuuat sequi exemplum tanti Peripatetici, ne damnemur. de qua re vide expurg. 3.

Obserua 4, singularem imposturam, quod nimirum acceperimus à Ragus: car. 268 differentiam inter formam substantialem, & accidentalem, quia scilicet illa (dat esse simpliciter, hæc vero secundum quid.) Cum tamen ipse in illo cap. 3 legerit; nos pro hac doctrina citasse disp. 2. nostræ Physicæ q. p. a. 3. vbi latè ex Scoto in 4. d. 11. q. 3. litera Y. præfatam differentiam explicauimus.

Quinto tandem obserua iocosum furtum. Cum pretendit notissimam propositionem lippis, & tonsoribus [quod est de se tale, vbicunque ponatur, semper est tale) à Ragus: abreptam fuisse pag. 2-4. cum scribit (qualecunque quid est, vbicunque ponatur semper idem erit.) Rideant, aut saltem indignentur Tyrones, hæc & similia lecturi. At pergamus ad alia.

Respondet Cremoninus, maiorem illam assumptam. (quod vni est accidens alteri nequit esse substantia,] non esse absolutè veram, quia intellectio in Deo est substantia, & in homine est accidens. Item figura rotunda est Cœlo substantialis; in inferioribus Corporibus accidentalis. Rursus forma substantialis dicitur accidens respectu materiæ, quia ei accidit; & substantia respectu compositi, quod substantialiter constituit.

Sed quoniam, hanc responsionem, ad normam Ragusei non attulimus; à quo contendit Ferchius, Nos prædicta confusè saltim, transcripsisse, cum nihilominus, mallet clarius re-

scrip-

ſcripſiſſe, vt eo magis furtum conſpicuum appareret. vehementer propter hoc iratus pag. 103. ait " Se illo tunc habuiſſe in manibus librum Cremonini de formis elementorum; ideoque arbitrari nos, nec vidiſſe quidem librũ Cremonini loc. cit; Sed ex tribus locis Raguſei conſarcinaſſe iſta, ne deprehederemur quaſi fures. "

Reſpondeo me planè, hanc gloriam ei libenter deferre, quod ſcilicet ipſe in manibus habeat Cremonini librum. Nos autem minimè. libros namque eorum, qui contra Fidem Catholicam ſcripſerunt [vt de Cremonino Ferchius dicit pag. 137. & quem toto lib. 2. de Cœli ortu ad mentem Anaxagoræ, non audet fortè propter ſcandalum, expreſſe nominare, ſed ſufficit cum litera grandi C. eum indicare] nedum in manibus habemus: ſed neque apud Nos extare. glorietur igitur ipſe, ſe tales libros habere. Nos, & ſi permiſſos, non curamus. libenterque horum Authorum damnatorũm opiniones, quaſcunquè fideliter relatas in Catholicis libris videmus.

Proſequitur Ferchius in fine eiuſdem pag. 103. Noſtram replicam ad præfatam Cremonini ſolutionem his verbis referre, quæ apud Nos habentur n. 13. (Hæc ſolutio facilè infringitur, nam calor quando perfectè participatur à ſubiecto.)

Nota hoc loco egregiam fraudem, qua Ferchius Lectorem decipere intendit. Vt oſtendat noſtra argumenta, vel ſolutiones, ab alijs ſublatas eſſe, ſolet ſemper integrè referre. Nunc vnam tantum lineam Replicæ noſtræ ſatis profuſæ, refert: cætera ſtudiosè tacet. & ſtatim ait " hoc argumentum, eodẽ fere ſenſu, ſi non verbis haberi à Raguſ: car. 285.

„ & clarius 273. in fine capitis octaui.

Sed conferantur cum Raguſ: noſtra ſcripta (quæ non adduco, ne nimium Lectorem faſtidiam) & ocularia fide cōſpicietur, nec verba, nec ſenſum ad noſtrum argumentum habere; ideoque ſtudiosè, impoſtor egregius, contra morem ſuum, noſtram Replicam integram non refert; quam certe non intellexit, ſi cum illis Raguſ: quò ad ſenſum coincidere putauit.

Sub eodem n. 13. diximus, tres inſtantias Cremonini, maiorē illam (quod vni eſt accidens &c.) minus labefactare. Non quidem primam de intellectione, alijſque attributis Deo, & Creaturæ communibus; quia hęc omnia purum prę ſeferunt conceptum, non autem realitatem adequatam ei ſubſtractam. Non 2. de figura Cœli; quoniam falſum eſt, eſſe illi conſubſtantialem, licet naturaliter ſit inſeparabilis ab ipſo. Non denique tertiam de forma reſpectu materiæ. aliud eſt enim loqui de accidente prædicabili; aliud de prędicamentali. forma reſpectu materiæ eſt accidens prædicabile, non prædicamentale. poteſt benè ſubſtantia inducere rationem accidentis prædicabilis, non tamen prædicamentalis; vt diximus diſp. 5. logicæ a. 2. de quo in propoſito eſt ſermo.

Primam impugnationem fatetur Ferchius Scoticam eſſe; ſed addit vt furtum detegat: " Videatur Fauent: 11. Metaphiſ: diſp. p. cap. 3. car. 843. col. 2." At curioſus Lector accipiat Fauentinum; inueniat locum citatum, & clariſſime videbit Fauentinum reſpondere per hæc verba. (illam maximam, & principium habere veritatem in vniuocis: non in æquiuocis. intellectio autem vniuocè dicitur de in-

tellectione

tellectione Dei, & intellectione hominis, quoniam corruptibile, & incorruptibile differunt plusquam genere.) Sed quis nam Tyro in Scotistarum academia, ignorat, quantum distet à Fauentina, nostra responsio? Etenim nostra, vtique Scotica est; sed quæ affertur à Fauentino, est omnino contra Scotum; apud quem, conceptus omnes trãscendentes, sunt communes vniuocè Deo, & Creaturis ex p. d. 3. & d. 8. q. 4. non autem æquiuocè, vt Fauentinus ait. Censuit ergo Ferchius nostram responsionem coincidere cum Fauentina, ex mera eius impostura. Vel, nec nostram, nec Fauentini percepit.

Secundam impugnationem de figura Cœli, desudat suadere à Ragusco, & Contareno desumptam fuisse, quamuis illi loquantur idioamate Arist. non autem Scotico: quapropter cócludit " in vocabulis est discrimen: in re nó est discrimen " ex his, quæ hic effutit, luculenter deprehenditur peruersa animi eius affectio diffamandi Nos furaces. Nam terminos declarat necessitatis Logicæ, Physicæ, ac Metaphysicæ, vt manifestet saltim nostram impugnationem in re assimilari, quamquam in vocabulis differat.

Tertiam denique instantiam ait " refutari à Ragus: car. 170. & à Contar: car. 128 [alijs verbis, eodem sensu ") Pro quo nota paulò superius astruit Nos esse fures; quia (alijs verbis.) sed [eodem sensu respondemus ex Ragus:] Nunc Dominus Contarenus, qui itidem hoc facit, refutando tertiam instantiam Cremonini, erit ne ipse fur, & Latro? at dumodo nos lacessat, quicquid, vt dicitur, in buccam venit, nulla habita consideratione ad proximum, Ferchius eructat. Fateor itaque, nostram responsionem

Vuu 2 acce-

accedere quidem ad illam Ragusei: attamen nostra melius declarat, quomodo forma substantialis dici possit accidẽs materiæ, iuxta doctrinam allatam in Logica videatur sibi.

Quod vero his duabus pagellis 104. & 105. sæpius repetit " nostras solutiones, vel argumenta, si non verbis, & vo-
,, cabulis: saltem quo ad rem, & sensum, coincidere cum so-
,, lutionibus, & argumentis Ragusei, & Contareni. Satis
,, indicat hunc Virum voluntariè loqui, prout magis libet.

Etenim cùm disp. 5. de Gen: & Corrup: q. 2. a. 2 versus finem n. 74. dixerimus tres impugnationes ab ipso adductas in Vestig: 6. lib. p. n. 11. à Scoto desumpsisse 2. d. 12. qu. 2. quasi eum pudeat communis Præceptoris doctrina vti. id constanter negat ab ipso factum pag. 331. n. 74. his verbis.
" Affirmatis has tres rationes à me sumptas ex dicta quæst:
,, Scoti. falsò citatis. liber Scoti est omnibus ad manum. Si
,, tres maiores illæ sunt in dicta q. pignus defero. sed Vos de-
,, cepit similitudo maioris primæ Rationis, quæ ibi habetur
,, quantum ad sensum: non ad verbum. " quam excusationem putat sibi sufficere ad euitandam furti labem. quoniam nempe, illa maior propositio, licet habeatur à Scoto quantum ad sensum, non tamen quantum ad verbum haberi. de qua re vide Expurg: 26.

Cur igitur in proposito, hanc, vel similem Expurgationem, rigidus, ac seuerus Censor, nobis non permittit, nec vult legẽ pati, quam ipse tulit? Cur ex hoc cap. eo quod nostræ solutiones, vel impugnationes habeantur apud Ragus: quantum ad rem & sensum, licet non ad verbum; infert nos solos esse furaces. ast perfrictæ frontis Viro, quicquid libet, licet.

Sub

Sub n. 14. probamus conclusionem, scilicet formas elementorum in omnibus corporibus esse accidentia, alijs tribus rationibus. Tum quia videmus aquam calefactam, cum ab igne remota fuerit, pristinam in se reparare frigiditatē. Tum quia in Eucharistia videmus, has qualitates remanere. tum tandem quia eodem pacto dici posset mixta his accidentibus constitui substantialiter, &c.

Primam rationem, ait Ferchius desumptam esse à Raguſ: car. 294 versus finem. fateor hoc motiuum, ibi à Ragusco tangi, sed talem reparationem frigiditatis, Raguſ: gratis reducit in formam substantialem priorem. Cum quis dicere posset, reduci in gradus frigiditatis, qui remanserant. Nos autem, ibi rationem assignamus, cur necessario reduci debeat in formam substantialem, & non posse reduci in gradus frigiditatis, qui remanserunt. quam rationem, Raguſ: non assignauit, cum tamen in ea totum robur argumenti consistat.

Secundam rationem, veluti Theologicam deridet, " quia " ad naturalem Conclusionem probandam inducitur extra propositum. de qua re vide expurg. 5.

Tertiam rationem, ait " haberi in Raguſ: disp. 15. car. 259. cap. 3. " sed eius verba non refert, vt Lector conferre possit cum nostra, quando tamen semper referre soleat, vt inde furtum prætensum detegat. Signum euidens Ferchianæ imposturæ. Si quidem Raguſ. loc. cit. tres rationes conficit, quarum nulla, nec verbis, nec sensu coincidit cum ista nostra. quod si quoquo modo ex illis Raguſ: aliqua, cum nostris consensisset, planè benignus noster Ferthius labori non pepercisset, ac libentissimè verba retulisset, vel

muta-

mutasset, inuertisset; quemadmodum sæpissimè facit, vt saltem in sensu conuenire possint.

Sub n. 15. adducimus authoritates Arist: à Cremonino inductas ad probandum primas qualitates esse formas substantiales elementorum. & hoc loco, valde fatigatur Ferchius pag. 105. vt ostendat illas omnes, nos rapuisse à Raguseo, & Contareno. Nam posteaquam assignauit loca, quæ à Raguseo referuntur, concludit pag. 106. "Dicam paucis, omnes has authoritates reperio in Contareno." Prosit furaci Contareno, quando ex viso reperto Ferchiano, in fragranti culpa, trifur repertus sit.

Rursus in fine cap. 3. horrendè blaterat "quod si ex Cremonino, has authoritates referre volebamus, eas rescribere debebamus, modo, & forma, qua à Cremonino referuntur, & non alio ordine, vt vel sic occultaremus ex Raguseo rapta."

Vide hominis imperatoriam maiestatem, Nos iubentem ad videndas illas authoritates apud Cremoninum ipsum, atq; eo ordine referre quo ille. Repeto; apud Nos, non reperiri libros hominis suspecti in Fide Catholica: & libentius audio nobis obijci, quod placita Cremonina, apud alios Authores viderimus, ab Ecclesia Romana approbatos, quam in ipso Authore qui, teste Ferchio "contra nostram Sanctam Fidem Catholicam scripsit."

Replico. Nos velle, eo ordine referre, qui magis arrideat: quid enim interest, quod vna Authoritas, prius alia referatur, & soluatur? quod absurdum, vel incommodum hinc sequitur?

Occurrit Ferchius pag. 105. n. 101. "Hinc sequi, nos Sepias esse

,, esse, nostro nigrore aquam perturbantes, ne deprehendamur in furto. " At plane mentitur, cum hoc dicit. atque, ex hucusque dictis, & infra dicendis apparet. Sequitur potius, Eu Sæpiam esse, nigrorem proprij liuoris fundentem ad famam proximi denigrandam si possit. Deus bone? quodnam furtum est istud? Numquid hæ authoritates, sunt (proprio Marte) à Raguseo inuentæ pro aliqua eius opinione stabilienda? quam & nos amplexati, ijsdem authoritatib⁹ comprobemus, neglecto nomine authoris? omnes hæ authoritates, Græcorum sunt, quas Cremoninus pro se adducit ab ipso, eas transcripserunt, Ragus: & Contar: qui duo præclarissimi, & fide digni Peripatetici, sufficientes fuerunt ad suggerendum illos nobis, absque eo, quod cogeremur recurrere ad librum damnati Viri. quo ergo ex cap. hoc appellandum est furtum? quam multi Doctores elapsi sæculi, responderunt rationibus Aureoli, quæ tantumodo apud Capreolum legebãtur, cum nundum Codices Aureoli essent impressi. Ergo quia rationes Aureoli in fonte non viderunt à Capreolo subripuisse dicentur? ridiculum, æque, ac malignum iuditium.

Deinde referendo 6. authoritatem à Nobis relatam ex lib. de sensu, & sensibili sub his verbis. (ignis agit, non qua ignis: sed qua calidus; sed accidens nequit producere substantiam ergo.)

Ferchius ait. " Nos hic magnum saltum facere apud Ragus:
,, quia ex car. 253. ad car. 258. & 296. migramus, & inde
,, accipere argumentum, non ad probandum propositum,
,, quod qualitates sint formæ substantiales: sed quod acci-
,, dens non potest producere substantiam.

Si

Si Nos essemus Indici Elefantes, fortè magnum saltum facere potuissemus: at vero cum simus " minutuli mures, " quēadmodum Ferchius nos vocat pag. 32. saltus illos magnos facere non valemus. Videatur Ragus: pag. cit. 258. cap. 2 vbi hoc argumentum adducit pro Latinis: sed pro vt à Nobis conficitur, facit pro Cremonino, sic enim ipse argumētum retorquet Ragus: teste pag. 296. cap. 3. Falsum est ergo, non bene adduci ad probandum propositum, quod qualitates sint formæ substantiales: Sed quod accidens non potest producere substantiam. immo vt à nobis formatur, probat directè propositum ad intentum Cremonini, quia accidens nequit substantiam producere. Si ergo ignis, quatenus calidus agit, & substantialiter operatur; sequitur principium talis actionis substantialis, nempe calorem, esse formam substantialem ignis, & non puram qualitatem. quare & hæc, est etiam vna ex imposturis Ferchianis, qua tertium absoluit furacitatis caput.

Ex-

Expurgata Furacitas imposita Cap. Quarto.

Responsiones videlicet ad argumenta Cremonini ex (Authoritate) ab alijs acceptas.

COnatur ostendere in hoc cap. 4. Nostras solutiones ad authoritates, quas pro Grecis Cremoninus affert in oppositum, à Contareno, & Raguseo acceptas esse. Sed nimis sobriè loquitur Ferchius. Verius scripsisset. Nos illas responsiones ab omnibus Latinis Philosophis desumpsisse. Omnes namque Authores, de hac materia pertractantes, (& Nos ipsi) ingenuè fatemur (esse communissimas solutiones]. Sic enim scribimus. [Respondetur facillimè ad hæc omnia, & est communis solutio.] quapropter non est cur adeo laboret Ferchius, in hoc cap. 4 circa Visum, & repertum pro detegendo furto.

Id quod, & ipse postmodum aduertit; atque ne oleum, & operam inutiliter consumeret, Scripsit pag 108 lin. 14. "Sed " quoniam ipsi offensores confitentur has responsiones esse " communes nolo esse diligentior iusto in eis quærendis " Interim memor sit illius exprobrationis, quam sæpius inculcaui, quando in hoc cap. diligenti eius examine ostendat Contarenum, eadem prorsus afferre, quæ prior tempore Raguseus iamdiu attulerat; tam bene Ferchiana dicteria ipsi Contareno adaptari, quæ in nos euomit Nullè videlicet suo labore, vel dolore has solutiones peperisse, totā

„ quæstionem Contarenam de formis elementorum ex alie-
„ no esse compactam. facillimum esse hoc modo magnos li-
„ bros scribere; se ipsos illustrare aliena luce. Lectores du-
„ plici labore legendi grauare. Authores doctrina, & suo
„ fructu honoris priuare, & similia. “

Et ecce Lector prudentissimè quorsum Ferchiana rabies excurrit. Certè magis ei cordi debebat esse Contareni honor, quam nostrum vituperium ab ipso intentum. quando in principio pr. libri, huius sui Libelli famosi, tam miris, & emeritis laudibus, Doctissimum Virum extollit; vt quid ad finem lib. eum difamare (Transcriptorē, Compillatorem, furem?)

At hoc est Ferchianum genium, iam vidimus, iam experti sumus in Arist:, in Scoto, & alijs. Vbi efflantibus variarum effectionum horridis Aquilonaribus ventis, nunc irarum procellas, modo mollit secundioris Zephiri aura, fraudum pabula effudit. sed dicamus alia.

Aduertat Lector, etiam in Collatione harum solutionum ad authoritates Cremonini, cum solutionibus datis à Contar: & Raguseo, non deesse solitas imposturas. Etenim solutio, quam damus ad sec: replicam Cremonini, sub nu. 16. affertur à Ferchio pag. 109. truncata, & mutilata, etiā absq; signo (&c.) vt tota videatur desumpta a Contareno; quā & si attigerit, nihilominus, clarius à nobis proponitur, & explicatur. aliqua nec non tangimus, quæ nec etiam innuit ille.

Sic pariter pag. 110. diminutam adducit solutionem nostram ad tertiam authoritatem, (quod ignis & aqua sint substātialiter contraria 2. de gen: t. 49.) in eum finem, vt cum

solu-

solutione Contareni prorsus coincidat. nihilque prorsus ei addatur. Verum etiam, vt nobis faueat, verba nostra mutat, & barbarismum ab ipso confectum, vltrò appingit. Dicimus enim ibi. [ignem, & aquam contrariari medijs accidentibus, quibus affecta sunt.) hanc phrasim ipse immutat (non vt detegat: sed vt hac vice tegat furtum,) & scribit, " (quibus subiectæ sunt] " de hoc beneficio in Nos collato, eius charitati ingentes gratias reddimus.

Solutionem ad sextam authoritatem, quod cum in lib. de sensu, & sensato, inquit arist: quod ignis non agit, qua ignis: sed qua calidus, loquitur de actione alteratiua, & dispositiua ad generationem, non de ipsa actione substantiali generatiua.

Si Ferchius non esset Scoto, quemadmodum & nobis, inuidus, dicere debuisset, à Nobis vna cum Contareno, ex Scoto desumptam fuisse in 4. d. 12. q. 3. vbi hanc, & similes authoritates sic explicat, vt poté, qui fuerit præcipuus illius opinionis Patronus, quod [accidens nequit producere substantiam.)

Ex his igitur nostrorum argumentorum & solutionum mutilationibus, conijcere poterit cautus Lector, quanta fides adhibenda sit homini illo, in referendis reliquis authoritatibus; quas ne diutius fastidio sim, silentio pressas, ommitto; cum illæ non solum apud Contar: & Ragul: habeantur: Sed etiam apud quoscumque de hac materia pertractantes. Vide Fabrum loc. cit. & Tolet.

Expurgata Furacitas imposita Cap. Quinto.

SVB n. 17. adducimus & soluimus rationes pro Græcis, & quoniam Primam rationem, non reperit Ferchius adductam à Ragus: & Contareno, valde torquetur in hoc principio cap. 5. inquiens " hanc rationem factam à Ragus: & Contar: inter arguendum, astutè referri à nobis ad respondendum, atque sic impotens pro hac vice ad detegendum in nobis furtum, detegit in Contar: eandem rationem, quam, ante ipsum Raguseus retulerat, adducente.

Secunda ratio est. Illud est de substantia rei, quo sublato aufertur res 2. de anima t. 9. sed sublatis primis qualitatibus, aufertur ipsum elementum ergo. Nostra solutio est. negatur maior absolute intellecta. (licet Ferchius, falsò rescribat, Nos negare minorem,) omnes enim proprietates hoc habent, vt eis sublatis rerum substantiam depereat. Illud igitur quo sublato, res per se primo formaliter, & immediatè tollitur, est vtique de substantia rei. at illud quo sublato, non nisi consequenter tollitur essentia rei, est solum proprietas. ita soluit hoc argumentum Aueroes 8. Metaph: com. 5.

,, Contarenus [ait Ferchius ad detegendum furtum] car.
,, 125 habet hoc argumentum, & respondet car. 140 (op-
,, timè Aueroes 8. Metaph: com. 5. illud argumentum solués
,, dicebat, illud quidem esse substantiam rei, ad cuius remo-

tionem

„ tionem tollitur illius rei substantia, primo & per se. Sub-
„ stantiam vero elementi, primo, & per se non destrui, nisi
„ in remotione substantiæ, ex remotione enim propriæ qua-
„ litatis non destrui, nisi per accidens &c.

Sed videamus, an hæc Contarena solutio ab alijs ante ipsum allata fuerit, plane Toleti 2 de gen: q. p. sub eisdem fermè verbis scribit. (Ad 4 respondet Aueroes 8. Metaph: com. 5 quod illud quo primo ablato auffertur res, est quidem forma; non tamen id quo ablato, non primo auffertur res. ita ablato calore, aufertur ignis, non primo; sed quia calor ablatus aufert ipsam formam.) hæc Tolet: En habes identicam solutionem apud Tolet: Num quid propter hoc Cõtarenus fur habendus erit? Et quod dico de hac solutione, idem iudicium esto de alijs. omnia namque argumenta à Contareno allata, & solutiones ad opposita, apud præcessores Philosophos reperiuntur.

Tertia ratio erat. illa est forma substantialis alicuius rei per quam potest sibi simile producere. Sed elementa per qualitates actiuas producunt sibi simile ergo. Nostra responsio est. maior est vera de ratione producendi simile prima, & principali; qualitates actiuæ elementorum Sunt illis rationes producendi simile solum instrumentales, ac dispositiuè.

„ Responsio (ait Ferchius) est Cotareni, quam superius hoc
„ cap. attuli, considerando responsionem datam ad primum
„ ab offensoribus. " Ibi autem refert hæc verba ex Cont: car. 140. (operationes elementorum procedunt proximè ex qualitatibus tanquam ex causis instrumentarijs, principalem tamen causam; ac substantialem requirunt.)

Sed

Sed iam dixi Contarenum potius hanc doctrinam vnam nobiscum accepisse à Scoto 4. d. 12. q. 3. vbi defendit (Accidens esse principium tantum instrumentale substantiæ ad producendam substantiam sibi similem.) Vel si renuit hanc responsionem Scoticam, fateatur desumptam à Tolet: loc. cit. Eamdem prorsus afferente pro solutione 5. arg. quod est vltimum apud ipsum.

Quarta ratio erat. Formæ elementorum sunt contrariæ, alioquin incorruptibiles essent. quicquid enim corrumpitur à suo contrario corrumpitur p: de gen: t. 50.

Hic Ferchius, nostram solutionem de more mutilatam affert, vt facilius eam coincidere cum Contarena ostẽdere possit. qui duplicem contrarietatem distinguit per se, & propriè, & hæc est in accidentibus. Non per se, & propriè, sed quatenus sunt affectæ contrarijs. qualis contrarietas competit omnibus substantijs compositis. primo modo corrumpuntur accidentia. secundo modo, elementa.

Hæc responsio Contarena, breuibus perstringitur à Toleto ad hoc argumentum, quod est 3. apud ipsum. (Ad 3. dico quod elementa in sua substantia, non sunt contraria, sicut nec aliæ substantiæ inter se, sed ratione suarum qualitatũ) hæc Tolet:, quinam ergo censendus est Fur? an Ego, an Contarenus, an Vterque? sed neque ille prorsus, neq: Ego Cum hæc sint Latinorum solutiones, ab ijsdem datæ, & scriptę, antequam nascerentur Raguseus, Contarenus, Faber, Tolet: Banez, Aresius, & quotquot sunt, vel fuerunt pręsentis, ac proxime pręteritę ætatis Authores. Et istæ sufficiant pro expurgata furacitate, hisce quinque capitibus, à Ferchio Nobis imposita.

Nunc

Nunc pro coronide huius Libelli furacitatis impositæ considerare libet quomodo Ferchius promissis steterit. ab initio namque huius Libelli cap. p. Cremonini tutelam dum vltro suscipit, ex eo, quod à Nobis seuerè Clientem vituperari conspexerit, ac mentitum, cum Latinos, nec Vnam pro seipsis Arist: authoritatē afferre posse, mendaciter asseruerit. quando nos, authoritates Philosophi pro Latinis, non ex nostro Sacco (quod non debebamus] sed ab ijsdem Latinis depromptas, vt tanto magis mendacij conuinceretur adduximus.

Ferchius, cum pro munere tutoris illas authoritates explicare debuisset, ne Cremon: officerent, Latinorumq; Causæ fauerent; Totus desudat, omnemque laborem impendit, vt ostendat authoritates per Nos allatas, non ex nostra pinacotheca suppeditatas: sed è prompuatrijs Ragusei, & Contareni ereptas fuisse. sed dicam ego. fac ita esse, quemadmodum demonstrare contendis. quid inde? Vbi interim Cremonini defensio? Vituperium eius abstersum? Numquid nostra offensio erit eius defensio? " Non sunt ,, infirmanda aliena, sed confirmanda propria " consulis tu ex D. Dionysio Areopagita in Opusc: (de Personis producentibus Spiritum Sanctum] q. 6 cap. p. n. 3. Planè per hunc modum, cuiuscumque sint authoritates, rationes, responsiones allatæ) Nos nec offendimur, cum nostræ partes sint, ad conuincendum Cremonini mendaciū, communissimas Latinorum Arist: authoritates adducere; nec ille certè defenditur.

Multominus, altero ridiculo modo protegitur Cremoninus, dum adductæ contra eum rationes à Ferchio in margine

vocat

vocantur [offensiones] (vtiq; Cremonini) ostensiones vero locorum; vnde rationes illæ acceptę sunt, seu (furta,) vt ipse inquit detecta, (deffensiones] appellantur. quis Heraclitus hoc loco, risum cohibere posset? Si Rationes Latinorum contra Græcos, vel solutiones ad eorum argumēta, conuincentes sunt; quid iuuat Cremoninum, an nostræ sint, vel alienæ? Partes Tutoris erant, illas soluere, has impugnare cuiuscunque fuissent; sicque sartam tectam opinionem Cremonini tueri.

Rursus deficit Ferchius à promissis in Titulo Libelli famosi, qui est (Deffensio Vestigationum Peripateticarum Matthei Ferchij Veglensis ab offensionibus Belluti, & Mastrij.) " At hanc quæstionem de formis elementorum in Vestigationibus, non tantum pertractauit: sed nec Vno verbulo expressit: & in nostra q. de formis elementorum, nec quidem semel nominatus.

Vnde ergo in hac q. potius, quam in alijs, tantopere strepit, adeo nos acriter insectatur? Cur, inquam, potius in hac q. Satellicij munus, visum, & repertum faciendi exercere maluit?

Accipe Lector prudentissime, genuinam ex Ferchio responsionem. In quæstionibus Peripateticis, vbi de mente Arist: disputatur, eiusque penitiores sensus vestigantur, nequeunt Authores, ingenij acumen, atque subtilitatem ostentare; sed laborem duntaxat, & patientiam in lectione Arist: textus, quoniam (textibus) agitur res, non [rationibus.] Hinc fit, quod in his, & similibus textualibus Controuersijs, omnes Philosophi ijdem ferè vtantur authoritatibus pro vel contra, quemadmodum quisque experiri potest in

Quæ-

Quæstionibus de compositione Cæli, de Immortalitate Animæ, de modo agendi Dei ad extra, & similibus vt ipsemet Ferchius aduertit Vestig: 6. lib. p. cap p. propè finem, dum se apud Lectores excusat, dicens. " licet rei à viginti
„ sæculis in Peripato exquisitæ vix quidquam addere valea-
„ mus. immò in hac identidem repetendum illud sit. [nihil
„ dictum, quod non sit dictum prius.] nullus enim textus
„ Arist: vel ratio ex tex elicita esse potest, quę non fuerit ex-
„ pensa, cribrata, ac centies euentillata. Similem habet excusationem Vestig: 2. lib. p. cap. 3. de efficientia primi Entis.

Cum ergo pro comperto Ferchius haberet in his, & similibus quæstionibus, vix quidquam noui afferri posse, quod ab alijs centies, non sit dictum, expensum, cribratum. Hac vnica de causa, hanc q. de formis elementorum potius examinare maluit, quam sexcentas alias nostras, vt potè quæ antiquissima sit omnium Peripateticarum, ac per plures annorum Centurias inter Græcos, & Latinos, contentioso nixu exagitata, ac adeo euentillata, vt qui vnum viderit, omnes vidisse credat, scripserit ipsemet Cremon: loc. per Nos in p. cap. cit.

Facillimum igitur fuit Ferchio in hac q. ab alijs iam antea dicta, & notata, cum nostris conferre, ac conuenientiam demonstrasse.

Demum in calce huius Expurg: admonere Lectorem volo: quod disceptatio 15. Ragusei (de formis elementorum) est adeo prolixa, & profusa, vt 43. folia & dimidium impleat & dubio procul, 4. vel 5. partem Tomi constituat: Quapropter hæc sola disput: inter cæteras, in sex partes ab

Authore distribuitur, quarum singulæ plura continent capita. Nam pars p. continet cap. quinque. Secunda octo. Tertia, quadraginta vnum, Quarta, tredecim. Quinta, duodecim. sexta quatuor, adeo vt tota disp. 83 contineat capita. Nostra verò q. quæ habetur disp. p. de Gen: q. 2. a. p. tres solas cum dimidia occupat pagellas. quocirca, venialissimum esset, pauca quædam ex tanta colluuie decerpsisse: quinimmo laudabile, si tota illa quæstiuncula, ex illo marimagno compillata fuisset, vt de Methodico stilo Beccani, ait Collegium Moguntinum in dedicat: Tract: 2. p. 3.

Ast quænam Ferchio erit excusatio, quando in sua disp. Thehologica [de Transmutatione aquæ in Sanguinē Christi,] omnia miscuerit [vno tantum, vel altero argum: excepto) quæ habet Aretinus in ea q. in 4 d. 11. q. 7 dub. 5. vt patebit seq. Expurg? & tamen q. Aretina breuissima est, cū non vltra folium extendatur ? Vsurpabit ne Donati durum dictum [& pereant, qui ante Nos, nostra dixerunt?) Planè venialius est diuitibus furari, quam pauperibus.

Sed prius quam ad Ferchiana furta detegenda, & Nos ipsi, licet inuiti, conuolemus. placet in gratiam eruditi Lectoris hìc transcribere argutam Epistolam Cæsaris Rai, quæ pag. 81. eius Epistolarij legitur, vt in ipsa, hucusque ostensum Ferchianum vitium, ad viuum de pictum cernat. Sic ergo Italico idiomate scribit argutus Author.

Sono alcuni Signor Tuffo mio honorando, tanto inuaghiti di loro medesimi che ogn' altra cosa la quale nō sia fattura degl' intelletti loro, subito gli viene à noia, la lacerano, la bruttano indifferentemente, cercando di meterla in disgra

tia

tia di tutto il Mondo. Tra questi è annouerato N. N. il quale non si tosto si lasciano vscire i componimenti dalla stampa, ch'egli vi da subito del becco, egli smerda tutti. E suol fare apunto quando legge vna opera [come le Dõne quando si confessano] dir più gl'errori altrui, che l'opinion sua. dicendo, qui hà errato; quì non hà detto bene. quì hauria potuto dir meglio, quì hà rubbato, quì hà imitato. E così col biasimare questo, e quello; pare che sodisfacia al debito suo, ch'è di parere galant'huomo.

Ma di gran lunga s'inganna lo Scempione, perche il biasimar altrui per hauer fatto de gl'errori, non è altro che vna pazzia, e farsi vna legge troppo stretta, essendo che solamente Chi non fà, non erra, anzi fà maggiore errore, che non fà chi erra. Non è guari di tempo, che questo Spione doppio, adocchiò doue si stampaua vna mia Operetta, e fece tanto che ei n'hebbe coppia di vederla, e non tosto cominciò à leggerla, chel rabbioso Cane publicamente cominciò abbaiare, che io non haueuo detto cosa noua. Mà non sà il trascurato, che se à questo hauer si douesse riguardo, gl'huomini diuetrebbero mutoli, perche son presi i passi, tolti i luoghi, & occupati i sederi, cioè in tutte le scienze, professioni, materie, capricci, chiribizzi, fantasticherie, amori, humori, e pazzie è stato detto à sufficienza . in maniera che, non si può dire ne imaginare cosa, che dianzi non sia stata detta; e gli Scrittori moderni fan nocome colui, che essendo inuittato à vn banchetto, giunge quando è sparecchiato, onde và rifrustando, e pilucando le cose mal menate da tutti. Vn boccon di questa, e di quell'altra reliquia, e cena.

E colui hoggi è chiamato il miglior compositore, il quale sà meglio pilucare, cioè, fà meglio le cose dette da altri, cadere à suo proposito. Mà lui, ch'e vn sollene Leccardo, nō piacciono questi pilucamēti, pche vorria cenare à prima tauola come i Signori grandi: ma i Guatari suoi pari nō meritano tauola honorata. E bisognarebbe farli (come disse il buō Vergilio) [ignauum fucos pecus à præsepibus arcent,] cioè cacciarlo dal comercio humano, perche somiglia al Fuco, bestiame poltrone che non fà mele, e si mangia quello che fanno l'altr'Api, che tutto il dì, le misere s'infiorano per empire di mele i lor faui, doue il suo lauoro per altri s'insapora. questo hò volsuto scriuere à Voi, perche essendo vostro vicino, auuisate sua Buaggine, che (desinat maledicere, malè facta ne noscat sua.) Hucusque Raius alterius proximi elapsi sæculi Scriptor. Cui dant manus præsentis Aeui Authores. Pius de Rubeis in eius [conuiuio morali] verbo [Censor & Censura.] nec non Ioannes Sonta Pagnalminus in suo libro prætitulato [della Carozza da nolo] lib. 2. pag. 163. dum his verbis indeprauatos huius sæculi mores inueheit.

A' tale sfacciatezza è arriuata la moda, che hora anco nelle stampe vuole ingerirsi, à sconcertare le fattiche de i Letterati già consecrati all'immortalità. Emmi venuto vn libro alle mani, il cui modante Authore Schiamazza contro i Coppisti degl'altrui scritti, e poi se stesso immaschera di longhi squarci d'acreditato libro: poco aueduta Cornachia Chi non puo non ridere in mirarla suestita dall'imprestanza fattale dell'altrui penne, e crocitare quasi ignuda. Mi raccorda costui di Gio: detto de i Vittelli, che di giorno tremaua

maua di paura in vedere vn Vittello; e di notte tempo poi rubbaua i Tori. Di questi tali n' è ben fornita la moda. Hæc Pagnalminus. Sed experiamur, quam vero verius scripserit Facetus Scriptor.

Trigesimanona Querela Ferchij.

Quod opinionem de immediato transitu Aquæ cum Vino in Sanguinem in Sacrificio Altaris probabilem iudicemus. Vbi Ferchiana furacitas patefacta.

INter principes rationes efficaces, quibus vsi sumus in qu. de formis elementorum, ad ostendendum primas qualitates, non esse substantiales eorum formas contra Cremon: eà Theologica fuit ex Venerabil Eucharistię Sacramento deducta. quoniam videmus nempe in hoc Sanctiss: Sacramento, has qualitates remanere, vbi tamen omnis substantia deperit. quam rationem, adhuc magis vrgere diximus; Si cum probabili sententia tueatur Aquam etiam in Vinum non transmutatam conuerti in Sanguinem; quia tunc, non sola mixti frigiditas remaneret: sed etiam elementaris Aquæ.

Ferchius vt percharum tueatur amicum, postquam pag. 97. Cremonini Sanctitatem, ac deuotionem commendauerit, qua solitus erat non semel in anno maiore, bonus ille Vir, Sacram Synaxim reuerenter sumere. Tandem pag. 115. furere incipit in Nos, ex eo, quod illam opinionem asserentem Aquam etiam in Vinum non transmutatam posse immediatè conuerti in Sanguinem, [probabilem] dixerimus; atque

atque propter hoc, opinionem Cremonini esse suspectam in fide circa Eucharistiam. [quam illationem, cum alterius sit indaginis à proposito, quod hic intendo, eam, suo loco examinandam distuli.) Credens itaque, prædictam opinionem, probabilem à nobis protestatam, itidem nostram esse; relata primum Censura aretini [non aliam profecto Censuram, quam aretinam referre debebat noster Creticus Censor] ex 4. d. 11. dub. vlt. car. 503 Cōcludit. " ex quo constat, quod [opinio vestra] Domini ofFensores est noua, & ex nouitate suspecta in Sacramento
" altissimo spectante ad fidem Catholicam, in quo nouitates maximè sunt euitandæ est opinio singularis, est temeraria, est improbabilis, vel ferè improbabilis. & pag 121.
" lin. 10 ait " præfatam opinionem inter positiones absurdas collocandam esse. pag. 125. probat cum hæresi Aquariorum essentialiter conuenire; ad extremum pag. 135.
" lin. 22. scribit. eam opinionem esse improbabilem, nouam, & in fide periculosam, atque suspectam.

Ex-

Expurgatio Trigesimanona Mastrij. Hoc est. Furacitas Retorta.

PRiusquam aggrediar præcipuum Scopum, quem ad calcem præcedentis Expurg: pollicitus fui demonstrare, Ferchium videlicet in hac disp. Theologica de transmutatione Aquæ in Vinũ in Sacrificio Altaris, " alie-,, norum bene dictorum furacem esse, totamque ex optimis ,, Magistris compegisse, sicque se ipsum aliena luce illustrasse, ,, authores Doctrinarum suo fructu honoris priuasse, nec ,, non Lectores duplici labore legendi eadẽ apud se, & apud Authores grauasse. duo ipsius illustrissima mendacia confutare opere pretium duxi.

Primum, cum dicit, opinionem de Conuersione Aquæ immediate in sanguinem, esse nostram. Huius enim falsitas primò manifestè deprehenditur ex dictis nostris, dum Argumentum Theologicum afferrimus illis verbis. [quod tamen magis vrget, si cum probabili sententia teneatur Aquam etiam in Vinum non transmutatam, &c] Ex quibus nunquã inferri potest, hanc probabilem sententiam, tanquã nostram approbari: sed vt aliorum Doctorum.

Id quod secundò clarissimè euincitur, quando Nos in lib. de Gen: disp 7. q. 5. vbi agimus de causis effectiuis mixtorum, & specialiter de Conuersione Aquæ in Vinum. Dicamus n 52. Non esse ab omnibus mixtis denegandam Virtutem actiuam alterius, & præsertim Vino conuenit, quod potens

est

est, etiam aquam solam in se ipsum conuertere ex Scoto 2 d. 19. A. & 4. d. 11. q. 7. & d. 44. q. p. super F. Atque eo loc. cit. authoritatibus, rationibus, & experientijs, in oppositum adductis, respondemus.

(Probabilem) ergo eam iudicauimus: sed oppositam Scoti [probabiliorem] sustinemus quemadmodum (probabiliorem) fuisse receptam à Principibus Scholarum Theologicarum, Ferchius ipse asserit pag. 118 lin. 11. quæ dictio comparatiua, per ipsum expressa, num alterum comparationis extremum, indicet improbabilem, vel probabilem, quicunque Didascalus Iudex esto. Videatur Expurg: 28.

Secundum cum dicit probabilem illam à Nobis iudicatam opinionem " esse improbabilem, vel fere improbabilem, " singularem, temerariam &c. "

Etenim, si ea [probabilis dicitur opinio) ex Arist: p. Top. cap. 8 & 12. [quam asserunt Viri Sapientes, & confirmant optima argumenta] Vel, vt doctissimus Salas p. 2, Tom p. Tract. 8. disp. vnica sect: 5. inquit [Ea dicenda venit opinio probabilis, quæ nititur authoritati dignæ, aut non leui ratione, & non repugnat Veritatibus ab Ecclesia receptis, nec euidenti rationi, nec temerè contradicit communi, & receptæ Doctorum sententiæ.

Vel, vt sapientissimus Azorius lib 2. suarum Instit: moral: p. p. cap 17 §. [quarto queritur] affirmat. (Vnius Doctoris probi, & docti authoritatem, reddere opinionem probabilem.)

Qua fronte ansus fuit Ferchius, in hoc decurrenti præsertim seculo subscribere Aretinæ Censuræ (quem fortè nundum cæpta cum tanto feruore controuersia de Transmutatione

Aquæ

Aquæ in Vinum, ex parte excusare potuit) & insuper de proprio addere. " Inter positiones absurdas reponendam esse, nouam periculosam in fide suspectam. " quam tamen tot Viri sapientes, optimis argumentis efficacibus, authoritatibus, & rationibus pro virili defendunt? " legantur Paulus Aresius Episcopus Dertoniensis in peculiari opuscul: de hac materia. Layman in sua Theologia morali lib. 5. tract. 3. cap 2. n. Coninch: Tom. p. de Sacramentis q. 74. a. 8. dub. vnico, qui pro hac opinione tres Eminentissimos S. R. E. Cardinales refert. Alanum lib p. de Eucharistiæ Sacramento cap 13. Tolet: lib 2. summæ cap. 25 § Baronium tom 12. annalium ad finem anni 1188. quibus ego addo quartum adhuc viuentem, Eminentissimum Ioannem de Lugo disp. 9. de hoc Sacramento sect. 3. Vbi pro dignitate, hanc opinionem tuetur, & pro qua, etiã plures, & graues authores adducit.) Quapropter, si vera est Sapientissimi Azorij doctrina, paulo ante relata. quis dubitat, authoritate sola huius Eminentissimi Viri, per tot annos in Collegio Romano primarij Lectoris, opinionem de conuersione Aquæ immediate in Sanguinem redditam probabilem?

Referuntur eiusdem opinionis defensores. Salmeron, Pesantius, Enriquez, Conymbricenses, altisiodorensis, Iansenius, & alij complures.

Desinat ergo, si frontem habet Ferchius, hanc opinionem lacessere, [quę tot purpuratos Principes, & Infulatos proceres, habet patronos] in gratiam Cremonini, quem qualis sanctitatis, & literaturæ fuerit, omnes norunt, nec non eius opera, iussu S. Romanæ vniuersalis Inquisitionis damnata

contestantur. Atque saltem Seraphici Doctoris D. Bonauenturæ (quam doctrinam, tantum ipse profiteri iactat) Votum in hac materia, non inuitus recipiat, cum in 4. d. 12. q. 2. a. 2. ad argumenta scribit [Ad illud quod queritur. Si aqua modica conuertitur à specie Vini. (Responde ut secundum diuersos. Vno modo quod non conuertitur, ita quod soluitur forma substantialis Aquæ: Sed cõuerti ibi, est solum alterari, quia mutatur sapor, & color, & odor, & participat proprietates Vini; & ideo, quoniam ad sensum nostrum conuersa est, & talis conuersio disponit ad conuersionem in Sacramento, si adesset verbum, sed cum non adsit non conuertitur: sed manet substantia habens proprietatem Vini per actum, & Virtutem illius speciei.)

(Alius modus dicendi est, quód Aqua conuertitur in Vinum, & hoc virtute illarum specierum (non inquam) in vinũ secundum speciem, sed est Vinum solum, secundum materiam. Sicut Caro secundum speciem, conuertitur in Carnem secundum materiam.) & tandem concludit. (Vterque modus dicendi est probabilis satis, & quorumcunquè horum modorum dicatur, non sequitur, quod Aqua iuncta Vino fiat Sacramentum, & consecretur.) Hæc D. Bonauentura. Qui loquitur de Aqua iuncta Vino post consecrationem, & cuius Vnico suffragio, apud Te Seraphicæ Doctrinæ cultorem, opinio illa de Transmutatione Aquæ immediatè in Sanguinem, probabilis iudicari deberet.

Sed iam furta in hac disp. Theologica, detegamus.

Fura-

Furacitas Retorta.
Seu
Examen Ferchianæ Disput: Theologicæ de Conuersione Aquæ Vino Admixtæ in Sanguinem Christi; quo commonstratur, Totam illam Disputationem ex alieno esse compactam, atque ita FVRACITAS FERCHII patefacta.

FERCHIVS, vt probet opinionem de Transmutatione Aquæ immediatè in Sanguinem, esse improbabilem, aretinam Censuram, vt dixi, in medium affert, integramque Disp. Theologicam instituit; ac statim à principio pag. 116 nu. 107. hanc protestationem præmittit. „ Præter rationes, quas affert Aretinus, ego aliquid afferam, „ (vtique ex proprio penu] & si aliquid mihi ex Aretino, „ & alijs sit promendum, non spoliabo authores, eorum honore " (scilicet quemadmodum offensores faciunt.

Mens igitur est, nunc ostendere Ferchium, qui se omnium Inuentorem Pharisaico supercilio iactat, ceterosq; Authores superbiendo despicit, quos Compilatores, & Expillatores appellat, eamdem Censuram furacitatis incurrere, quam alijs appingit. Totamque eius disput. ex alieno esse compactam, & præsertim ex Aretino non aliquid, vt ipse protestatur deprompsisse. Sed omnia, vno, vel altero argumento excepto, clam, vel palam surripuisse.

Id quod, & adhuc minus venia dignum ei reputandum erit

Zzz 2 quan-

quandoquidem hoc loco, familiarem sibi excusationem in cõtrouersijs à viginti sæculis discussis adducere haud potest (Nihil dictum, quod prius non fuerit dictum;] quãuis enim talis, omnium calculo, sit controuersia de formis elementorum, in qua Nobis furta obijcit, nequaquam tamen; eiusdem generis est disputatio de Transmutatione immediata Aquæ in Sanguinem, cum nondum fermè triginta anni elapsi sint, ex quo hæc materia scriptorenus disputari cæpta est, quemadmodum videre licet apud Aref: Coninch: Lugo, & alios huius opinionis Patronos. Sicq; latus Ferchio remanserat campus, nobilisq; arena se exercendi in adinueniendis nouis rationibus, nouisque solutionibus. quod num præstiterit in decursu Examinis patebit. Fateor nihilominus, me omnino inuitum ad hoc satellitium trhiai faciendi nimirum Visum, & repertum in alienis scriptis; tanquam aliquod nescio quid spirans indecorum ingenuo Homini. Fateor inquam, & confiteor; verum Sãctè polliceor, hoc qualecumque malum (per accidens,] ingens bonum [per se] hoc est, eximium profectum tuum pariturum.

In duo itaque capita, hanc eius disput. Theologicam diuidit Ferchius. In primo, probat ex (authoritatibus,] opinionẽ asserentem Aquam Vino mixtam immediatè in Sanguinẽ verti posse, improbabilem esse. In secundo idipsum probat (rationibus) decem.

Exordiamur examen à p. cap. pag. 116. sub n. 107. probat intentum authoritate Innocentij Tertij in cap. (cum Marthæ.) Vbi de hac re, tres sententias refert. Prima docebat, Aquam non conuerti in Sanguinem, sed in Aquã

quæ

quæ de Christi latere fluxit: Secunda affirmat, quod Aqua cum Vino transubstantiantur in Sanguiné cum in Vinum transeat mixta Vino: Tertia, tenet Aquam non transire in Sanguinem, sed manere circumfusam accidentibus Vini; & hic animaduertit Ferchius, malè Suarez confundere pr. opinioné cum opinione reprobata cap. in (quoddam] eodem titulo, quæ conuertebat Aquam in phlegma Christi. " Reuera inquit Ferchius, hæ opiniones sunt di-
„ uersę, quia vna est reprobata cap. in (quoddam.) alia re-
„ cipitur vt probabilis cap. (cum Marthæ,) & phlegma di-
„ uersum est ab aqua laterali, sicut elementum ab elemento
„ humore, iuxta cap. in [quoddam.]

His recitatis opinionibus subdit Pontifex, (Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior iudicatur, quæ asserit Aquam cum Vino in Sanguinem transmutari;) & hanc Ferchius ait, esse opinionem, quæ ponit Aquam immediatè mutari in Vinum, & sic in Vinum transmutatam, transubstantiari in Saguinem Christi.

Sed quia Authores oppositæ sententiæ occurrunt. quod Pontifex non dixit Aquam in Vinum conuersam verti in Sanguinem; sed Aquam cum Vino transire in Sanguinem Christi, & proinde, potius eorum, quam oppositam senté-tiam, per hunc loquendi modum insinuari.

Ferchius pag. 117. ex Glosa in illud cap. probat per (Aquam cum Vino) intelligi debere, Aquam per mixtionem in Vinum conuersam; & adducit verba Glosæ (cum Vino idest Vinum aquaticum, non enim transeunt duo in Sanguinem: sed Vinú quod Aquam sibi incorporauit, & ita expone. Aquam cum Vino compactam, vel compositú ex eis.)

Verum

Verum hæc Tota authoritas, & cum ijsdem ponderationibus à Ferchio factis, nedum adducitur à Suarez, & alijs Authoribus, illius opinionis Dominis, sed etiam ab ipsomet Aretino loc. cit. ab initio qu. immo & animaduersio illa Ferchij in Suarez circa primã opinionem, non est Ferchij, sed Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 4. sect. 3. ab initio, vbi cum tres illas retulisset sententias subdit hæc verba.

[Pontifex verò, ex ijs sententijs, nullam omnino damnat. Nam licet in cap. (in quoddam) (eodem titulo, damnet sententiam, asserentem Aquam conuerti in phlegma seu humorem Aqueum, qui de latere Christi exiuit. ibi tamen solum damnat illam sententiam, quatenus negat de latere Christi veram Aquam exisse. non vero, quod de conuersione in Aquam, illum aliquid deffinat quare immeritò Suarez disp. 45. sect 4 docet primam sententiam relatam in dicto cap cum Marthæ fuisse damnatam. Pontifex enim nullam damnat; sed solum dicit sententiam quæ asserit Aquam cum Vino transire in Sanguinem Christi, esse probabiliorem.] ita Cardinalis de Lugo.

Aretinus quoque loc. cit 4 d 11. q. 7. dub. 5. cum in Confirmatione primi argumenti pro parte affirmatiua, adduxisset expositionem Recentiorum, quod Pontifex ibi, non dicit Aquam prius in Vinum conuerti, quam conuertatur in Sãguinem Christi: sed quod Aqua cum Vino in Sanguinem Christi transubstantiatur. hanc expositionem ipse quoq; repellit in solutione ad primum, ex verbis Glosæ in 2. Responsione dicens. (Ad confirmationem respondetur quod illis verbis, aqua cum Vino, vt bene aduertit Glosa ibidem,

intel-

intelligit Pontifex Aquam per mixtionem in Vinum conuersam;) & ecce quod Ferchius totam authoritatem hanc cum ipsius ponderationibus, & expositione Glosæ Aretino surripuit; qui cum nec nominetur, eum debito honore spoliat nec quidquam de proprio addidit, nisi, quod ipse refert verba glosæ ab Aretino, vt breuitati consuleret non relata. quæ tamen ab alijs Authoribus adducuntur, vt est videre apud Coninch: de materia Eucharistiæ qu. 74. ar. 8. dub. vn.

Prosequitur Ferchius probare suum intentum. Quod Aqua scilicet immediatè non vertatur in sanguinem pag. 118. n. 108 authoritatibus plurium Scholasticorum Doctorum Alberti, Magni, Alexandri Alensis, D. Thomæ Aquinatis, D. Bonauenturæ Etrhusci, Ioannis Dunsij Scoti, Aegidij Romani, Ioannis Bacconi Carmelitani, Henrici Gandauensis Seruitæ.

Quos authores, etiam nominatim refert Aretinus loc. cit. duobus vltimis exceptis, quorum loco addit Maiorem, & Paludanum. Hoc solum interest inter Ferchium, & Aretinum. quod iste, ne Lectores duplici labore grauet, eadem legendi, & apud Doctores præcitatos, & apud se, præfatos authores solum adducit, non eorum sententias. Ferchius verò, vt magnum librum scriberet, laborauit patienter in afferendis clarissimorum Theologorum sententijs, quas indice Aretino, reperit.

Dignetur hoc loco Lector ad memoriam reuocare, qualiter nos in qu. de formis elementorum, cum Arist: authoritates summatim, non verba textus adduximus, Ferchius pag. 89. lin. 8. scribit. " astutè ad occultandum furtum ;

of-

„ offensores citant loca non verba textus, ne deprehendatur
„ latrocinium. " Nunquid & nos, absque Iudicij temerarij nota, suspicari probabiliter possumus, Ferchium, astutè ad occultandum furtum ex Aretino, cum præcitatis authoribus, sententias etiam num adduxisse, ne deprehendatur latrocinium? Certè non possum non mirari hunc Virum, qui tanto ausu contra Nos inuehitur, pedibus, ac manibus in foueas cadere, ex quibus Nos extrahere, se velle profitetur. At pergamus

Post recitatas satis patienter authoritates, atque ex ijs, hactenus probabilitas opinionis Veterum Theologorum, qui proprio iudicio scripserunt, quæsita. Ferchius eod. cap. p. pag. 121 hanc obiectionem adducit.

„ Innocentius affirmat, quod probabilior est opinio dicens,
„ Aquam cum Vino transubstantiari, eo quod in Vinum sit
„ mutata. Igitur eius contradictoria, quod aqua non con-
„ uersa in Vinum conuertatur in Sanguinem est probabilis.
„ pariter consequentia, (ex regula comparatorum.)

Deinde immediatè respondet. " Innocentius, non compa-
„ rat in cap. (cum Marthæ) secundam opinionem cum sua
„ contradictoria, quã nullatenus affert: sed comparat cum
„ duabus opinionibus, quas veluti probabiles memorat. at-
„ qui duæ illæ opiniones, iam pænitus desertę sunt nostro tẽ-
„ pore, quę olim erant probabiles. igitur multo magis est im-
„ probabilis, ac delerenda opinio contradictoria secundæ
„ opinionis approbatæ, quæ contradictoria, quod Aqua non
„ mutata vertatur in Sanguinem, nec probabilior nec proba-
„ bilis, tunc existimata est, & multominus nunc debet pro-
„ babilis haberi opinio, quam ignorauit antiquitas.

Hanc

Hanc obiectionem, simul cum eius solutione, Ferchius ex integro rapuit Aretino; qui pro parte affirmatiua (arguit primo, ex eo, quod Innocentius in cap. cit. illam tertiam sententiam modo expositam, non deffiniuit vt certam, sed vt probabilem acceptat, quia contraria sententia, censetur ab illo probabilis.) En tota obiectio. Cui Ferchius solum de proprio adiecit probationem consequentiæ illis verbis: " pattet consequentia, ex regula comparatorum. " Cõpatior labori tuo; abster ge frontem; nimis sudasti.

Postmodum Aretinus soluens argumenta ad oppositum pro parte affirmatiua. Ad primum, (quod erat iam relata obiectio;) duplicem dat responsionem. Secundã quam accepit Ferchius, scribit his verbis. [Præterea respondetur, quod huius opinionis scilicet Aquam immediatè conuerti in Sãguinem Christi, non meminit ibi Pontifex. Vnde ex illo decreto, nulla huic opinioni accrescit probabilitas. immo ante hæc nostra sæcula, nullus Theologorum hanc docuit sententiam.)

Hanc integram responsionem sibi, ex Aretino appropriauit Ferchius, dum ait. " Innocentium non comparasse in illo „ cap. secundã opinionem (quæ ab Aretino citatur pro 3.) „ cum sua contradictoria, quam nullatenus affert. " quod „ æquiualet illis verbis Aretini (cuius nõ meminit Pontifex.) Concludit Ferchius " quod hac de causa, illa contradictoria „ aqua non mutata, vertatur in Sanguinem, nec probabilis „ tunc existimata, & multo minus nunc, debet probabilis ha„ beri opinio, quam ignorauit antiquitas. "

Quod totum æquipollet Aretini verbis cit. [Vnde ex illo Decreto, nulla huic opinioni accrescit probabilitas, immo

ante hæc nostra sæcula, nullus Theologorum hanc docuit sententiam.

Sequitur Ferchius pag. 124. n. 110. vt ostendat affirmatiuam sententiam, quod aqua immediatè vertatur in Sanguinem, nullum pro se habere grauem authorem his verbis. quia vero authoritates huius sententię nouæ quærunt eam colorare aliqua authoritate magni Viri, propter hoc, Bonacina loco superius relato, citat ex aduersarijs Baronium Tom: 12. anno 1182. sed Baron: illo in loco, nihil habet ad rem. Habet ad annum 1288. vt superius adnotauit Gaufredum postulauisse à Cardinali Albanense, [Vtrum aqua conuertatur in Sanguinem.] Satisfacit Baronius, quæsito in hæc verba. (quid autem rescripserit ad petitam consultationem Cardinalis Albanensis, non inuenimus. Sed aliud rescribere, non potuisse, certum est. quam quod credidit, & custodiuit semper S. R. E. nimirum, aquam simul, & Vinum transubstantiari in Sanguinem.

Sed immerito (inquit Ferchius) Eminentissimi Viri verba trahuntur extra sensum Ecclesiæ. Nam S. R. E. non tenuit semper, vt certam hanc opinionem, quod aqua manens in sua substantia aquę, imediatè vertatur in Sanguinē Christi. quomodo enim Innocentius III. cum Theologis S. R. E. ignorauisset hanc opinionem, quam non retulit, vel quia ignoram, vel quia improbabilem? idcirco Baronius, non aliud intellexit, quam quod Pontifex, scilicet opinionem mediam, quæ aquam cum Vino docet in Sanguinem transubstantiari, esse tenendam, nempe aquam prius in Vinum, mox in Sanguinem conuerti? Vtrumque igitur conuertitur, sed aqua mediatè. Vinum cum aqua sibi incorporata, imme-

„ immediatè. quod dictum Pontificis est contra 3. opin: quæ
„ aquam negabat conuerti, & contra primam, quæ conuerti
„ concedebat, sed in Aquam lateris, non in Sanguinem
„ Christi.“

Hæc expositio ad verba Baronij, quam, vt propriam Perchius affert, (cum nominè authorem pro ipsa citet) non est propria, sed communis authoribus alterius sententiæ: Quam etiam vt talem, refert, & rejicit Eminentissimus Cardinalis de Lugo disp. de Sacramento Eucharistiæ 4. sect. 4. nu. 48. his verbis.

(Subdit vero Baronius responsionem Cardinalis Episcopi Albanensis non inuenisti, sed non potuisse aliud respondere; quam quod, Ecclesia Romana semper credidit, nimirum, aquam simul, & Vinum transubstantiari in Sanguinem Christi, immo infra anno [illegible]. Contrariam sententiam appellat hæresim illo sæculo exortam, vt mirum sit aduersarios, non solum voluisse hoc clarissimum testimonium explicare. Sed Baronium pro sua stare sententia. Dicunt enim secundum illam sententiam ibi relatam, docuisse transitum in Sanguinem, quod prima negabat: non immediatum, sed mediatum, qualem Ecclesia Romana credebat. quis non videat hoc esse aperte contra historiam ibi adductam? Nam cum authores primæ sententiæ obijcerent suis aduersarijs, duplicem esse tantum materiam Eucharistiæ, scilicet Panem, & vinum, [quod idem argumentum Nobis nunc obijciunt, qui contra Nos opinantur. ad hanc obiectionem Authores sec: sententiæ non responderunt, Aquam conuerti prius in vinum, & per consequens non esse aliam materiam præter Vinum, quæ solutio facilis esset,

si ipsi de conuersione solum mediata agerent: sed respon-derunt, materiam non esse solum Vinum: sed Vinum cui admixta esset aqua: & ponderant, in Euangelio non dici Christum accepisse vinum: Sed Calicem, vt vtrumque, quod ibi concludebatur comprehenderetur. Non ergo defendebant hi, quos Baronius approbat, vt Catholicos, Aquam mediatè conuerti in Sanguinem, sed potius immediatè. Itaque de Baronij mente dubitari non potest, nisi velimus in media luce tenebras quærere.] Hæc Cardinalis Lugo loc. cit.

Ecce itaque interpretationem Verchij ad Verba Baronij communissimam; & optimè ab Eminentiss: de Lugo reiectam. Ecce denique Totum primum cap. huius disput. ex alieno esse compactum, & præsertim ex laboribus Aretini. ita vt illi, iure merito obijcere possimus [nominibus mutatis] quod eloquentiæ Pater Cicero de Claro Oratore scripsit. [Tu qui à Næuio sumpsisti multa, si fateris; vel si negas, surripuisti]

Nec iuuat dicere, " eundem esse sensum, non verba. " hæc namque excusatio in alijs, ab ipso non permittitur.

Decem Rationes Ferchij contra transitum Aquæ immediatum in Sanguinem, hinc inde raptę.

PRosequitur Ferchius eiusdem asserti probationẽ pag. 122. n. 111. dicens. " Postquã authoritatibus ostedimus, non esse probabilem illam opinionem, quæ ,, ponit aquam, non mutatam in vinum, immediatè posse ,, consecrari, & conuerti in Sanguinem; id ipsum, rationibus ,, conemur probare. "

Quibus verbis profectò, non obscurè insimulat, decem illas rationes, proprio labore partas esse. At examinemus, an talis tantusque conatus fuerit, vt è Ferchiana fronte, multum sudoris fluere fecerit.

Prima Ratio, qua Ferchius improbat hanc sententiam incipit in hoc cap 2. à. n. 111 & summa eius in hoc consistit, ,, quod hæc sententia est essentialiter eadem, cum sententia ,, aquariorum, quia secundum ipsam, aqua est materia secũ- ,, dum se, & immediatè conuertibilis in Sanguinem, atque ,, ideo immediatè consecrabilis. quod erat assertum aqua- ,, riorum. quorum argumentum satis fusè ostentat Ferchius.

Confirmat hanc rationem contra quamdam solutionem, quæ dari solet, " quod aqua debet esse vino coniũcta. Aqua- ,, rij vero, solam aquam consecrabant. Nam quando quæ- ,, ritur coniunctio aquæ cum Vino, vel est accidentalis secũ- ,, dum locum, aut qualitatem. Vel est substantialis. sed co- ,, niunctio localis, & qualitatiua non sufficit.

Nam

Nam si in Cisternam aquæ inijciatur Vrceus Vini, aqua tota
,, inficitur accidentibus Vini, atque cito putrescit, & potus
,, fit inepta. si igitur sola coniunctio localis, & qualitatiua
,, satis est, ergo talis cisterna aquæ poterit consecrari, quod
,, absurdissimum est. Tandem, si aqua rosacea vino apponatur in Calice, aut alia quęcunq; artificialis. iam propter coniunctionem accidentalem, manente substantia aquæ artificialis, poterit talis aqua conuerti in sanguinem, sicuti aqua naturalis. ita longo discursu hanc rationem conficit Ferchius.

Verum hoc argumentum adducitur ab Aretino loc. cit. 4. d. 11. q. 7. dub 5. Vbi tertia ratione pro sua sententia sic arguit. [aqua secundum se, non est materia huius Sacramenti. Nam vt diffiniunt Concilia, & Sancti Patres, propria materia huius sacramenti est vinum vitis. ergo priusquā conuertatur in Vinum, non est consecrabilis. Confirmatur, quia alias sequeretur, quod sola aqua posset consecrari. cōsequens est hæresis, quam docuerunt Hæretici aquarij, vt docet August. in lib. de hæresibus cap. 64. ergo &c. probatur sequella. aqua secundum suam speciem est materia cōsecrabilis, ergo etiam separata à Vino, si proferantur Verba consecrationis, consecrabitur de facto. probatur consequētia, quia Verba consecrationis operantur quasi per modū naturæ, quando proferuntur super materiam consecrabilē.] Ita Aretinus ibi.

Sed ad hoc argumentum, cum sua confirmatione breuiter, & facile respondetur, negando consequentiā, quia licet aqua non sit materia totalis, & necessaria huius sacramenti, est tamen materia partialis, & per accidens, quatenus mixta

Vino,

vino, potest in sanguinem conuerti. Ad confirmationem respondetur, negatur sequella cum eius probatione, quia cum aqua non sit materia totalis, vel necessaria; sed tantum partialis, & sumpta cum vino, nequit à Vino separata consecrari, neque secundum se, est materia consecrabilis. Insuper vtraque illa confirmatio est communis, & aliena. Nã prima adducitur ab Arelio in Appendice ad disput. de aquę transmutatione cap. 14. ad sect. 12. arg. 8. quod apud ipsum est tale: [si summatur phiala aqua plena, eique exiguum quid generosi vini infundatur, iam ille liquor consecrari posset secundum oppositam sententiam?] & subdit, responsionem patere ex Innocentio I. Pontifice, qui vt supra retulit, inquit (dummodo aqua saporem Vini retineat non esse irritum sacramentum; si tamen in multo maiori quantitate esset aqua, quam Vinum, non est credibile ipsam, vini saporem retenturam, nec appellandam vinum moraliter.]

Hanc eamdem instantiam refert in terminis, & soluit Coninch. de Eucharistia q. 74. a. 8. dub. VIII n. 185. vbi ait (hinc pattet solutio ad quædam alia, quæ obijciunt, scilicet ex nostra sententia sequi magnam quantitatem aquę cui parum vini inesset, posse consecrari.] Ecce totam hãc confirmationem, aliunde subreptam: Cui nihil de proprio Ferehius adiecit, nisi (Cisternam, & Vrceum; atque phialam in Cisternam) transmutauit, vt argumentum maiorem præseferret tumorem.

Seu quomodocunq; conficiatur hæc confirmatio, negandum semper est: Aquam vino mixtam esse consecrari, si in maiori quantitate Vinum excedat. Nam, vt aqua sit materia

teria consecrabilis, debet ità à maiori quãtitate vini absorberi, vt appareat saltìm quò ad sensum conuersa in vinũ, & debet conficere vinum visuale; in quo, quantitas vini quantitatem aquæ notabiliter excedat.

Alia quoque confirmatio de aqua rosacea affertur à suarez; quem Ferchius citat; adducitur etiam ab Aresio disput. cit. sect. 3. arg. 11. & reuera nihil vrget, quia hìc est qu. de aqua naturali, non artificiali.

Ecce totum argum: cum suis confirmationibus, aliunde desumptum; & ab alijs solutum; quarum solutiones, Ferchius, vti debebat, noluit, vel melius non valuit infringere.

Secunda ratio sumitur ex natura Sacramenti, & incipit à nu. 112, (In quo non est genus, vel differentia rei, in illo
" non potest esse res constituta per tale genus, vel differen-
" tiam; sed sacramentum nouæ legis ex genere (est si-
" gnum.] ex differentia [est efficax.) quorum neutrum
" conuenit aquæ appositæ in Calicem respectu sanguinis.
" ergo in aqua non est ratio Sacramenti; vel consecrabilis.
" probat minorem (quo ad significationem) Aqua in Ca-
" licem apposita, non significat Sanguinem Christi, sed si-
" gnificat aquam fusam ex latere Christi, & significat popu-
" lum, qui sic vnitur in Christo, Sicut aqua vino; quorum
" vtrumque probat ex Cypriano epist: 63 & Concil: trid:
" sess. 22. cap 7. Probat deinde minorem. [Quo ad effi-
" caciam, quoniam signum efficax infert rem signatam;
" at in Eucharistia, non adest aqua lateralis, neque adest po-
" pulus, siue in consecratione, siue in transubstantiatione.
" Nã aqua, nec transubstantiatur in aquã lateralem, nec in
" populum ergo.

Con-

Confirmatur. " Sacramenta nouę legis efficiunt quod ſigni-
„ ficant: ſed aqua in Calicem immiſſa ſignificat, vel aquam,
„ vel populum; Sanguinem non ſignificat; vt patet ex Con-
„ cilio Florẽt: in literis Vnionis ergo &c. quod argumentum
„ adhuc fuſius proſequitur alijs confirmationibus, quæ in idẽ
recidunt.

Cæterum, Totum argumentum breuibus adducitur, & ſoluitur à Conincho q. 74. de materia Euchariſtiæ a. 8. dub vn. n. 188 his verbis. [Obijcies 4. ſpecies, ſub quibus ſanguis continetur debent ſignificare Sanguinem: ſed ſpecies aquæ non poſſunt ſignificare ſanguinẽ, quia aqua ſignificat populum, & vinum ſignificat ſanguinem, vt docent Canones, ergo nec ſpecies aquæ continent ſanguinem.] Cui obiectioni occurrit Coninch: & rectè [dupliciter, vnam rem poſſe aliam ſignificare. primò ſimbolicè, non ſignificando eam eſſe præſentem: ſed ſolum per quandam Analogiam, eius qualitates repræſentando, ſicut Agnus ſignificat Chriſtum, & ita ſecundum Canones, vinum ſignificat Sanguinem, & aqua populum. Secundo, ſacramentaliter, ſignificando rem, hic, & nunc eſſe præſentem, & ſic eodẽ modo vtraq ſpecies aquæ & vini, mutuo mixtæ poſt conſecrationem ſignificãt præſentiam Sanguinis, nullo autem modo præſentiam populi, qui ibi præſens non eſt. Sola aũt ſecunda ſignificatio eſt de eſſentia Sacramenti:] ita Conich: apud quem, vel alios, Ferchius, hoc argum: nec non eius ſolutionem vidit. at argumentum ſubripuit. ſolutionem vero tacuit, ne impugnare cogeretur.

Tertia Ratio ſumitur ex Conſecratione pag. *126.* num. 113.
„ Vna conſecratione Vnum per ſe tantum conſecratur, at

Bbbb con-

„ consecratio Calicis est per se vna, ergo vnum tantum con-
„ secrat; sed aqua & vinum manentes in sua substantia sunt
„ per se substantialiter, & essentialiter plura, ergo vel vinũ ;
„ vel aqua, non erit consecrabilis. Deinde ; quia vinum est
„ per se consecrabile, certum est apud omnes Catholicos ,
„ quod vinum potest consecrari, & sine aqua , & cum aqua
„ apposita, ergo à pari. si aqua de per se ratione sua sit con-
„ secrabilis, erit, & ipsa consecrabilis, siue cum vino, siue
„ absque vino, quod est absurdum. probatur consequentia .
„ quod alicui per se inest, vel in primo, vel in secundo mo-
„ do dicendi per se, neq; per aliquod accidens cõmune sibi cõ-
„ fertur, neque per illud accidens aufertur. Si ergo in genere
„ meris, aquæ per se competit, vt sit consecrabilis, ergo per
„ coniunctionem cum vino, neque confertur, neque aufer-
„ tur hæc ratio consecrabilitatis, sicuti neque à vino aufertur,
„ vel vino confertur.

Hoc idem argumentũ adducitur, & soluitur à Conincho loc: cit. n. 187. his verbis (Obijcies tertio. Si aqua mixta vino, non tamen conuersa in vinum, posset consecrari; sequeretur primo, quod in Calice esset duplex consecratio ; quia ibi est duplex materia . secundo, quod esset distincta specie consecratio, quando vinum solum consecraretur , ab ea, qua consecraretur aqua simul cum vino ; quia esset distinctus terminus à quo & ad quem, scilicet sanguis existens sub speciebus aquæ, & vini.) cui argum: respondet Coninch: [primo, simili ratione tanquam absurdum posse inferri, esse distinctam speciem consecrationis, quâ consecratur Vinum Græcum, ab ea, qua consecratur Rhænanum.]

Res-

Reſpondetur ſecundo, negando vtramque ſequellam. Primo, quia aqua in exigua quantitate mixta vino in ordine ad conſecrationem conſtituit cum eo aliquod vnum, & nõ duo. ſecundo, quia vna eademque forma, vtrumque conſecratur. Tertio quia terminus ad quem, à quo actio ſumit ſpeciem, eſt in omnibus illis conſecrationibus vnus, & idẽ Sanguis Chriſti.

Confirmatio etiam argum: habetur apud Areſium diſput: cit: ſect. 2. arg: 15 illis verbis. (Ex oppoſita ſententia, ſequeretur poſſe aquam conſecrari ſine vino; quæ confirmatio facile ſoluitur ex dictis ad argum: pr. negando paritatem de aqua, & vino. Nam vinum eſt materia per ſe conſecrabilis, & ideo conſecrari poteſt ſine aqua, & cum aqua appoſita, & aqua non eſt materia per ſe cõſecrabilis, vt ſupponitur ab arguente in illa confirmatione, ſed tantum per accidens, quatenus nimirum eſt coniuncta cum vino, vt ſupra declaratum eſt]

Quarta ratio ſumitur ex materia pag. 127. n. 114. ' Tan-
„ tum duplex eſt materia Euchariſtiæ, ſcilicet panis & vinũ
„ ergo aqua non eſt materia Euchariſtiæ niſi conuerſa in
„ Vinum. Antecedens eſt D. Thomæ in 4. d. 11. q 2. a. 4.
„ & D. Bonauent: 4. d. 11 dub. 9. laterali. & q. 9. & habe-
„ tur in Catechiſmo Romano §. 17. (Huius igitur Sacra-
„ menti hæc duo tantum elementa ſunt, ac merito pluribus
„ decretis Sancitum eſt, ne quid aliud præter panem, & vi-
„ num offerre liceat.) & in Concil: Florent: in armeno-
„ rum inſtructione ſcribitur. Materia eſt panis triticeus. &
„ vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima
„ admiſceri debet.

Pro hac 4. ratione stabilienda. Tria animaduertit Ferchius.
„ Primum Concil: Florent: assignare materiam, & aliquid
„ additum materiæ. Materia est panis triticeus, & vinum de
„ vite. additum est aqua modicissima. Secundum ex Con-
„ cil. Trid. sess. 13. Vbi tractatur de consecratione, tran-
„ substantiatione, permanentia specierum, asseruatione,
„ communione Eucharistiæ, & alijs connexis; nunquã tamẽ
„ fit mentio aquæ, sed solius panis, & vini, & specierum pa-
nis & vini. Denique quando instruitur Sacerdos consecra-
„ turus sess. 22. cap. 7. docetur ex præcepto Ecclesiæ appo-
„ nere aquam, vt per hoc agnoscatur. Aqua non esse de per
„ se ratione Eucharistiæ, sed tantum per accidens consecra-
„ ri, & mediatè, quatenus transmutatur in vinum, & quate-
„ nus materia aquæ manet sub forma vini, atque etiam qua-
„ tenus accidentia quædam ab aqua causata in vino manẽt.
Hoc etiam argum: est Thomistarum vt refert Coninch: loc. cit. n. 143. illis verbis. (Præcipuum eorum fundamentũ est, quia solum panis, & vinum videntur esse materia huius Sacramenti.) & est ratio quam affert Arel: 3. loco pro sua sententia. & rursus adducitur à Coninch: n. 182. in p. obiectione contra conclusionem illis verbis. (quãdo Concilia, & Patres recensent materiam huius Sacramẽti, solum nominant panem, & vinum;) Cui argum: respondet Coninch: ipse n. 183. assumptum non esse vniuersaliter verum. nam præterquamquod Florentinum dicit, Vino aquam miscendam; sæpe Concilia, & Patres dicunt aquam simul cum Vino offerri, consecrari, & benedici. nihil autem offertur, & consecratur, nisi materia Sacramẽti. Quod autem recensentes materiam Sacramenti, sępe

non

non nominent aquam. Fit primo, quia solemus totum illud mixtum, quamuis in eo aliquid aquæ in sua substantia, ac natura perseueret, tamen absolutè vocare vinum à potiori nimirum, & prædominante parte. fit secundo, quia vinum est per se, & necessario materia Sacramenti, aqua vero, nec necessaria, nec per se, sed tantum quatenus mixta vino, eiusdem qualitates, & species aliqua ratione participat. Tum deniq; quia Vini nomine, vt notat Cardinalis de Lugo sect. 4. cit. n. 63. intelliguntur ea, quæ ingrediuntur ad componendum vinum vsuale, in ratione vini compositi ex vino mero, & modica aqua. illud quippe compositum, est propriè vinum vsuale. Quare partes omnes, quæ illud componunt, veniunt appellatione vini. non vt seorsim sumptæ: sed vt componunt illud poculũ, quod est Vinum.

Testimonium Cathechismi Romani, adducitur etiam ad Aresio in pr. ratione pro sua sententia. Affertur etiam, ac explicatur à Cardinali de Lugo sect: 4. n. 59. in tertia obiectione.

Prima quoq; animaduersio ex Concil: Florent: habetur apud Aretin: cit. in 2. ratione pro sua sententia; & adhuc magis in terminis apud Card: de Lugo sect: 4 cit. n. 62. in 6. obiectione his verbis. [Sexto argumentantur ex verbis Cōcil: Florent: vbi dicitur materiam Eucharistiæ esse vinum de Vite, cui modicissima aqua misceri debet, ergo cum distinguit aquam à materia Sacramenti, dicit enim materiam esse vinum, & huic misceri debere aquam. & respondet dicendo, quod immò includit aquam in materia. dicit enim materiam esse vinum, cui aqua admixta sit; vtitur tamen illa

illa distinctione, vt indicet aquam non esse de necessitate Sacramenti: sed præcepti.

Secunda Animaduersio ex Trid: sess: 13. adducitur à Coninchio loc. cit. n. 182. illis verbis (Item dicunt) [nempe Concilia, & Patres) (post consecrationem nihil manere substantiæ panis, & Vini: sed duntaxat species panis, & vini, nulla facta mentione specierum aquæ, vt pattet ex Trident: sess: 13. can 2.] sic etiam arguit Cardinalis de Lugo ex eodem Trid: sess: 13. Vbi ait, conuerti substantiā Vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus Panis & Vini, ergo non manent species Aquæ. Nam per illam particulam (duntaxat) excluditur omne aliud præter species panis, & Vini.

Et respondent hi duo spectatissimi Authores, quod ly [dumtaxat] ponitur à Concil: vt excludat substantiam panis, & Vini, quam dicebant Lutherani permanere; non autem ad excludendas species aquæ, quia de hoc non disputabatur. Addunt etiam, non excludi species Aquæ, quia nomine Vini, intelligit poculum illud prout abstrahit à Vino puro, & Vino mixto. & sic per particulam [dūtaxat] non excluduntur species Aquæ, quia species Aquæ sunt partialiter species Vini illius mixti, quod est propriū Vinū humanum, & Viuale.

Tertia tandem animaduersio, " quod docetur Sacerdos ex
" precepto Ecclesiæ apponere aquam, vt per hoc agnoscatur
" aqua, nō esse per se de ratione Eucharistiæ. " habetur apud Coninch: loc. cit n. 182. in 2 Confirmatione primæ obiectionis. Vbi probat, aquam non esse materiam huius Sacramenti, quia solo præcepto Ecclesiæ tenemur aquam impo-

imponere, quæ non potest facere materiam Sacramenti: Ad quam confirmationem respondet n. 184. Ecclesiam, hoc præcepisse, ob exemplum Christi, qui ita aquam materiam huius Sacramenti instituit, vt mixta Vino posset consecrari; Cui tamen, non necessario misceretur, & non nisi mixta consecrari posset. Vnde sequitur, vt aqua possit esse materia huius Sacramenti debere misceri Vino in quantitate notabiliter minore, quam sit ipsum Vinum.

Ecce totum hoc 4. arg: cum suis animaduersionibus ex integro abreptum. Sed responsiones Authorum alterius sententiæ, prætermissæ, nec impugnatæ.

Quinta Ratio. Sumitur ex Transubstantiatione pag. 128. „ n. 115. Vnius per se versionis est vnus per se terminus à „ quo, & vnus per se terminus ad quem. Transubstantiatio „ autem in Sanguinem, est vna per se Versio, cuius per se ter- „ minus ad quem est Sanguis. Aqua vero, & Vinum sunt „ duæ substantiæ per se diuersæ, & secundum naturam, & se- „ cundum hyppostasim, ergo non possunt aqua & Vinum, „ vt sunt duæ substantiæ esse per se terminus à quo huius Ver- „ sionis at Vinum est, ergo Aqua non est immediatè tran- „ substantiabilis in Sanguinem. maior pattet. in omni trans- „ mutatione, & Versione; etenim ex per se terminis à quo, & „ ad quem, accipitur per se Vnitas, & per se multitudo earũ. „ Confirmatur, quoniam communiter assignaretur. panis, & „ Vinum vt substantiæ, quæ conuertantur. Aqua minimè. „ quod probat ex Matheo Euangelista in sua Liturgia, & ex „ Concil: Lateran: sub Innocentio Tertio, extra de summa „ Trinitate, & Fide Catholica cap. (firmiter.) & ex Concil:

Flo:

„ Florent: et tandem ex Trident: sess. 13. cap 4.

Hæc Ratio coincidit cum tertia iam relata, sumpta ex consecratione, & ideo non adducitur ab Authoribus, vbi ab ea diuersa, & potius est eius confirmatio. Vnde soluitur à Coninch: loc. cit. n. 187. Primo, quia aqua in exigua quãtitate immixta Vino in ordine ad consecrationem constituit cum illo aliquid Vnum, & non duo, non quidem Vnũ specie: sed per mixtionem, vt inquit Cardinalis Alanus lib. p. de Eucharistia cap. 13.

Secundo, quia vna, eademque forma, Vtrumq; consecratur. Tertio tandem, quia falsum est, quod ait Ferchius. " per
„ se Vnitatem mutationis cuiuscunque, sumi ex per se termi-
„ nis à quo, & ad quem. " Nam præcise sumitur ex termino ad quem vt docet Arist: 5 physic: t. 48. non autem ex termino à quo. Quia quod non est, nequit ens reale specificare, & Vnitatem realem tribuere. Tum quia, terminus à quo euanescit in motu, nec per se intenditur à Natura; specificatio autem, & Vnitas, sumitur ab eo, quod manet in motu, & per se intenditur à natura, vt satis pattet ex physicis.

Confirmatio illa est superflua, quia coincidit cum confirmatione argum: præcedẽtis; & illa corroboratio ex trib° Concilijs Lateran: Florent: & Trident: ponitur in terminis ab Aresio disp. cit. sect: 2. in p. argum: ex Concilio desumpto, Cui respondet postea sect. 11.

Sexta Ratio sumitur ex permanentia pag. 129. n 116. " Nã
„ alia Sacramenta, sunt tantum in fieri, non manent in fac-
„ to esse. At Eucharistia in fieri est, & in facto esse. In fieri
„ quidem, transubstantiatur substantia panis in Corpus

Chri-

„ Christi, & substantia Vini in Sanguinem. Sed remanent
„ accidentia panis, & Vini, & Christus totus sub speciebus
„ panis, Totus sub speciebus Vini. ita per mille sexcentos an-
„ nos, Pontifices, & Concilia, Patres positiui, & Scholastici.
„ Nequaquam auditum est, quod post consecrationem, in
„ Eucharistia maneant species Aquæ; quodque Sanguis Chri-
„ sti, sit totus primò sub tota specie Aquæ, atque totus sub
„ quauis speciei particula. At nouissimi Authores, hoc dicũt,
„ quod vel aures audire, vel oculi horrent legere; nempè Ec-
„ clesiæ Pontifices, & Patres summa negligentia vsi sunt; isti
„ vero summa diligentia vtuntur. Audiamus Ecclesiæ, &
„ Patrum Voces. "

Concilium Trident: sess: 13. can. 2. [Si quis &c. negaue-
ritque conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ Vini in Sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis, & Vini;] & cap 3. (totus enim & integer Christus sub specie panis, & sub quauis ipsius speciei parte, totus item sub specie Vini, & sub eis partibus existit)

Concilium Florent: in Armenorum instructione. (Totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie Vini; sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ, & Vini consecrati, separatione facta, totus est Christus.

Concilium Constantiense sess. 13. (firmissimè credendum est, & nullatenus dubitandum, integrum Christi Corpus, & Sanguinem, tam sub specie panis, quam sub specie Vini veraciter contineri.] Pro quo adducit etiam nonnullos SS. Patres August: Cyprianum, Tertullianum, & vtrumq; Cyrillum, atque tandem concludit. " sed nolo plura cõ-

„ gerere ; Nemo Christum sub specie Aquæ, vel Christi Sã-
„ guinem esse, hactenus dixit, vel credidit; Nouissimi hi
„ Authores, nouam fidem, aut nouam Fidei confessionem
„ videntur afferre. "

Hoc rursum argumentum, & adhuc cum maiore efficaciâ, licet non cum tanta temeritate, & præsertim cum confirmatione ex Concil: Tridentr: adducitur, & soluitur à Coninсho n. 191 & 192. & à Cardinali de Lugo n. 65. & 66. & est argum: 10. apud Aresium disp. cit. sect. 2.

Dico autem cum maiori efficacia; quoniam, eo modo quo à Ferchio proponitur, est facillimę sollutionis; nimis enim au-
„ dacter inquit. " Nullum vnquã ex Patribus docuisse, post
„ consecrationem manere species Aquæ; & Sanguinẽ Chri-
„ sti, etiam sub speciebus aquæ vino commixtis reperiri. "

Nam Eminentissimus Cardinalis de Lugo disp 4. cit. sect. 3. n. 45. & 48. expressa ad hoc, & plura adducit Patrum testimonia. Etenim Innocentius III. lib. 4. de (Mysterijs Missæ) cap. 11. ait (in Sacramento est trinitas specierum scilicet panis, Vinum, & Aqua.)

Paschasius Corbiensis lib. (de corpore, & Sanguine Domini,) qui habetur in 6. Tomo Bibliothecæ Patrum. (Nec dubium, quin in hoc Mysterio, illam bibamus Aquam, de qua Dominus, qui biberit Aquam, quam ego dabo ei &c. propterea non inconnenienter etiam, ob hoc idem Aqua consecratur, non quod Aqua permaneat: sed quod conuertatur in Sanguinem.)

Samona Episcopus Gacensis (in disp. cum Hameth Saraceno) quæ habetur in eodem 6. Tomo Bibliothecæ. Sic interrogat. [quare Christus sub specie panis, vini, & aquæ ab-

ditum

ditum suum Corpus, & Sanguinem potius ad sumendum tradidit, quam sub alia, materia? & postea respondet inter alios cibos, panis sibi primum locum vendicat; Item, inter potiones, aqua, & Vinũ primas obtinet. his igitur, pane inquam, vino, & aqua, nobis assuefactis Dominus coniuncta sua diuinitate virtute sui verbi in proprium suum Corpus, & Sanguinem ea transfert.

Cyprianus Epist: 63. ad Cæcilium ait. [Calix Domini, non est aqua sola, aut vinum solum, esset autem vinum solum, si semper supponeretur Aqua conuersa in vinum, vt transiret in Sanguinem Christi.]

Iusthinus Martyr Apolog: 2. pro Christianis ait. (Hi, qui apud Nos Diaconi dicuntur, dant vnicuique eorum, qui adsunt percipiendum panem, vinum, & aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt; atque cibus hic, apud Nos Eucharistia nominatur.)

Hæc & similia profert doctissimus Cardinalis de Lugo, Patrũ testimonia; & Cohinch: ab initio dub: j. adeo, vt purum mendacium sit, quod Ferchius ait. " Neminem Patrum, ,, Xpum sub specie aquæ, vel Xpi Sanguinẽ hactenus dixisse, ,, vel tradidisse. " Putidaque calumnia Ferchiana illa est, ,, cum inquit. " Nouissimos Authores huius opinionis, no- ,, uam Fidem inuehere. "

Neq; testimonia illorum Concil: vti proponuntur à Ferchio, oppositum demonstrant. Concilia enim, illis in locis, tantum astruere intendunt, quod Hæretici negabant, nempe Christum sub speciebus panis, & Vini, & quidem totum sub qualibet illarum contineri, quorum vtrumque ab eis negabatur, dum nolebant Christum sub illis speciebus ve-

raciter contineri, & totum, sub vna quaque specie seiunctim; atque ideo, non tantum accipere, qui sub vna specie communicat, quam qui sumit vtrumque. & hac de causa decernit Concil: Trident: quod totus, & integer Xpùs, sub specie panis, & sub quauis ipsius speciei parte, totus itē sub specie vini, & sub eius partibus existit. Ita Concilium explicant præfati Authores, Coninch: & Cardinalis de Lugo, & quidem optime ad intentionem eorum.

Hìc etiam cadit responsio superius allata Cardinalis de Lugo, quam dat sub. n. 63. & Coninch: n. 183 Vini nomine intelligi ea, quę ingrediuntur ad componendum vinum vsuale, in rationę vini compositi ex vino mero, & modica aqua. Vnde sub nomine vini comprehenditur etiam aqua sibi commixta.

Denique quadrat hìc etiā. quod ait Cardinalis de Lugo n. 63. hunc arguendi modum esse [ab authoritate negatiue.) quia asserunt quidem Concilia manere species panis, & vini, & sub vtraque Xpùm reperiri, id tamen non negant de aqua, quia de hoc puncto, cum Hæreticis non disputabant. Quod autem ait Concil: Trident: (manentibus dumtaxat speciebus panis, & vini sess. 13. can.] iā supra explicatum est· Debent ergo citari authoritates positiuè, vt Ferchius ipse monet pag. 43. Non vt hic facit, " nemo „ dixit, nemo credidit. "

Magis vrget, quod subdit Concil: cit. can. 3. dum inquit. (Si quis negauerit in Venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiuscumque speciei partibus, separatione facta, totum Xpùm contineri, anathema sit.] Ex quibus verbis, sic arguit Cardinalis de

Lugo

Lugo nu. 66. ac etiam Coninch: n. 190. & 191. (Post consecrationem manet totus Xpús sub singulis partibus consecratis, ergo & sub particulis aquæ, ergo etiam si illæ particulæ aquæ separarentur ab alijs partibus, continebũt Sanguinem Xpi, quia iuxta Trident: partes separatæ, non ammittunt consecrationem, per separationem ab alijs consequens autem esset absurdum, nam tunc contineretur Xpus sub specie aquæ adequatè, & nullo modo sub specie Vini.

Hæc inquam authoritas trident: ex can. 3. magis vrget, quam illa ex can. 2. à Ferchio adducta. & ideo notanter dixi, [hoc idem argum: validius promoueri ab his Authoribus, quam ab ipso Ferchio.) cui & respondent in prædicto casu, non manere Xpùm sub specie aquæ separatæ: sed simul, ac separatur à speciebus vini, recuperare formã substantialem aquæ.

Concilium autem agit tantum de diuisione, qua partes specierum ita separantur, vt sub ijs conseruari possit materia cõsecrabilis, vti ordinariè fit; non autem de illa, qua partes specierum ita diuidantur, vt sub ijs nequeat conseruari materia consecrabilis. Aqua autem vt dictum est, à Vino separata, sicuti secundum se consecrabilis non est, ita nec consecrata confesuari potest. Quod autem Concilium agat de illa diuisione, quæ ordinariè fit; pattet quia intẽtio eius est deffinire solum id, quod negant Hæretici, scilicet illum, qui tantum accipit alteram speciem, aut etiam minimam eius particulam tantùm accipere, quantùm accipit is, qui vtramq; speciem sumit; vt pattet ex cap. 3. eiusdem sess. & ex sess. 21. cap. p. 2. 3.

Septi-

Septima Ratio sumitur ex Sacrificij Christiani oblatione pag. 130. n. 117. si namque Christus Ecclesiæ suæ reliquit triplicem partem Eucharisticam, feriamque aquam immediatè transubstantiari in Sanguinem, & Sanguinem Xpi primo, totumque Xpûm concomitanter manere sub speciebꝰ aquę, debuit Ecclesia per mille sexcentos annos hoc beneficium diuinum piè recognoscere, & beneficium piè testificari per oblationem externam speciei aquæ, atque internam Sanguinis sacrificati Deo sub tali specie. Cæterum, & in Veteri testamento, Sacerdos Melchisedech: [Panem, & Vinum obtulit] aquam non obtulit, neque aquæ speciem, aut Sanguinem sub specie aquæ. Moyses Sacerdos Deuteron: 33. benedixit filios Iacob, occulis Iacob in terra [frumenti, & vini;] iuxta benedictionem datam Iacobo Patriarchæ ab Isaaco Gen: 27. (Det tibi Deus de rore Cœli, & de pinguedine Terræ abundantiam frumenti, & vini.) & Zachar: 9. in Profetia de Saluatore, & Ecclesiæ Altari, dicitur. [Saluabit eos Dominus; quoniam lapides sancti eleuabūtur super Terram eius, quid enim bonum eius, aut quid pulcrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinās Virgines.] planè & tertium erat adijciendum, scilicet, & aquā germinans Virgines; cum aqua potius Virgines gignat, quàm vinum, (in quo) teste Apost: [est luxuria]

Sed in statu Veritatis Concil: Trident: sess. 22. cap. p. de Sacrificio Missæ ait. (Corpus, & Sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo patri obtulit.) Vbi Aqua? cur Xpûs non obtulit? at si Xpô consecrante, aqua in vinum conuersa fuit, vinumque fuit solum transubstantiatū in

in Sanguinem, ergo cum consecratio Xpi, & nostra, eadē sit, neque nunc aqua in Sanguinem conuertitur, neq; Xpi Sanguis sub speciebus aquæ offerri potest, aut debet.

Hoc etiam argumentum quocunque modo conficiatur vel intelligatur, non est proprium, sed alienum. Vt enim sumitur ex materia huius Sacramenti, habetur apud Aresium appendici citata cap. 14. ad sect. 21 vbi arguit, quod triplex esset materia huius Sacramenti scilicet panis, vinum, & aqua; & respondet, aquam non esse materiam distinctam à vino, quia non conuertitur in Sanguinem, nisi vt mixta vino, & vnum quid cum eo faciens. Vnde & dicitur materia partialis huius Sacramenti, licet non totalis quia sola consecrari non potest. Accedit quod non desunt PP. concedentes in hoc sacramento triplicitatem specierum, vt supra dictum est; cuius etiam mysterij figura præcessit in Veteri Testamento per Isaiam cap. 30. [dabo eis panem arctum, & aquam breuem]

Vt autem hoc argum: sumitur ex oblationibus factis in Vet: Testam: quo sensu confici videtur à Ferchio, in quibus Veteres Prophætæ, non nisi panem, & vinum Domino obtulerunt, adducitur ab Aresio disp: cit. sect. 2. arg: 2. & 3. quibus respondet sect. 11 breuiter tamen responderi potest, per vinum Domino oblatum à Prophetis, intelligi vinum vsuale, à quo non omnimodè excluditur aqua, & hoc necessario dicendum est, vt figura correspondeat figurato. Nam nec Xpus Dominus vinum sine aqua consecrauit; vnde tria offeruntur in hoc Sacramento ante consecrationem, panis, vinum, & aqua, vt docet Alexander primus in epist. ad omnes Ortodoxos, & refertur cap. p. de consecrat

erat: & Martinus Episcopus Bracarensis in Concil: Bracarensi 2. alias Lucensi. Post consecrationem vero, duo tantum dicuntur offerri, scilicet caro, & Sanguis Xpi; quia aqua mixta vino fit post consecrationem Vnus Sanguis, vt docent D. Algerus lib. p de [Sacramento Corporis Domini,] & Paschasius Corbiensis lib p. [de Corpore Xpi] cap. p1. quos refert Coninch: cit. Hęc autem, scilicet Sanguis, & Corpus Domini, dicuntur à Concilio offerri, sub speciebus panis, & vini, quia per vinum intelligitur vinum Vsuàle, ad cuius constitutionem, etiam aqua concurrit, & sic non excluduntur species aquæ omnino.

Quod autem subdit Ferchius Christo consecrante, aquam in vinum prius conuersam fuisse, quam rationem putat validissimam, vnde ad marginem addit, " Nota Rationem. " Sanè debebat illud probare, & non assumere gratis. quinimo Cardinalis de Lugo sect: 3. cit. potius oppositum colligit ex modo, quo Xpus consecrauit; quia præterquamquod graue dubium est in Philosophia, (an vinum in se vertere possit substantiam aquæ;) adhuc tamen esto haberet talem efficaciam vinum, non est credibile, exiguo illo tempore, quod inter mixtionem, & verba intercessit, totam aquam conuersam fuisse in vinum, cum ad hoc requiratur motus localis, & sucessio temporis, prasertim, quod, nec Euangelistæ, nec Patres vnquam indicauerint aquam adeo modicam fuisse, quin potius iuxta cõmunem vsum, vinum mixtum fuisse, & vnico continuo actu, post mixtionem verba esse prolata, vt colligitur ex Liturgia D. Basilij & D Iacobi Apost: ergo Xpus Dominus (infert Cardinalis de Lugo) non eo animo aquam apposuit, vt ante verba in vinum

con-

conuerteretur. Immo ex modo consecrandi colligitur aquam non fuisse prius in vinum conuersam: Sed immediate in Sanguinem. Pattet itaque hanc rationem septimam cum eius confirmatione de sacrificio Xpi Domini, aliunde fuisse sublatam.

Octaua ratio sumitur ex adoratione Xpi in Eucharistia pag. 131. n. 118. " Sicut enim adoratur sub specie Vini, sic ,, etiam sub specie aquæ adorandus est, si sub ea est. Si dica- ,, tur cum 3. opinione cap. [cum Marthæ.) quod aqua ,, non conuertitur, sed manet circumfusa accidentibus vi- ,, ni, Sacerdos secundum illam opinionem, auertit mentem ,, ab aqua, & speciebus eius, & conuertit mentem ad sangui- ,, nem Xpi, & species vini atque ita non adorat nisi Xpum, ,, & nisi species consecratas. si autem, vel quia vinum debi- ,, le, vel quia quantitas aquæ minima, aqua non mutatur in ,, vinum, sed immediatè in sanguinem per consecrationem, ,, manentibus speciebus aquæ, & vini realiter distinctis; Tūc ,, secundum illam opinionem, sacerdos & Populus adorare ,, debent Xpum sub specie aquæ, & vini. Tunc quæritur. ,, Num aqua superet vinum tempore sequenti, ita vt species ,, vini conuertantur in species aquæ, vel potius è contra. Aut ,, denique post pugnam specierum aquæ, & vini, fiat mixtio ,, naturalis. si detur primum tunc nulla erit ratio discernen- ,, di species aquæ nouas, in quibus Xpus non est, & species ,, aquæ prioris sub quibus est; & sic incertissima est, & confu- ,, sa Xpi & specierum adoratio. Idem sequitur; si species ,, vini destruant species aquæ, & producant vinum nouum, ,, quia tunc nulla Via pattet ad discernendum vinum conse- ,, cratum, à non consecrato. si tertium accidat. vt sit mixtū

„ ex miscibilibus alteratis. Tunc neque species vini, neque
„ aquæ adorant, sed miscibilium Virtutes. quare, neque Xpùs
„ sub Sacramento. " Hæc est summa octauæ Rationis, quã nimis longo, ac fastidioso sermone prosequitur Ferchius.

Hoc argumentum ex adoratione desumptum, non est recens; sed antiquissimum, quo vtitur S. Thomas 3. p. qu. 74. a. 8. vt probet aquam non manere sub forma aquæ post consecrationem, quia scilicet Fideles totum illud poculum adorant, adoratione latriæ; immo & hoc eodem argumento vtuntur Recentiores, ad probandam oppositam opinioné, vt refert Cardinalis de Lugo sect. 3 n. 46. quia totum illud poculum, in Calice contentum, adoratur, & colitur, ergo quia sub qualibet parte creditur esse Xpùs, cum aliquando aqua non sit in vinum conuersa, vt aduersarij etiam concedunt, necesse est conuersam esse immediatè in Sanguinem, ne populus adorans decipiatur.

At neque modus etiam, quo proponitur à Ferchio, de incerta, & confusa Xpi adoratione sub speciebus, est nouus. nam hæc est trita difficultas, quam solent proponere Nominales ad destruenda indiuisibilia in continuo ex Mysterio Eucharistiæ, vt refert Auersa q. 22. suæ philosophiæ sect. 3. argum. 5. sic enim arguunt. quia vel in nouis superficiebus quę diuisione, aut continuatione acquiruntur in speciebus Eucharistiæ, dicitur esse Xpùs, vel non. Si primum ergo Xpùs incipit esse de nouo, absque noua consecratione. Si dicatur secundum, sequitur incerta, & confusa adoratio Xpi, quia non facile discernuntur in Vino consecrato indiuisibilia, sub quibus continetur Xpi Sanguis, ab indiuisibilibus de nouo genitis, quia in agitatione vnius cuiuscumque vini con-

consecrati, partes eius mille modis inter se permutantur, & aliæ cum aliis coniunguntur, & separantur. Non ergo difficultas in se noua est, nec modus quo proponitur.

Ad argumentum in se. si teneatur vinum non posse in se cōuertere aquam substantialiter, neque è contra, vt graues tenent Philosophi, non vrget difficultas; quia si aqua non est mutata in vinum ante consecrationem, neque etiam mutabitur post consecrationem. admissa vero mutua actione, & conuersione aquæ in vinum, aut è contra. dicendum, quod si aqua superet vinum, nulla fit consecratio, quia vinum debet superare aquam in notabili quantitate, vt aqua possit esse pars materiæ consecrationis. Si vero vinum superet aquam, & species eius in se conuertat. Tunc dicēdum, Xpūm, qui erat sub speciebus aquæ, adhuc perseuerare sub ipsis in vinum transmutatis, quia vinum illud de nouo genitum, ex speciebus aquæ consecratis, non censetur noua materia, ideoque noua non indiget consecratione. Immo hic secundus casus, etiam in opinione Ferchij, contingere potest. Nam si proferantur verba antequam aqua sit in vinum mutata, licet maneat substantia aquę circumfusa accidentibus vini, nec possint accidentia vini destruere substantiam aquæ, possunt tamen illam alterare, & aliqua eius accidentia conuertere, vt colorem, & odorem, & tunc erit difficultas an sub his accidentibus de nouo genitis, Xpūs contineatur, & erit confusa, & incerta adoratio Xpī, & specierum.

Tertius vero casus non facit difficultatem. Quia in eo casu, non fieret mixtum totaliter nouum: sed esset quædam mixtio imperfecta, vnde manerent species vini, & aquæ in-

columes in sua essentia inter se commixtæ, & alteratæ; quatenus vna species participaret qualitates alterius. quod si fieret nouum mixtum, adhuc Xpus sub illo esset, & perseuerarct, quia illud non censetur noua materia; & ideo, nec indiget noua consecratione, sicut communiter dicitur de indiuisibilibus quantitatis de nouo genitis in agitatione, vel diuisione vini consecrati, & illud nouum mixtum propriè diceretur vinum, quemadmodum dicitur nunc (vinum limphatum.)

Huic rationi adiungit Ferchius aliam confirmationem ex modo, quo Christus hoc Sacramentum instituit; sic arguens. „ sicut Christus in suo Sacrificio aquam non transubstantiauit in Sanguinem, sed prius mutauit in vinum; ita Sacerdos „ Christianus facit, neque aliter facere posset. quod autem in „ Cæna Christi vltima, primo in vinum aqua mutata sit, pat„tet ex attestatione D. Bonauent: & ratione. Christus quip„pe Calicem vino repleuit, ex quo tum ipse, tū omnes Apo„stoli debebant bibere; modicissimam aquam apposuit in vi„num Palæstinum, quod generosissimum est; præsertim ala„critatis Paschalis tempore, ab Hospite humanissimo erga „ Christum, & Apostolos, tale exibitum Saluatori creden„dum est. Dominus infusis vino, & aqua, gratias egit, be„nedixit; atque consecrauit; nec non & obtulit Deo, ipse bi„bit, deditque bibendum Apostolis. quis hinc non videat à „ vino, & qualitate optimo, & quantitate multo, modicissi„mam aquam velocissimè in vinum mutatam?

„ Item tempus actionis gratiarum, & benedictionis ante cō„secrationem, & oblationem, quam longum, aut breue fu„erit, ignoramus. Insulsissimè tamen præsupponitur, fuisse

con-

,, congruum supremæ deuotioni, gratitudini, pietati, quæ in Xpò erant.

Ex hac doctrina, diluuit Ferchius obiectionem, quæ solet fieri ex Concilio Triburiensi pro opposita sententia his verbis: " hinc etiam fortasse intelligitur dictum Concilij Tribu-
,, riensis; cum namque tempore illius Concilij, communio
,, fieret sub vtraque specie, oportebat Calicem satis amplum
,, implere duabus partibus vini, & tertia parte aquæ. Quã-
,, do autem vinum est potentius Virtute, etiam æqualem
,, aquæ molem superat, & in vinum mutat. Experimur in
,, Montibus Euganeis hoc. Nam vinum illud, æquali aqua
,, adhibita, adhuc est validius, quam vinum purum ex plani-
,, tie, vt ego in albis vinis, hoc eodem anno 1645. expertus
,, sum.
,, Præsupponebant autem Patres Triburienses, & vinum se-
,, lectum apponi, & quemadmodum fiebat ad initium Missæ,
,, vt non admodum morosè aqua in vinum posset transmu-
,, tari. hoc dico, non reijciens interim Aretini responsum,
,, qui censet decretum Triburiensis concilij, scilicet Prouin-
,, cialis, fuisse correctum per Concilium Generale Florenti-
,, num, quod modicissimam aquam iubet admisceri. "

Hæc confirmatio ex consecratione Xpì Domini, fuit adducta à Ferchio in præcedenti arg: & ideo hic non erat repetenda. Iam vero ibi dictum est; illam non esse difficultatem nouã, & adduci à Cardinali de Lugo sect. 3. n. 50. vbi ex consecratione Christi Domini, oppositum colligit, vt supra dictum, quod aqua non fuerit in vinum conuersa tam breui temporis interuallo, quale colligitur ex Liturgijs D. Basilij, & D. Iacobi Apostoli, à Cardinali de Lugo relatis.

Neque

Neque certum est, quod modicissimam aquam apposuerit in vinum Palæstinum (vt ait Ferchius) immo sicuti ipse coniectat, tempus gratiorum actionis, & benedictionis ante consecrationem fuisse congruum supremæ deuotioni Christi, ita supponere debemus fuisse congruum supremæ Christi sobrietati [vt quidam aiunt ex D. Damasceno lib. 4. cap. 5. apud D. Bonauenturam in 4. d. 11. a. p. par. 2. q. 3. ad vlt.) quod non adeo modicam apposuerit Aquã, sed quanta sufficit ad constituendum vinum vsuale, & quidem ridicula est coniectura Ferchij, quod modicissimã apposuerit aquam alacritatis Paschalis tempore; non enim talis violenta lætitia decebat Saluatorem, & præsertim in vltima Cæna, quando transiturus erat de hoc Mundo ad Patrem.

Obiectio verò illa, ponitur quoque ab Aretino; & est 2. Ratio in oppositum pro parte affirmatiua, his verbis. (secundo arguitur ex Concil: Tiburiensi can: 19. Vbi præcipitur vt in Calice apponantur duæ partes vini & tertia pars aquæ, sed cum tanta apponitur vino, non potest facile in vinum conuerti ergo iuxta diffinitionem huius Concilij, non est necesse quod aqua prius conuertatur in vinum, quam fiat consecratio; sed potest immediatè consecrari, & in Sanguinem Christi conuerti.)

Cui difficultati respondet Aretinus in solutione ad 2. his verbis. [Primo; quod illud Concil: fuit Prouinciale, vnde ex illo non licet colligere Vniuersam Ecclesiæ consuetudinem; & fortassis ad corrigendam consuetudinem illius Prouinciæ, vniuersale Concil: Florent: præcipit toti Ecclesiæ, vt modicissima aqua apponatur vino consecrando.

Secun-

Secũdo dico (ſubdit Aretinus) quod cum duæ partes apponebantur, & tertia pars aquæ, credendũ eſt, quod illa mixtio fiebat tanto tempore ante conſecrationem, vt naturaliter aqua conuerteretur in vinum; & quidem cum virtus vini tanti excedat qualitates aquæ, duæ partes vini, breui tempore poſſent in ſe tranſmutare tertiam partem aquæ.) hæc Aretinus.

Quæ ſecunda eius reſponſio eſt illa, quam vt propriam affert Ferchius; dum ait. " hoc dico non reijciés interim Are-
" tini reſponſum, qui cenſet decretum Triburienſis Conci-
" lij, ſcilicet Prouincialis fuiſſe correctum per Concilium Generale Florentinum. " hæc verba doloſè adiecit Ferchius, vt hæc ſola videretur Aretini reſponſio, cum tamen ſit ea etiam, quam ipſe vt propriam affert.

Vbi etiam nota quod Aretinus in p. reſponſione, non dicit obſolutè Decretum Concilij Triburienſis fuiſſe correctum per Concilium Florent: vt Ferchius ait; ſed loquitur dubitatiuè, cum particula [fortaſſis.]

Nona Ratio, ſumitur ex communione ſub vtraque ſpecie pag. 139. n. 119 " quia non modo ſub vna, vel vtraque ſpe-
" cie fiet, ſed iam de communione ſub triplici ſpecie, optimè
" intruditur in Eccleſiam, & fiet frequenter, vt vel ſolũ aquã
" bibant Fideles, ſi aqua ſuperet vinum, vel neque aquam,
" neque vinum: ſed mixtum quoddam tertium, & Chriſti
" Sanguinem, atq; potum ſpiritualem, ſignificatum efficaci-
" ter per potationem ſpiritualem non ſuſcipiant. fiet fortè ex
" tertio, vt ſuperante vino, aquam paulo copioſiorem, ſit vi-
" num de ſpeciebus aquæ conſecratæ genitum, & aliquis fide-
" lium, ſolum vinum, pro Chriſti Sanguine bibat, & Chriſti

gra-

„ gratiam Sacramentalem, non suscipiat. Non debet autẽ
„ permittere Pontifex Summus in quouis casu quidquam,
„ quod in tanti Sacramenti dedecus vergat, quod populum
„ decipiat, quod Christi deludat intentionem; quæ omnia fa-
„ cile sequerentur; si etiam aqua immediatè in Sanguinem
vertatur. "

Necq; hoc est nouũ argumentum: sed aliundè desumptũ, & à præcedentibus non differens. Nam quamtum ad illud absurdum, quod infert de communione sub triplici specie, pendet ex 6. ratione, quod Patres, & Concilia memorant tantum duas species in Eucharistia scilicet panis, & vini, non autem aquæ. Cui difficultati sufficienter responsum est ibidem ex Coninchio, & Cardinali de Lugo; quod non desunt Patres admittentes in Eucharistia Trinitatem specierum, quia loquuntur de vino visuali; ad cuius constitutionem, etiam aqua concurrit. Ad aliud vero incommodum, quod incurrerent Christi Fideles, sub vtraque specie communicantes, satis dictum est arg: præcedenti; nec opus erat rursum illud vrgere, & repetere.

Decima, & vltima Ratio. " *Illæ* finis qui ex præcepto sequi-
„ tur, aut semper, aut frequẽter videtur per se intentus à præ-
„ cipiente, nunc autem si aqua modicissima in vinum pu-
„ rum, maioris quantitatis imponatur, aqua citò mutatur in
„ vinum, idque ex necessitate naturali, semper, aut frequen-
„ ter, igitur mutatio aquæ in vinum per se intenta videtur à
„ Pontifice cum Concilio Vniuersali Florentino. Finis ve-
„ ro imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem, igitur ex
„ consecratione vt fine, intentum est medium, quod est mu-
„ tatio aquæ in vinum, ex mutatione aquæ in vinum, intẽta

est

„ est maior moles, & virtus vini: minima aquæ moles, atque „ virtus. quare ex per se intentione Pontificis, & Concilij „ est, vt aqua mutetur in vinum, & vinum in Sanguinem: & „ contra intentionem est, vt aqua in Sanguinem immediatè „ conuertatur.

„ Atque hæc. Tum ex authoritate, tum ex ratione mihi oc„ currunt ad probandum, quod sit improbabilis, & noua, & „ suspecta, & periculosa illa opinio, quæ aquam in San„ guinem immediate transubstantiari docet

Quamuis verborum inuolucro conetur Ferchius hoc argumentum proponere vt nouum, valde tamen commune,& frequens est. adducitur enim ab Aretino in 2. argum: pro sua sententia his verbis [Probatur 2 In Concil: Florent: præcipitur, vt apponatur in Calice modicissima aqua, hæc autem tanta Concilij cautela, non ob aliud esset necessaria, nisi quia censuit Concilium aquam prius esse conuertédam in vinum, quam consecretur, & quod alias non esset consecrabilis. Vnde cum aqua non permaneat inconsecrata, præcipit Concilium, vt modicissima esset, vt ita facile in vinum conuerti posset.]

Adducitur hæc eadem ratio etiam & soluitur ab Aresio appédice ad dictam disp. 14. his verbis. [Ociosum esset præceptum de modicissima aqua, si non esset hæc substantialiter conuertenda in vinum.) Optimè etiam soluitur à Cardinali de Lugo. Non ideo præcipi, quod modica apponatur Aqua, vt prius conuertatur in vinum: sed quia materia apta huius Sacramenti est vinum vsuale; non esset autem tale, si vinum esset nimis aqua dilutum, & aqua vt sit consecrabilis debet maiori quantitate vini absorberi, vt

Eeee appa-

appareat saltìm quo ad sensum conuersa in vinum, licet non sit substantialiter conuersa.

Addit Coninch: loc. cit. n. 148. quod quando Patres reddunt rationes Cur in Calice plus debeat esse vini, quam aquæ, non dicunt, quia hæc in illud debet conuerti: Sed quia maior est Maiestas Xpi significata per vinum, quam fragilitas Populi, quæ per aquam significatur. Ita Concil: Triburiēse can. 19. atque sic patet has decem rationes esse communes, nec non hinc inde subreptas.

In Calce huius examinis Tria Lector humanissimè aduerte: Primum ad hæc omnia arg: iam fuisse responsiones datas ab Authoribus alterius opinionis: at nec Vnam quidem Ferchius refert, & confutat; quod quo Mysterio factum, nescio.

Alterum est; quod cum maior pars harum rationum apud Conich: habeatur; suspecta valdè videtur excusatio illa, quam habet cap. p. huius disp. in fine pag. 122. " se nimirum ,, Codices Conich: non habere. "

Tertium. Ferchium, non stare promissis pag. 116. n. 107. dū inquit. " præter rationes, quas affert Aretinus, Ego aliquid ,, afferam, & si mihi aliquid ex Aretino, & alijs sit promen- ,, dum, non spoliabo Authores eorum honore. " Non stat, inquam, promissis; quoniam, non aliquid, sed totam integram disputationem, authoritates, & singulas rationes, hinc inde subripuit, licet varijs verborum inuolucris, furtū celare contendat. Et præsertim Lectorē rogo, vt q. Aretini cit. legat 4. d. 11 q. 7. dub: 5 statimq; deprehendet, totam illam fuisse à Ferchio transcriptam, duobus duntaxat argumentis exceptis. Vno pro parte affirmatiua, quod est 3. in ordine

ordine, & altero pro negatiua, quod est in ordine quartũ. Interim ingentes gratias ago Ferchio, vel eius impressori, aut saltem præsidenti impressioni Iacobo Georgio Holophantæ, qui vnanimiter, quæ hucusque de Furacitate Ferchiana in hac disp. Theologica dixi, rata habere dignati sunt; quandoquidem sub eodem titulo (Furacitatis) hanc totam Ferchianam disputationem Theologicam in margine pagellarum inscripto, sub quo, nostram quæst. de formis elementorum pariter subiecerunt. Titulus namque; FVRACITAS. inscribitur à pag. 89. successiueque per singulas pagellas prosequitur vsque ad pag. 139. sicque; tam nostram q de formis elementorum [Ferchiana censura] ab alijs furto acceptam, quam disp. eius Theologicā [nostro examine] furtiuam iudicatam, includit.

Quadragesima Querela Ferchij.

Quod Scommatum feraces in alios Authores simus. Vbi Ferchiana Feracitas in maledictis aperitur.

FErchius haud satur toto integro suo volumine, per singulas lineas, apices, puncta, nostra lancinasse scripta, famam turpiter traduxisse, adhuc veluti Cerberus, Libellum famosum tricipitem, hoc est tribus capitibus compactum, quibus feracitatē nostram in maledictis [mēdacissimè inquit ille] in alijs vituperandis Authoribus mãgonizat, Reipub: Literariæ obijcit, ea mente, vt omnes li-

teratos, inclytos Doctores, cum quibus disseruimus pro tuẽda Subtilissimi Præceptoris doctrina, atque de Scholastico more, cum aliquali acrimonia, prout nobis fuit ab ipsis illata occasio, eorũ reicimus opiniones, sensus, dicta, iudicauimus, in Nos concitet; vt sic tandem quod summopere optatum anhelat, quemadmodum ipsi, ita, & toti Literatorum Cætui abhominabiles simus.

Tribus Capitulis ergo in suo Libello prætitulato (Feracitas Belluti, & Mastrij) constructis, destruere aggreditur, nobis comparatam, cui inuidet famam. quæ capita, cum mihi nimis longum esset ea transcribere poterit Lector, cui otiũ erit, in suo Libello aduertere, vel etiam contemnere, cum in summa, nihil aliud contineant, quam citationes ex nostris scriptis depromptas, quando pro Veritate excandescẽtes Aduersariorum opiniones confutauimus. & quia in p. cap. totus effusus est, vt ostendat Nos feraces fuisse in alijs vituperandis, & præsertim sequacibus Arist: è qua querela, cum iam me expurgatum reddiderim. incumbam in præsentiarum, ab alijs duobus cap. virulentis, Nos indemnes seruare.

Quadragesima Expurgatio Mastrij.

MArtialis Criticorum Poetarum facilè Princeps, pulchrè cæcinit. (aurum & opes, & rura Tibi donabit Amicus: qui velit ingenio credere, nullus erit.) quid ergo mirum, Erudite Lector, si hinc contentiones Scholasticæ pro veritate exortæ sint, quam, dum vnaquæq; aduer-

saria

saria pars, eam assequi putat, non sine excitata bile, atquè cum aliquali Verborum asperitate, prosequuntur in Scholis, leguntur non sine salibus in Libris.

Famosæ ad hæc vsq; tempora, sunt Augustini, & Hieronymi contentiones circa intelligentiam Sacrarum literarum. Et Epistolæ prædictorum hinc inde, non sine vehementia verborum, passim leguntur, quando expiscatam Veritatem, vnumquemquè adinuenisse putauit.

Excandescit animus, dum generosos suos Iudicij fœtus impugnatos, aut fallas opiniones disseminatas subaudit; nec nō multoties acrimoniā verborum cohibere haud pottens, libertati Scholasticæ, intra tamen modestiæ limites, fręna relaxans, haud mirum, si aliquod salebrosum verbulum, aliquando permittat erumpi; adeo vt, in Sanctissimis quoque Viris aliqui, in hoc genere, paululum moderatam bilē optauerint.

Armatam Palladem è Iouis cerebro prodijsse fabulantur Poetæ; clypeo, & hasta munitam, Pictores pinxere. vt innuerent, tela inimica, protectam, sustinere posse, atque propria vicissim in hostes, rependere paratam. (Omnium excellentium, humilium corda Virtute calcasse) gloriatur Sapientia Ecclesiastici cap 24. adeo vt verissimum semper fuerit, etiam in literario bello, percussam humanam mentē disputationum ictibus, pro Veritate, quam putat tenere, non nihil subirasci, excandescere.

Id quod illustribus factum exemplis, adnotauit Angelus Politianus lib. 3. epist. cum inquit. (Horatius, Ennium, Plautum, Lucillum, Dossenium, totamque illam cohortem Poetarum Veterum semel iugulans, & quidem recla-

mante

mante populo. Quid? non in Senecam quoque Aulus Gellius magna libertate verborum incurrit? non eumdem Quintilianus, atro notat calculo? Non Marino, Ptolomeus idem dicit? Erathostheni, Strabo? Tessalo, Gallenus? Hermagoræ Cicero? Non omnes denique Philosophorum Scholæ, maxime cum prioribus digladiantur? Nec cuiusquam sanè parcitur nomini, dum pro se quisque certat publico bono. Certè Plato Philosophorum Princeps, etiam sine præfatione honoris, nugari dicit Aeschilum Tragediæ Summum [si Aristophani credimus) authorem, quod in re leuicula dissenserit ab Homero.) hæc disertè Policianus.

Sic Peripateticorum summum Principem, aliquoties pro veritate incanduisse, Tumet Ferchi memoras Iacobo Zimaræ lib de fabulis Palestini Stagni pag. 53. & 54 dum ille philosophicam modestiam in Arist: desiderauit, quando ille in p. de anima t. 53. Pithagoreorum placita adeo acerbe momordit, vt inter Pithagoricas fabulas, reponenda decreuerit. Sic in p. metaph: t. 32. Exemplaria Platonica inter Vaniloquia, & Metaphoras Poeticas reijcit. In 2. lib. de gen: animal. cap. 2. ait. (Ctesias planè mentitur, ea quæ de semine Elephanti scribit.] In lib. de sensu, & sensibili cap. 4 exarauit. (Horum autem sicuti Empedocles dicit, multum apertum mendacium est.) In 3 metaph: t. 15. aduersus Hæsiodum, & consortes inquit. (sed de his quæ fabulosè, & sofisticè dicuntur, non est dignum accuratè considerare.) In p. Physic: t. 71. primos Philosophos inexpertos, viam aberrantes dicit. & t. 74. aduersus eosdẽ scribit (tantum insuper ignorauerunt quod nihil aliorũ

opi-

opinati sunt fieri, aut esse, sed auferebant omnem generationem.] In p. Metaph. summa 2. cap. 2. ait (quosdam Veterum attigisse, materiam, & causam efficientem, obscure tamen, inquit, & non clare, sed quemadmodum inexercitati in prælio faciunt, etenim illi circumeuntes ægregias plerumque plagas infligunt; sed nec illi ex scientia, nec isti videntur scire quid dicant) Item cap. 5. t. 8. dicit priscos Philosophos Dyaleticæ expertes fuisse. hanc ob ignorantiam multa peccasse.' Eosque valde fabulosè, pueriliter, inconstanter, & quasi balbutiendo, atque somniando, philosophatos esse, in p. Metaph. t. 50. Item eodem lib. t. 18. Anaxagoram, neque clarè, neque rectè dicentem, inquit. Insuper nominibus abutentem, corripit p. de Cœlo t. 22. Hæc Arist: pro Veritate vehementer commotus.

Quid ergo blateras, cum Nos feraces in maledictis affingis, si Aristotelica bile, non nihil excitati, Cremoninum (assertore Raguseo] putidi mendacij pro veritate suggilauimus, atque nonnullos alios Authores, aliquantulum duriusculè exceperimus, prout iusta occasio tullit, vel vt rependeremus talionem?

(Si ira non fuerit) (scribit Chrisostom: super illud Math: 5. [qui irrascitur fratri suo) nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur. Deus namquè qui irascitur, non in totum prohibet iram, quia is affectus necessario datus est,) ait Lactant Firmianus de [ira Dei.)

Quapropter eleganter lib. de S. Ioseph nobis exarauit. (Irascimini, vbi est culpa, cui irasci debeatis. Non potest enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur. alioquin, non virtus, sed lenitudo, & remissio iudicatur.) hæc ille.

Pro-

Proteſtor tamen Aequo Lectori, (verbis Patris Pennoti vtens in Reſponſ: Libelli Apologetici § p. pag. 7.) Noſtram intētionem fuiſſe, abſtinere à Ledorijs, & conuitijs in aduerſarios congerendis, vel etiam regerendis, niſi forſan, quod cum veritatis amatores, & liberrimi propugnatores ſimus; aut quia hæreſim, mendacium, fabulas, falſitates, & ſimilia, alijs epitectis, quam hæreſis, mendacij, fabulæ, falſitatis exornare hactenus ignorauimus. Cuperemus profectò, alia nomina, vel epitecta didiciſſe, maiorem modeſtiam, eumdem tamen ſenſum habentia, conſuluiſſemuſque libentiſſimè Viros linguæ latinæ peritiſſimos, præſertim noſtrum Patrem eruditiſſimum Ferchium. Verum cum in Scholis Gramaticorum, Logicorum, Philoſophorum, Theologorum hactenus alias Voces idem ſignificantes, inuenire non potuerimus. Nobis, nullatenus vitio verti poteſt, ſi cauſa cogente, (opinionem erroneam, mendacem, falſam, abſurdam, fabuloſam, irrationabilem, improbabilem, temerariam, imbecillem, nullius roboris,) & ſimilia, proprijs eius nominibus deſignauimus.

Reſcribis Tu ex doctiſſimo Poſſeuino in Vita Scoti pag. 22.
,, Subtilium anteſignanum, numquam ſuam protuliſſe ſen-
,, tentiam in aliorum iniuriam, vel depreſſionem; quin, quo-
,, rū, aut errores conuellit, aut opiniones excutit, tam id mo-
,, deſtè, atq; plerumque ſuppreſſo nomine facit, vt Chriſtia-
,, no pectori hæſiſſe à Domino ſapientiam [certe integram
,, mentem)conijci poſſit.

Attamen modeſtiſſimus Doctor pro Veritate incandeſcens, aliquando opinantes contra ipſius mentem, Truffatores, ac peruerſores Ariſtotelici textus appellare non erubuit

4.d.

4. d. 11. q. 5. G. & H. Comẽtatoris dicta, esse figmenta protestatur 4. d. 45. qu. 2. B. opinantem animam separatam non posse acquirere cognitionem alicuius prius ignoti, dicit accepisse fundamentum à fictionibus Machometi 4. d. 45. q. 2. B. Corripit acriter glosatores Iuris Canonici, tanquam circa inutilia occupatos, cum multiplicent concordantias, & authoritates ad vnum vocabulum, & postea in fine nihil ad propositum; & alibi, vbi est verbum maximi ponderis, à quo dependet sententia totius capitis, transeũt sicco pede 4. d. 6. q. 8. B. Deridet glosatorem Bernardum, cuius subtilitates satis asininas vocat 4. d. 6. q. 3. B. Auerroem maledictum, & à Communitate hominum extirpãdum dicit 4. d. 43. q. 2. A. & T. Auicennam reprehendit, quod miscuerit Sectam Machometi, Philosophicis quæst. p. prologi E. Arist: politiam, tanquam irrationabilem damnat q. 2. prol: § de sexto. Opinionem Riccardi, non rationalem asserit 2. d. 12. q. p. Corripit Principes aspicientes magis ad commodum temporale quam ad honorem Dei, dum plus puniunt peccata in proximum, quam in Deum 4. d. 15. q. 3. E. Fatuos dicit illos, qui absoluunt homicidas, non ostendentes eis necessario incunbentem restitutionem loc. cit. F. Acriter redarguit leges Cæsareas, puniẽtes pœna capitis aliquem pro solo furto. loc. cit. H. Reprehendit pronitatem quorumdam fatuorum ad excommunicandum frequentem 4. d. 19. q. p. M. & d. 25. q. p. F. Laborandum esse, inquit ad reuocationem, correptionem; vel amotionem Prælati fatuè præcipientis subdito 4. d. 3. q. 4. F.

Et vno verbo, vt tu scribis in discuss: de Cõment: Metaphysicę

Scoto adscriptis pag. 83. col. p. " Scotus opinionum tru-
" tina, nunc insectatur Henricum, modo Aueroem perstrin-
" git, frequentissimè Thomam, Alensem, Aegidium, Goffre-
" dum. Vnus omnes impetit. Vnde, & Tu iidem cum Pa-
" ulino Berti Augustinensi, fateris in Vita Scoti pag. 98.
" Nam cum Ioannes Scotus, Vestigandæ Veritatis studio
" mentis aciem paulo altius, quam alij intenderet, nouas ra
" tiones, & argumenta inuenit, peculiares difficultates exco-
" gitauit, alias opiniones, præter communem disertissimè tu-
" etur, & aliorum dicta, atque rationes subinde (carpit.) hęc
" ferè omnia (disputationis gratia,) vt indè Veritatis Ama-
" tores, & disserendi periti, haberent in quo felicissimè exer-
" cerentur. "

Item Apol: in Bzouium pag. 26. scribis " Scotus generaliter
" Scholasticos omnes, vbi eos à probabili tramite, arbitratur
" recessisse, postulat ad subsellia. in Doctorem Sollemnem
" Henricum omnes neruos, diligentiam, (acrimoniam,) per-
" spicacitatem, cogitationem intendit. Confligat cum Hen-
" rico Ioannes; ipsius placita refert, refellit, ponderat, impu-
" gnat, expugnat pro viribus. "

En igitur Ferchi, Summum Philosophum Arist: Súmum Theo-
logum Scotum, pluries pro Veritate in Antagonistas, Te
Iudice excanduisse, nec tamē maledici, obtrectatoris, infa-
mem famam, apud quemuis Zoilum, Momum, Aristar-
chum, Criticum Censorem, sibi ipsis comparasse.

Scripsit Horatius de Arte Poetica. (Vir bonus, & prudens, ver-
sus reprehendet inertes. culpabit duros, incomptis allinet
atrum. transuerso calamo signum: ambitiosa recidet, or-
namenta; parum claris, lucem dare coget. arguet ambiguè
dictum

dictum, mutanda notabit.) Hæc Horat: cuius iudicio; prudentis, & boni Viri est, non maledici, & obtrectatoris corrigenda corrigere.

Hinc Plutarchus lib. de audiendis Poetis, aureis lineis exarauit. (quod non opportet timidè, neque vt in templo superstitiosè ad omnia horrere, omniaque adorare: sed adsuetum, audacter aclamare suo loco, non minus malè hoc, & indecenter; quam rectè hoc, & decorè.)

At placuit Tibi, vt Nobis displiceres. Nos solos diffamare, tanquam maledictorum feraces, & alienarum opinionum Vituperatores; derisores, contomptores. quod mendacium putidissimum liberè mentimur; atque iterato protestamur; mentem nostram nunquam fuisse, nec minus esse, cū aliquod Verbum asperum è calamo exciderit, non nihil concitati ab alienis dictis, propter hoc, vllam iniuriam à Nobis illatam, quinimmo alias Sapientissimorum aduersariorum, cæterumque Reipub: Literariæ Senatorum suspicimus gloriosissimos labores, generosissimos ingeniorum foetus commendamus, atque in æternum comendabimus.

Audiatur in consimili argum: Votum politissimi, & excultissimi Romanæ linguæ Angeli Politiani in sua præfat: Miscellaneorum. (quamquam scimus) inquit, (inuidia magna fore hos libros, & multum sermonis subituros, vt qui, de magnis nominis Authoribus liberè pronuntient. Sed non id nostrum exemplum. Non Scriptores fermè omnes, sic suas tuentur partes, vt alienas oppugnent ac laudis occasionem, plerumque de aliorum erratis putant: tum sæpe à tenuioribus, & gregarijs velutique postremæ notę, qualis ego, vel Cluccienus, etiam proceres illi (vt ita

dixerim) & anteſignani quidem literarum ſuggilantur. Vetus eſt autem dictum. Conſcientia mille teſtes. ſcit illa prorſus, nihil hic odio datum. nihil ſtomacho. candidè omnia, & ſimpliciter. nihil aut inſectanter. aut maleuolè nihil oblatrandi ſtudio. nihil oſtendendi Voto protulimus, animoque ſemper ad probandum. (ſi liceret) quam ad improbandum propēſiore fuimus. Neque videlicet ſtrophis, aut cuniculis: ſed libero examine, libera veritatis fronte, rem geſſimus, ac non id quæſiuimus, vt aliquam doctis hominibus veluti labeculam aſpergeremus: ſed id cauimus potius, ne ſub illorum authoritate, ſtudioſorum fides periclitaretur. Deniquè in eos, potiſſimum, Cuneus hic ex profeſſo directus. in eos, hic aries ex deſtinato temperatus, qui contra Veri faciem, pro vernaculo quodam ſibi, ſed imaginario tamen ſenſu, frontem durant. eos acie ſtili maximè compungimus, qui ſtilum vertere, hoc eſt, qui ſua errata diſpungere non didicerunt.) Hucuſque ſui temporis literarum Decus Politianus, ac ſi pro nobis hoc æuo ſcripſiſſet.

Sic eruditiſſimus Areſius in ſuo lib. 3. Italicè conſcripto (Dell' impreſe Sacre. Impreſa Trenteſima) in fine ſcribit. Ci proteſtiamo quì à Guerieri, che non intendiamo di punto diminuire la dignità loro, ne l'honore, che ſe li deue; e li preghiamo non habbino per male, ſe per ribattere qualche colpo dell' Auerſario, e per rimanere ſuperiore in queſta Amicheuole Gioſtra, ſaremo aſtretti ad vſar termini, che haurano apparenza di ferite di Nemico, perche coſi richiede lo ſtile delle diſpute, e coſi è neceſſità di fare per ritrouare la verità.

Qua-

Quapropter lepidè D. August: ad D. Hieron: scribens Epist: 97. inquit [Cum fortè aliquid Nos monet, quod Nobis, & si non cautius attendentibus, certè tardius intelligentibus ; non probatum est, & quid Nobis videatur contra conamur asserere, si hoc aliquantum securiori libertate dicamus, nō incidamus in suspicionem puerilis iactantiæ, quasi nostro nomini, famam, Viros illustres accusando, quæramus. Si aūt aliquid asperum, reftellendi necessitate depromptum fuerit, quo tollerabile fiat, leniore circumfundamus eloquio, ne litum melle gladium stringere videamur.] Hæc ad sensum nostrum acutissimus August: Legatur eius Epist: 7. ad Marcellinum. & lib. 11. contra Faustum cap. 5. & videbitur quid de se, & suis scriptis sentiat modestissius Doctor.

Verum qui aliorum Iudex, & Censor constituitur, vult Paulus Apost: Epist: ad Rom: cap. 2. (eum, omnino esse debere à delicto, in quo alios iudicat immunem.) Sic Xpūs Dominus, Ioannis cap 8 Phariseos, omnium leuitatum Seuerissimos Censores, diuinissime confudit, cum ei, Mulierem in adulterio deprehensam, adduxerunt. quando [quis eorū sine peccato esset, primus in adulteram Fœminam iaceret lapides, dixit.]

Videamus igitur, Num etiam Tu nostrum rigorissimus Censor, non offenderis in Verbo, vt perfecti Viri nomen, solus, inter mortales merueris.

Sic agitur Censura, & sic exempla parantur.

Cum Iudex alios, quod monet ipse facit.

Et in hac causa protestor Aequo Lectori, quem iustum, ac indifferentem Iudicem imploro, Tibi pignus deserere si non in faciem [" si faciem tamen habes "] ostendero, te

in

in Vituperandis, contemnendis, conuiciandis Summis Philosophis, ac Theologis palmam Erasmo surripuisse, in calumniandis Catholicis Doctoribus, Ecclesiæ Sanctæ Patribus.

FERACITAS FERCHIANA

Caput Primum.

FERCHIUS Ferax in Vituperandis Scholasticis Theologis, et Aristotelis Sequacibus in generali.

QVAM verò modestus, ac temperatus in censendo de aliorum scriptis, quam purè, & sanctè castissimus Xenocrates noster de pudititia disserat: ex his potissimum locis, vt innumeros ommittam, non erit dificile iudicare.

Obloquitur itaque contra Scholasticos Theologos omnes pag. 344. sui Libelli. " quod in isto Sacro Vocabulo Creationis, communiter discedunt à Sacra Scriptura. & pag. 18. ,, scribit. quod Scholastici Theologi omnes, nobiscum exclu- ,, dunt à numero Theologorum S. Augustinum, Sacræ Scrip- ,, turæ Authores Canonicos. Tum Prophetas. Tum Histo- ,, ricos, ac item Euangelistas, quam Apostolos. insuper, & ,, Deum ipsum, Theologum esse negant. qui aquando locu- ,, tus est in Sacris Scriptoribus, & in Filio suo incarnato, non

acce-

„ accepit Vocabulū Creationis, sicut Nos volumus, & nostræ
„ Classis Theologi. " Nostræ autem Classis Theologi Principes sunt D. Thomas Doctor Angelicus, & D. Bonauentura, Doctor Seraphicus, & Ioannes Duns Scotus Doctor Subtilis, atque tota Scholasticorum schola.

Mentitur PP. Nicenæ primæ Synodi, & in primis S. Fidei columen Athanasium, cum scribit pag. 249. " quod Patres
„ illi noluerunt negare Filium Dei esse creatum, quia Sacra
„ Scriptura attribuit Vocem, (Creari) ipsi sapientiæ geni-
„ tæ, reclamante vna cum Synodo, Athanasio in Symbolo
„ [Filius à Patre solo est, non factus, non creatus: sed ge-
„ nitus.]

Opinio affirmans, aquam in Sacrificio Altaris immediatè cōuerti in Sanguinem Christi, quæ à pluribus Sanctis Patrib. S. R. E. Cardinalibus, Episcopis, probatissimis Theologis amplectitur, & sustinetur, vti est videre apud Eminentissimum Ioannem de Lugo, Coninch: Aresium, &c. scribit pag. 115. " quod est noua, & ex nouitate suspecta in Sacra-
„ mento altissimo spectante ad Fidem Catholicam, in quo
„ nouitates maximè sunt vitandæ: est opinio singularis, te-
„ meraria, improbabilis, vel ferè improbabilis. atque an sit
„ Catholica, rogat decerni à Iudice Fidei Catholicæ pag.
„ 135. Cum aquam immediatè in Sanguinem transmutari,
„ nusquam per mille, & sexcentos annos traditum, aut cre-
„ ditum esse à Catholicis reperiatur. " Legatur Eminentissimus de Lugo disp. 4. de Sacramento Eucharistiæ sect. 4. n. 48 & quam solemniter Ferchius, in omnibus, & per omnia mentiatur, aequus Lector videbit.

„ Diuus Thomas Doctor Angelicus, & Antonius Andreas

arrago-

Arragonius vtuntur translatione falsa. Vestig: 3. pag: 139.
" Ignoscendum est Thomæ, & Antonio Andreæ translatio-
" ne falsa vsis. " Vix abfuit, vt pænitentiam eis imponeret.

Pater Suarez Theologus fundatissimus imbecillè argumentatur. Vestig: 4. pag. 205. " Hactenus Suarez; cæterum
" apertè imbecilla est illa argumenti forma. "

Pater Vasquez Subtilissimus Theologus irronicè deridetur Vestig: 9. pag 396. " qua in re Gabriel Vasquez in p. p.
" disp. 8. cap 5. reprehendit eos, qui vocabulis istis pro libito
" abutuntur, cum iuxta Arist: impositionem illis vtendum
" sit. Cum vero huius Vocabuli sic sumpti communiter, ex-
" pectarem aliquam Arist: authoritatem. Vasquez profert
" authoritatem Gregorij de Arimino in q. 5. Prol: Ita repente
" Arist: Stagirita, Gregorius de Arimino factus. " Egregia certè Metamorphosis.

Verumque etiam Authorem, in syllabo opellæ [de duabus Personis producentibus Spiritum Sanctum][Ignatianos] nominat, quemadmodum omnes Societatis Iesù Patres, (Ignatianos) scribit in 4. d. 38. q. v. 2. not: pag. 222. sui Epitomi Theologici. Quod agnomen mutuauit à Papirio Massonio Aduocato Parisiēse Apostata à Soc: Iesu. (qui planè miranda malignitate, sic in Hispania vocari contendit.) Scribit Martinus del Rio Disquis: Magicarum lib. 2. q. 10. pag. mihi 126. col. p. ad medium.

Cum à Sacro Concilio Trident: (Clerici Societatis Iesù) dicantur, seu (Patres Societatis,) ab omnibus inclytis Doctoribus præcitentur.

In Philosophicos Scholasticos, hæc Scommata effundit pag. 744. " Præterea conuersus ad Philosophos Scholasticos

vide-

„ videbã eos, nunquam accipere significatum istius vocabu-
„ li creationis. ex Arist: sed ex proprio capite. "
Peripateticorum Philosophorum insciciam, ac negligentiam incusat pag 257. dum scribit. " Philosophi Peripatetici,
„ qui de Creatione tractarunt, nullum ex Arist: locum pro-
„ diderunt, in quo Arist: Creationem nominauerit. ' sed si Peripatetici nullum locum prodiderunt. Quis erit Ferchij, qui prodat? Respondet. " Ego senectute, & ægritudine
„ præpeditus, & quod maximum est officio legendi Sacra
„ Dognata, [quæ sunt abyssus impermeabiles) reuinctus
„ à multis annis, non possum dare operam lectioni Aristo-
„ telicæ, afferam tamen quædam loca Arist: quæ mihi occur-
„ runt, occasionemque præbebo alijs, quibus per ocium,
„ & valetudinem licet, vt Arist: accuratius perscrutentur. "
quasi dicat. Ego acutissima Aquila intuitu Aquilino, loca de Creatione in abditissimis Arist: penetralibus latitantia, solus penetraui, solus prodidi.

Item Peripateticos acriter perstringit pag. 230. quando scribit
„ Cum anno 1629. Metaphysicem in hac Vniuersitate pu-
„ blicè legerem, meam opinionem (de factione ex nihilo)
„ in medium attuli, quæ magnam commouit Peripateticorũ
„ multitudinem. Variæ responsiones, & fugæ inueniebañ-
„ tur ad authoritates per me obseruatas in Arist: Plures nega-
„ re libros esse Arist: multos affirmare textus à me non pene-
„ trari. Alios nolle recedere à sententia Auerois, & com-
„ muni, nam tempore procedente inueniri posse responsa
„ etiam ad textus per me allatos. Recurrere etiam ad peritio-
„ res, & scribere ad absentes. "

O quam acutè Horatius. (quid dignum tanto ferret hic pro-

missor hiatu? Parturiunt montes nascetur ridiculus Mus.
„ Concede mihi, obsecro licentiam (transcribo verba Tua
„ pag 172.) vt ego imperitus imiter Te in obloquẽdo pag.
„ 150 imitor. Ehus quanta ventosa iactantia? Variæ res-
„ ponsiones, & fugæ inueniebantur ad authoritates per me
obseruatas; " quas tamen, iam pridẽ, hoc est anno 1623
Antonius Rocus p. phyl q 9. in prima ratione ad opposi-
tum aduerterat. Quantus contemptus? " tempore pro-
„ cedente inueniri posse responsa, etiam ad textus per me al-
latos.

Quanta superbia, & ingens animi philautia " magnam
„ commouit Peripateticorum multitudinem. At quam mul-
ti Peripatetici, veritatem candide obtestati sunt, " text.
„ à te non penetrari. "

Infelices Peripatetici? qui coacti estis recurrere ad peritio-
res, scribere ad absentes. At, at felix Vobis nuntium. en il-
luxit Vniuerso, id quod Propertius ante mille annos, Poe-
tico furore percitus, carmine predixerat.

Maxima de Nihilo nascitur historia.

Hoc est luminare magnum Vestig: p. (de factione ex Nihilo)
quæ doctissimos quosq; Peripateticos, sub difficultate tex-
tuum palpantes in tenebris, nouo peregrinæ doctrinæ splẽ-
dore illustret. prosit tibi, ac tantæ sapientiæ Tuæ tanta iac-
tatio. ò quam bellè Cato.

Nec Te collaudes, nec Te culpaueris ipse.

Hoc faciunt Stulti, quos gloria vexat innanis.

Item Vestig: 2 pag. 122. post ingentem difficultatem ab ipso
excitatam, totus fastosus in Vniuersum philosophorum
Cætum, exultat in hæc verba. " Arduum impedimentũ,
quod

„ quod preclarissimorum Peripateticorum hactenus torsit in-
„ genia, atque torquebit imposterum. " O' quam verè scripsit Politianus in præfatione in Persium. [Cuique à Natura ipsa, ingenitus, insitusque cęcus amor sui.]

Rursus Vestig. 3. pag. 153 scribit. " Mirandum vero est Metaphysicos, & Physicos quos hactenus non paucos legi (scilicet pro componendis Obseruationibus ad Goffredũ Torquati *Tassi*) non obseruasse vnum locum Aristotelis præclarissimum in lib. de Commotionis causa, ex quo tota hęc doctrina prompta est. "

Sed quid mirandum Ferchi, si Metaphysici & Physici non obseruauerunt hunc locum? Tu solus es religiosum illud, ac sacrum literarum Erarium, vnde nihil communi percussum moneta, nihil publici Iuris affertur. Tu solus es Peripateticus ille singularis, qui textus producis à nemine citatos Vestig. 2. pag. 98

„ A quo in Arist. elaborata, non facilè reperiuntur in alijs
„ pag. 202. qui peregrinis opinionibus Tuis, Totum Peripa-
„ tum perstrepere facis. & cuius authoritatibus per Te allatis,
„ non nisi longo temporis tractu responsiones inueniuntur
„ pag. 230. qui, dum clarissimi Authores, conantur declarare
„ Arist. sed fatigati rei difficultate, fatiscentes distinguunt;
„ Tu generosus, nunquam labore victus pro virili occurris
„ Vest. 3. pag. 138

Desine ergo mirari Ferchij, Desine. Admiratio nascitur ex ignorantia causæ. Causam aperis, Tu solus adinstar Venatici Canis, vestigator es Aristotelicæ mentis. Turba metaphysicorum, & physicorum crassa philosophantur Minerua. Illi, quisquilias literarum tenent; Tu frugem.

Illi præsegmina, Tu Corpus. Illi putamina, Tu nucleum. Per Te solum, " quo ad fieri potest, res philosophicæ (exquisitæ) agitantur. Vestig. 6. lib. 2. in fine. [Tu maximus ille es.] vt cum D. Hieronimo loquar Apol: aduersus Ruffinum pag. 882. (vnus qui nobis scribendo restituis rem.]

Item in Vestig. 9. pag. 393. proposita trimembri sua diuisione habitus scientiæ, Scribit. " Conspirant Peripate-
„ tici, Græci, Arabes, ac Latini in diuisionem bimembrem,
„ & eam dicunt esse ab Arist: traditam. Aristot: verò è contra
„ ponit diuisionem trimembrem scientiarum, speculatiuæ,
„ practicæ, ac factiuæ. aut ergo Arist: delerendus, aut Peri-
„ patetici, aut aliqua consilij ratio ineunda si fieri poterit. "
En Schisma, inter Peripateticos, & Aristotelem, excitatum à Ferchio, quando Græci, Arabes, & Latini, vno agmine facto impetunt in hunc Sampsonem nouellum ingeniorum, insultant minutuli mures in hunc Indicum Elephantem, Pygmei in Gerionem, trimembrem diuisionem habitus defendentem, at non ex Arist: sed ex suo cap.

Tandem contra modernos scribit pag. 55. " si moderni se-
„ querentur impositionem terminorum ab Arist: imposito-
„ rum, non certarent de vocibus, quia tamen, vnusquisque,
„ Vocabula trahit ad propriam sententiam, ideo nihil certi
est. " Mira hominis arrogantia. Dicat ipse Nobis, vbi ex Aristot: [suum possibile formale,] quod in Peripato intrusit pag. 83. elicuerit. Quam meritò, & ipse exsibilari potest, sicut de alijs facit, pag 298 299 201. 202. & alibi sexcenties. " (nihil ex Arist: Nihil ex Arist:)

Atq; hæc in Peripateticos generaliter ex eius scriptis deprompta suf-

sufficiant. Iam in speciali aliquot maledicta in diuersos Authores congesta per ordinem reponam. Nam eius dicteria omnia, & scommata colligere, faceret librum nimia magnum.

FERACITAS FERCHIANA.

Caput Secundum.

Vituperia, quorundam Authorum, à Ferchio, ex eius Feracitate referuntur.

SImonem (Portium) Neapolitanum de Peripatetico Lyceo Pisano optimè meritum, [Porcum] insimulat Vestig: 6. pag 270. " Sed quis non rideat si Portius doceat Arist:, quid? quo loco tractandum. [Sus ,, Mineruam.] "

Pauesius torquet tex Arist: Vestig: 2. pag. 78. " Neque id fa- ,, cile ad subcælestia detorqueas, vt Pauesius disp. 5. Metaph: ,, cap. 6. torquet. "

Philopponus fur est, & latro. Vestig: 2. pag. 96. " Quam ,, doctrinam Philopponus quoque in eumdem locum imita- ,, tur, sicuti in plerisque alijs locis, Philopponi annotationes ,, excerptæ videntur, ex Aphrodisei Comentario. "

Piccol: & Perrerium Philosophos clarissimos, censura Theologica dignos iudicat Vestig: p. pag. 32. " quamquam Ego ,, non videam quomodo liceat Christiano Philosopho impu- ,, gnare Christianas Veritates propositionibus (proprio Marte)

dixerim) & antesignani quidem literarum suggilantur. Vetus est autem dictum. Conscientia mille testes. scit illa prorsus, nihil hic odio datum. nihil stomacho. candidè omnia, & simpliciter. nihil aut insectanter. aut maleuolè. nihil oblatrandi studio. nihil ostendendi Voto protulimus, animoque semper ad probandum. (si liceret) quam ad improbandum propēsiore fuimus. Neque videlicet strophis, aut cuniculis: sed libero examine, libera veritatis fronte, rem gessimus, ac non id quæsiuimus, vt aliquam doctis hominibus veluti labeculam aspergeremus: sed id cauimus potius, ne sub illorum authoritate, studiosorum fides periclitaretur. Deniquè in eos, potissimum, Cuneus hic ex professo directus. in eos, hic aries ex destinato temperatus, qui contra Veri faciem, pro vernaculo quodam sibi, sed imaginario tamen sensu, frontem durant. eos acie stili maximè compungimus, qui stilum vertere, hoc est, qui sua errata dispungere non didicerunt.) Hucusque sui temporis literarum Decus Politianus, ac si pro nobis hoc æuo scripsisset.

Sic eruditissimus Aresius in suo lib. 3. Italicè conscripto (Dell' imprese Sacre. Impresa Trentesima) in fine scribit. Ci protestiamo quì à Guerieri, che non intendiamo di punto diminuire la dignità loro, ne l' honore, che se li deue; e li preghiamo non habbino per male, se per ribattere qualche colpo dell' Auersario, e per rimanere superiore in questa Amicheuole Giostra, saremo astretti ad vsar termini, che hauranno apparrenza di ferite di Nemico, perche così richiede lo stile delle dispute, e così è necessità di fare per ritrouare la verità.

Qua-

Quapropter lepidè D. August: ad D. Hieron: scribens Epist: 97. inquit [Cum fortè aliquid Nos monet, quod Nobis, & si non cautius attendentibus, certè tardius intelligentibus ; non probatum est, & quid Nobis videatur contra conamur asserere, si hoc aliquantum securiori libertate dicamus, nō incidamus in suspicionem puerilis iactantiæ, quasi nostro nomini, famam, Viros illustres accusando, quæramus. Si aūt aliquid asperum, refellendi necessitate depromptum fuerit, quo tollerabile fiat, leniore circumfundamus eloquio, ne litum melle gladium stringere videamur.] Hæc ad sensum nostrum acutissimus August: Legatur eius Epist: 7. ad Marcellinum. & lib. 11. contra Faustum cap. 5. & videbitur quid de se, & suis scriptis sentiat modestissius Doctor.

Verum qui aliorum Iudex, & Censor constituitur, vult Paulus Apost: Epist: ad Rom: cap. 2. (eum, omnino esse debere à delicto, in quo alios iudicat immunem.) Sic Xpūs Dominus, Ioannis cap. 8 Phariseos, omnium leuitatum Seuerissimos Censores, diuinissime confudit, cūm ei, Mulierem in adulterio deprehensam, adduxerunt. quando [quis eorū sine peccato esset, primus in adulteram Fæminam iaceret lapides, dixit.]

Videamus igitur, Num etiam Tu nostrum rigorissimus Censor, non offenderis in Verbo, vt perfecti Viri nomen, solus, inter mortales merueris.

Sic agitur Censura, & sic exempla parantur.

Cum Iudex alios, quod monet ipse facit.

Et in hac causa protestor Aequo Lectori, quem iustum, ac indifferentem Iudicem imploro, Tibi pignus deserere si non in faciem [" si faciem tamen habes "] ostendero, te

in

in Vituperandis, contemnendis, conuiciandis Summis Philosophis, ac Theologis palmam Erasmo surripuisse, in calumniandis Catholicis Doctoribus, Ecclesiæ Sanctæ Patribus.

FERACITAS FERCHIANA

Caput Primum.

FERCHIVS Ferax in Vituperandis Scholasticis Theologis, et Aristotelis Sequacibus in generali.

QVAM verò modestus, ac temperatus in censendo de aliorum scriptis, quam purè, & sanctè castissimus Xenocrates noster de pudicitia disserat; ex his potissimum locis, vt innumeros ommittam, non erit dificile iudicare.

Obloquitur itaque contra Scholasticos Theologos omnes pag. 244. sui Libelli. " quod in isto Sacro Vocabulo Creationis, communiter discedunt à Sacra Scriptura. & pag. 18. „ scribit quod Scholastici Theologi omnes, nobiscum exclu„ dunt à numero Theologorum S. Augustinum, Sacræ Scrip„ turæ Authores Canonicos. Tum Prophetas. Tum Histo„ ricos, ac item Euangelistas, quam Apostolos. insuper, & „ Deum ipsum, Theologum esse negant, qui a quando locu„ tus est in Sacris Scriptoribus, & in Filio suo incarnato, non

acce-

„ accepit Vocabuũ Creationis, ſicut Nos volumus, & noſtrę
„ Claſſis Theologi. “ Noſtræ autem Claſſis Theologi Prin-
„ cipes ſunt D. Thomas Doctor Angelicus, & D. Bonauen-
„ tura, Doctor Seraphicus, & Ioannes Duns Scotus Doctor
„ Subtilis, atque tota Scholaſticorum ſchola.
Mentitur PP. Nicenæ primæ Synodi, & in primis S. Fidei co-
lumen Athanaſium, cum ſcribit pag. 249. “ quod Patres
„ illi noluerunt negare Filium Dei eſſe creatum, quia Sacra
„ Scriptura attribuit Vocem (Creari) ipſi ſapientiæ geni-
„ tæ, reclamante vna cum Synodo, Athanaſio in Symbolo
„ [Filius à Patre ſolo eſt, non factus, non creatus: ſed ge-
„ nitus.]

Opinio affirmans, aquam in Sacrificio altaris immediatè cõ-uerti in Sanguinem Christi, quæ à pluribus Sanctis Patrib. S. R. E. Cardinalibus, Epiſcopis, probatiſſimis Theologis amplectitur, & ſuſtinetur, vti eſt videre apud Eminentiſſimum Ioannem de Lugo, Coninch: Areſium, &c. ſcribit pag. 115. “ quod eſt noua, & ex nouitate ſuſpecta in Sacra-
„ mento altiſſimo ſpectante ad Fidem Catholicam, in quo
„ nouitates maximè ſunt vitandæ, eſt opinio ſingularis, te-
„ meraria, improbabilis, vel ferè improbabilis. atque an ſit
„ Catholica, rogat decerni à Iudice Fidei Catholicæ pag.
„ 135. Cum aquam immediatè in Sanguinem tranſmutari,
„ nuſquam per mille, & ſexcentos annos traditum, aut cre-
„ ditum eſſe à Catholicis reperiatur. “ Legatur Eminentiſ-
ſimus de Lugo diſp. 4. de Sacramento Euchariſtiæ ſect. 4.
n. 48 & quam ſolemniter Ferchius, in omnibus, & per om-
nia mentiatur, Aequus Lector videbit.
„ Diuus Thomas Doctor Angelicus, & Antonius Andreas

Arragonius vtuntur translatione falsa. Vestig: 3. pag: 139.
„ " Ignoscendum est Thomæ, & Antonio Andreæ translatio-
„ ne falsa vsis. " Vix abfuit, vt pænitentiam eis imponeret.

Pater Suarez Theologus fundatissimus imbecillè argumentatur. Vestig: 4. pag. 205. " Hactenus Suarez; cæterum
„ apertè imbecilla est illa argumenti forma. "

Pater Vasquez Subtilissimus Theologus irronicè deridetur Vestig: 9. pag 396. " qua in re Gabriel Vasquez in p. p.
„ disp. 8. cap 5. reprehendit eos, qui vocabulis istis pro libito
„ abutuntur, cum iuxta Arist: impositionem illis vtendum
„ sit. Cum vero huius Vocabuli sic sumpti communiter, ex-
„ pectarem aliquam Arist: authoritatem Vasquez profert
„ authoritatem Gregorij de Arimino in q. 5. Prol: Ita repente
„ Arist: Stagirita, Gregorius de Arimino factus. " Egregia certè Metamorphosis.

Verumque etiam Authorem, in syllabo opellæ [de duabus Personis producentibus Spiritum Sanctum][Ignatianos] nominat. quemadmodum omnes Societatis Iesù Patres, (Ignatianos) scribit in 4. d. 38. q. v. 2. not: pag. 222. sui Epitomi Theologici. Quod agnomen mutuauit à Papirio Massonio Aduocato Parisiēse apostata à Soc: Iesu. (qui planè miranda malignitate, sic in Hispania vocari contendit.) Scribit Martinus del Rio Disquis: Magicarum lib. 2, q. 10. pag. mihi 126. col. p. ad medium.

Cum à Sacro Concilio Trident: (Clerici Societatis Iesù) dicantur, seu (Patres Societatis,) ab omnibus inclytis Doctoribus præcitentur.

In Philosophicos Scholasticos, hæc Scommata effundit pag. 244. " Præterea conuersus ad Philosophos Scholasticos

„ videbã eos, nunquam accipere significatum istius vocabu-
„ li creationis. ex Arist: sed ex proprio capite. "

Peripateticorum Philosophorum insciciam, ac negligentiam incusat pag 257. dum scribit. " Philosophi Peripatetici,
„ qui de Creatione tractarunt, nullum ex Arist: locum pro-
„ diderunt, in quo Arist: Creationem nominauerit. ' sed si Peripatetici nullum locum prodiderunt. Quis erit Ferchij, qui prodat? Respondet. " Ego senectute, & ægritudine
„ præpeditus, & quod maximum est officio legendi Sacra
„ Dognata, [quæ sunt abyssus impermeabiles) reuinctus
„ à multis annis, non possum dare operam lectioni Aristo-
„ telicæ, afferam tamen quædam loca Arist: quæ mihi occur-
„ runt, occasionemque præbebo alijs, quibus per ocium,
„ & valetudinem licet, vt Arist: accuratius perscrutentur. " quasi dicat. Ego acutissima Aquila intuitu Aquilino, loca de Creatione in abditissimis Arist: penetralibus latitantia, solus penetraui, solus prodidi.

Item Peripateticos acriter perstringit pag. 230. quando scribit
„ Cum anno *1629*. Metaphysicem in hac Vniuersitate pu-
„ blicè legerem, meam opinionem (de factione ex nihilo)
„ in medium attuli, quæ magnam commouit Peripateticorũ
„ multitudinem. Variæ responsiones, & fugæ inueniebian-
„ tur ad authoritates per me obseruatas in Arist: Plures nega-
„ re libros esse Arist: multos affirmare textus à me non pene-
„ trari. Alios nolle recedere à sententia Auerois, & com-
„ muni, nam tempore procedente inueniri posse responsa
„ etiam ad textus per me allatos. Recurrere etiam ad peritio-
„ res, & scribere ad absentes. "

O quam acutè Horatius. (quid dignum tanto ferret hic pro-

missor hiatu? Parturiunt montes nascetur ridiculus Mus.
„ Concede mihi, obsecro licentiam (transcribo verba Tua
„ pag 172.) vt ego imperitus imiter Te in obloquẽdo pag.
„ 150 imitor. Ehus quanta ventosa iactantia? Variæ res-
„ ponsiones, & fugæ inueniebantur ad authoritates per me
obseruatas; " quas tamen, iam pridẽ, hoc est anno 1623
Antonius Rocus p. phyl q 9. in prima ratione ad opposi-
tum aduerterat. Quantus contemptus? " tempore pro-
„ cedente inueniri posse responsa, etiam ad textus per me al-
latos.

Quanta superbia, & ingens animi philautia " magnam
„ commouit Peripateticorum multitudinem. At quam mul-
ti Peripatetici, veritatem candide obtestati sunt, " text.
„ à te non penetrari. "

Infelices Peripatetici? qui coacti estis recurrere ad peritio-
res, scribere ad absentes. At, at felix Vobis nuntium. en il-
luxit Vniuerso, id quod Propertius ante mille annos, Poe-
tico furore percitus, carmine predixerat.

Maxima de Nihilo nascitur historia.

Hoc est luminare magnum Vestig: p. (de factione ex Nihilo)
quæ doctissimos quosq; Peripateticos, sub difficultate tex-
tuum palpantes in tenebris, nouo peregrinæ doctrinæ splẽ-
dore illustret. prosit tibi, ac tantæ sapientiæ Tuæ tanta iac-
tatiò. ò quam bellè Cato.

Nec Te collaudes, nec Te culpaueris ipse.

Hoc faciunt Stulti, quos gloria vexat innanis.

Item Vestig: 2 pag. 122. post ingentem difficultatem ab ipso
excitatam, totus fastosus in Vniuersum philosophorum
Cætum, exultat in hæc verba. " Arduum impedimentũ,
quod

„ quod preclarissimorum Peripateticorum hactenus torsit in-
„ genia, atque torquebit imposterum. " O' quam verè scri-
psit Politianus in præfatione in Persium. [Cuique à Na-
tura ipsa, ingenitus, insitusque cęcus amor sui.]

Rursus Vestig. 3. pag. 153 scribit. " Mirandum vero est me-
„ taphysicos, & Physicos quos hactenus non paucos legi (sci-
„ licet pro componendis Obseruationibus ad Goffredū Tor-
„ quati Tassi) non obseruasse vnum locum Aristotelis præ-
„ clarissimum in lib. de Commotionis causa, ex quo tota hęc
„ doctrina prompta est. "

Sed quid mirandum Ferchi, si Metaphysici & Physici non
obseruauerunt hunc locum? Tu solus es religiosum illud,
ac sacrum literarum Erarium, vnde nihil communi percus-
sum moneta, nihil publici Iuris affertur. Tu solus es Peri-
pateticus ille singularis, qui textus producis à nemine cita-
tos Vestig. 2. pag. 98

„ A quo in Arist. elaborata, non facilè reperiuntur in alijs
„ pag. 202. qui peregrinis opinionibus Tuis, Totum Peripa-
„ tum perstrepere facis. & cuius authoritatibus per Te allatis,
„ non nisi longo temporis tractu responsiones inueniuntur
„ pag. 230. qui, dum clarissimi authores, conantur declarare
„ Arist. sed fatigati rei difficultate, fatiscentes distinguunt;
„ Tu generosus, nunquam labore victus pro virili occurris
„ Vest. 3. pag. 138

Desine ergo mirari Ferchij, Desine. Admiratio nascitur ex
ignorantia causæ. Causam aperis, Tu solus adinstar Ve-
natici Canis, vestigator es Aristotelicæ mentis. Turba
metaphysicorum, & physicorum crassa philosophantur
Minerua. Illi, quisquilias literarum tenent; Tu frugem.

sufficiant. Iam in speciali aliquot maledicta in diuersos Authores congesta per ordinem reponam. Nam eius dicteria omnia, & scommata colligere, faceret librum nimis magnum.

FERACITAS FERCHIANA.

Caput Secundum.

Vituperia, quorundam Authorum, à Ferchio, ex eius Feracitate referuntur.

SImonem (Portium) Neapolitanum de Peripatetico Lyceo Pisano optimè meritum, [Porcum] insimulat Vestig: 6. pag 270. " Sed quis non rideat si Portius doceat Arist:, quid? quo loco tractandum. [Sus
" Mineruam.] "

Pauesius torquet tex Arist: Vestig: 2. pag. 78. " Neque id fa-
" cile ed subcælestia detorqueas, vt Pauesius disp. 5. Metaph:
" cap. 6. torquet. "

Philopponus fur est, & latro. Vestig: 2. pag. 96. " Quam
" doctrinam Philopponus quoque in eumdem locum imita-
" tur, sicuti in plerisque alijs locis, Philopponi annotationes
" excerptæ videntur, ex Aphrodisei Comentario. "

Piccol: & Perrerium philosophos clarissimos, censura Theologica dignos iudicat Vestig: p. pag. 32. " quamquam Ego
" non videam quomodo liceat Christiano Philosopho impu-
" gnare Christianas Veritates propositionibus (proprio Mar-

te)

„ te) excogitatis; quod quidem Piccol: frequentissime; Per-
„ terius, nunc facit. Viderint hoc illi quorum interest. “
Eundem Piccol: corripit tanquam Arist. tex. corruptorem Vestig: p. pap. 51. “ Item in t. non dicitur [quod omnis
„ potestas est agendi, vel patiendi.] Vnde ista particula
„ [omnis] à Piccol: addita est.
Eundem non leuiter incusat vestig: p pag. 53. “ Declarabo
„ potentiam obiectiuam ex placito Doctoris Subtilis. non Piccolom: non satis eam percepisse videtur.
Eundem furacem disfamat Vest: p. pag. 56. “ septimũ Piccolom: & octauum sublata sunt inter argum: Pererij, sed in 8. ratione hoc ex proprijs addit &c.
Tandem eundem Piccolom: Achillinum, & Thomam Gianinum clarissimi nominis Peripateticos, atheismi infami labe conspurcat in suo Libello pag. 288 “ scribunt enim
„ quantis possunt ingenij Viribus contra veritates creditas;
„ rationes pro creditis omnino soluunt. Deinde dicunt Nos
„ Lumini supernaturali, & fidei credere debere &c. Tales
„ Achillinus, Picollom: Gianinus, & allij quidem reperiun-
„ tur. sic enim dicunt latenter. Credite quod nulla ratio-
„ ne credi debet. Quod nulla ratione fulcitur. Quod om-
„ ni ratione impugnatur. Quod nulla ratione defenditur.
Thomam Gianinum, quem in suis Vestigationibus tanquã Antagonistam præcipuum agnoscit. Vest. 2. pag. 74. & 75. lulcum Philosophum, & absque fundamento loquentem scribit “ Thomas Gianinus, tantam lucẽ in 8 phys: rutilantem, ferre non sustinuit. Item Gianinus nullo loco Arist: ostenso, quo probatur dicta de efficiente, iuxta Priscos dicta esse, id absque fundamento asserit. Eundẽ Gia

ninum

ninum describit hisce illustribus titulis Vest: 6. pag. 275.
„ Sed hunc Alexandri, & mortalitatis defensorem sub pal-
„ lio reprehensoris personatum missum faciamus. "
De eodem Vest: 6. pag. 281. ... quæ subdit Gianinus fusdes.
„ Arist: nomine mentis intelligere intellectum in actu, indi-
„ gna considerata sunt.
Sequitur pag. 282 " Vertit se hic Vertumnus alterin om-
„ nia potiusquam in veritatem, & eam quam ... in se ...
peremptam vult, " peius ne de Philosopho audiri, aut le-
gi potest?
Item Vestig: 6. pag. 313. scribit " ego aliqua referam ex Gia-
„ nino quę ille Alexandro assentatus, molliter soluit. & pag.
„ 318. Gianinus iniustè affert illud consequens, tanquam as-
„ sertum ab Arist: & pag. 314. scribit " Secunda ratio Gia-
„ nini ex 2. de anima t. 22. sentiendi, & opinandi facultates
„ non substantia, sed ratione differunt inter se. Respondeo
„ citatio est falsa. nec enim in t. Arist. est illa negatiua sen-
„ tiendi, & opinandi facultates, non differunt substantia. "
Scainus repente facit nobis Arist; ex demonstratore Sophistā
Vestig: 2. pag. 64. " Scainus falso dicit, Arist: nullibi do-
„ cuisse quōodo primum mouens moueat pag. 65.
Perrerium, leues rationes adducentem, multa dicentem, pau-
ca probantem, vagas citationes tex. Arist: afferrentem, ex
quibus parum vtilitatis Lectori, parum fidei sibi conciliet
Vestig: p pag. 45 46. frequenter insimulat.
Zabarella nominatur Alexandreus Vestig: 6. pag. 282. Item
pag. 293. allata eius, & Gianini expositione in t. 21. lib. 2.
de anima scribit. " Cernis puto dissonantiam expositio-
„ nis à tex. pace talium expositorum dixerim. hoc genus ex-

posi-

„ positionis est obscuratio potius, quam declaratio. “
Raguseum irridet; dum scribit Vestig: 10. pag. 449. “ hic
„ error incurrit in mentem Excellentissimi Ragus: vt legere
„ est in disp 2. sua cap. 15 properauit enim applicare præco-
„ gnita, & voluit non peritus piscium, iudicare de pisce. &
„ pag 479 prosequitur irrisionem, cum inquit. “ Nos lo-
„ quimur de confusa, ergo Raguseus extra chorum concinit.
Item pag. 478. scribit. “ Ragus. cap. 16. docet primum re-
„ torqueri argumentum, quia similiter, si specialiter primo
„ cognoscitur, magnum tempus intercedet vsque ad cogni-
„ tionem entis. argumentum est potius contortum, quam re-
„ tortum. & infrà. Itaque Scoti argumentum efficax, retor-
„ quere inefficax. atque hic est sensus Girelli, cuius verba re-
„ tulit Ragus: sensum, vt videtur non assecutus.

Hæc tonat in Authores doctissimos Ferchius; in quos Vitæ, & necis sibi Ius esse credit; itaquè intemperanter Critica potestate abutitur, vt nunquam supercilium, nunquã Pædagogi vultum, & tetrica illa verba, deponat. Si plures citasset, plures vituperasset.

FERA-

FERACITAS FERCHIANA

Caput Tertium.

Vituperia atrocia in Scotum, & Scotistas referuntur.

VIrulentiam animi, modicè quidem, vt primum cæpit scribere Ferchius ostendit in Scotnm, at postquam in Nos exarsit, efferatior effectus, lõgè atrocius, & mordacius in sũmum Præceptorem ordinis, eius publicus Interpræs excurrit. Ergo, quæ in varijs eius opellis effutit in Scotum, & Scotistas, hoc loco ad detegendam academiæ Scotistarum in primis, deinde in Orbi Vniuerso eius feracitatem in maledicendo, verbatim reponam.

Itaque in Vita Scoti pag. 47. Classicum canere incipit. " loquar audacius quod in 4. d. 16. q. p scripserit Contritioné " Confessionem, satisfactionem, nullo modo esse partes pe- " nitentiæ in 3 d. 30. q. p. non apparere ex authoritate, vel " ratione, cum possimus, teneri Nos ad Vitam proximi ex- " trema in necessitate constituti, non assentior, & qui Beatam " Virginem ab omni peccato immunem piè deffendi à Scoto " sentio, non sic sentio, defendi potuisse Deum hominem " de potentia Dei absoluta peccare, facilius enim Virginem " deiperam peccato subiectam, quam Xpùm, peccato subijci " potuisse, crediderim. Vt vel propter hanc causam, ex Sco- " ti Schola recesserim. (nullius addictus iurare in verba Ma- " gistri.)

„ defuncti. Tunc autem Ioannes Scotus sub Guardiano Pa-
„ risiensi, tanquam licentiandus erat, iuxta literas Generalis
„ Consauli præcitatas.

Hæc Cronologica disquisitio Ferchij eò collimat, sicuti ipsemet, ad hæc vsque præsentia tempora, coram suorum studiosorum plebecula blaterat, (apud quos sciolos tanquã alter Pithagoras, veneratur silentio) vt ostendat scriptum subtilissimum Oxoniense, subtilissimi Scoti fœtum non esse.

Sed Vuilelmi Varonis eius Præceptoris, contra tercentenariã, & vltra fidem totius Vniuersi Literarij; atque ita, summi Præceptoris gloria mutilata, ingenium subtilissimum pænitus effectum, ac indigum ostentetur. prorsus immemor eorum, quæ recantauit in discussione Scotica de authore reportat.) à pag. 11. vsq; ad 20. dum contra patrem Cauellum, scripsit hæc verba. " author scripti Oxoniensis, dubio procul, est Doctor subtilis. " quam veritatem, ibi mordicus probat, ac approbat. Videatur ibi, & Libelli pag. 189, n. 35.

In liberculo suarum decem questionum, seu Vestigationum, paululum altius cæpit supercilium attollere in Scotũ. Vnde vest: 6 à pag. 308. vsque ad pag. 313. subtilium Antesignanum, quibusdam verborum ambagibus, Alexandreũ insimulat, cum scribit nu. 100. " sed præter argumenta scotica, Fauentinus nonnulla excerpit ab Alexandreis pro
„ Scoto. & n. 95. inquit. " præsertim cum Arist: verba ex-
„ presse oppositum sonent, vti Scotus vel inuitus fatetur. "

An Scotus inuitus fateatur, quæ nec somniauit, & Tu per summam calumniam imponis, in præsentia negligamus.

in Expurg: 6. inuitus audi.

In libello (de personis producentibus Spiritum Sanctum) ferocius inuehit, in subtilium Principem; atque eum horrendè sugillat q. 5. cap. p. dum scribit.

,, Sunt tamen quidem ad destruendum nati, qui rationes Ca-
,, tholicorum ostendant esse imbecilles, & contra Hæreticos,
,, ipsi nullas erigunt. Hi parum aduersus Hæreticos decertāt,
,, Catholicos decertantes turbant, Hæreticos adiuuant, neq;
,, ipsi pugnant, neque alios pugnare permittunt: sed exarmāt
,, pugnatores pro Veritate, & Veritatem ipsam, quantum in
,, se est, destruunt, vel delerunt. "

Quinam autem sint Doctores ad destruendum nati, Christi ouilis pestes, quos hoc loco nominatim appellare nondū ausus fuit; en singulariter paulo clarius descripti q. 6. cap. p. " Quidam tamen ex Scholasticis (quod salua pace,
,, ac dignitate illorum dictum sit) maluerunt contra Catho-
,, licos argumentatores decertare, & ostendere, quod hoc ar-
,, gumentum non sit efficax, quam aduersus Fidei Hostes pu-
,, gnare, quod facile cognoscet, qui comparabit apud ipsos
,, has duas quæst: Primam (an Spiritus Sanctus procedat à
,, Filio) Secundam (An si procederet à Filio distinguere-
,, tur ab eo) Circa primam enim, vel nihil, vel pauca tradidere, Circa secundam plurima, & accuratissimè. En inquam, ingeniose Lector, delineata ad viuum distinctio 11. primi sent. Scoti, in duas quæst. diuisa. Ecce secunda quæstio, contra D. Thomam præcipue, & (vt Ferchio placet,) contra D. Bonauent: contra quorum placita, Scotus accuratissime disputat, duobus medijs. Primo sumpto (ex ratione formali constitutiui.) Secundo, desumpto (ex distin-

distinctione emanationum.)

De quibus medijs, Ferchius sic iudicat. " præstabat meliora
,, excogitare argumenta, aut isthæc roborare si poterant. Si
,, non poterant, melius erat tacere,& non præbere opem ad-
,, uersarijs Fidei Catholicæ. sicut enim ait Apostolus ad Phi-
,, lippen. p. (dum omni modo siue per occasionem, siue per
,, Veritatem Xpus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gau-
,, debo.) siue ergo per causam veri argumenti, siue per occa-
,, sionem argumenti probabilis ad Xpum, & Christi Verita-
,, tem, Theodoritani, & Photiani redirent, gaudendum es-
,, set.

Et infra. " Euentus tamen isthius disput. conditionalis inter
,, scholasticos fuit, aliquot veritates circa constitutiua exa-
,, minare. sed præter intentionem factum est, vt ex ista cō-
,, trouersia Scholastica, nonnulli ex aduersarijs facti sint ro-
,, bustiores ad se defendendum. Primo dum certantes con-
,, tra Photianos, ab Aduersarijs Scholasticis impediti, non
,, certant pro Veritate. Secundo, dum ab istis Scholasticis
,, dantur responsiones pro Photianis, & apponuntur argu-
,, menta contra certantes, Photiani modum didicerunt, quò
,, possint se à Catholicorum argumentis defendere, atque ad-
,, eo facti sunt obstinatiores. profecto (filij huius sæculi
,, prudentiores sunt filij lucis in generatione sua.) satis vi-
,, gilantes sunt pro errore defendendo. Neque necessum
,, est vt Nos illos defendamus, aut pugnantes aduersus eos
,, impediamus. Intentio ergo est; Si Deus iuuare dignetur,
,, Fidei Catholicæ aduersarios ijs armis exarmare, quæ à No-
,, stratibus acceperunt. " & ecce à Ferchio excommunica-
tus Scotus in Bulla Cenæ Domini, tanquam Hæreticorum

fau-

fautor, & protector. grauior profecto iste casus est, quam arma materialia deferre ad partes Infidelium, quemadmodum cautum fuit in Concil: Lugdonensi, & à Nicolao V. Bulla incipien: (olim tam in generali) de qua vide in Bullar: Cherubini pag. 308. arma præbere Hæreticis, vt robustius pugnent contra Catholicos? atrocius ne potest Ferchius famam Subtilissimi Præceptoris lacerare? Feracitas Ferchiana in maledictis, feracior, ac ferocior vltrà progredi potest? sed quam mendacissime hæc asserat, videantur in Expurg: 7.

Item q 6 cap. 4. n 55. Ex quo P. Fauentinus in p. disput. 11. car 134 dicat, intentum Scoti esse, ostendere rationem D. Thomæ fore inefficacem.

Ferchius Scoti publicus Interpres, addit Fauentini dicto, " si licet efficacius pugnare intendit contra Thomam, quam contra Aduersarios Fidei. O vtinam eadem efficacitate, & intentione, atque copia, contra Theodoritanos pugnasset. "

Rursus q. 4. cap. p. postquam emaculauit Scoti lecturam p. d. 11. q. p. citantem Grægorium (Theologum,) & Gregorium (Nazianzenum,) tanquam duos Theologos, cum sit vnus & idem Nazianzenus, qui & cognomento Theologus, puteťque esse mendum, vt (Nissenus pro Nazianzeno) sit legendum. Alterum mendum, inemendatum reliquit, quia grauius demonstrat, quam parum versatus fuerit Scotus in lectura Sanctorum Patrum. " Secundo citat, inquit Cyrillum, quasi aduersarium Latinis, cum ipse sit vnus exprimis, & præcipuis asserentibus Spiritum Sanctum esse ex filio, & à filio. Basilius quoque loquitur pro

Cyril-

„ Cyrillo, & si ante Cyrillum: immo nullus ex Patribus
„ Græcis, qui ante cõtrouersiam exortam inter Iconoclastos
„ & Latinos fuerunt, protulit hanc negatiuam: Spiritus San-
„ ctus non est, vel non procedit a Filio. plures autem protu-
„ lerunt affirmatiuam. “ Hæc Ferchius.

Verum quam facile potuisset, Scoti bonus interpres, hanc mẽdam parti litura corrigere. Non est peregrinum, codices antiquorum Doctorum vitiatos, & corruptos in aliquibus imprimi, scriptorum negligentia, & incuria. Proferam Vnum ex mille in re grauissima. In p. 2. Doctoris Angelici q. 102. a. 4. ad 6. scriptum legitur. (propitiatorium fuisse tabulam quamdam lapideam;) quod dictum manifestè obuersatur exod. 25. Vbi aperte dicitur [Deum imperasse, vt propitiatorium in Arca Domini, ex auro purissimo fieret.] & cap. 37. fertur [Moyses fecisse propitiatorium, sicut ei Dominus præceperat.] quid ergo? numquid Sanctus Doctor, vel obliuiosus, vel parum versatus in Sacra Scriptura? absit.

Audiatur Doctissimus Azorius lib. 2. instit. moralium cap 9. pag. 134. col. 2. A. in fallentiam Lectoris Codicum refundens. Castigatam pariter inscriptionem Gratiani 31. q. 2. cap. de (Neptis. sacratio Regi Arragonum] per Ioannem Varseum Virum diligentissimum in Chronic: Hispaniæ Priori Tomo cap. 18. Videre potest Curiosus Lector apud Didacum Couaruu: Tom: 2. Variarum resol: lib. 4. cap. 11 atque humanæ diligentiæ fragilitatem, etiam in summis Viris depræhendet.

Quid plura? legatur Concordia Martirologij Romani cum Breuiario Romano Bartholomei Gauanti in Tom. 2. Thesauri

sauri Sacrorum Rituum pag. 260. & pulcherrima in hoc negotio percipiet Lector.

Quapropter Guglielmus Vvorilon accerrimus doctrinæ Scoticæ assertor, & subtilitatis imitator, quemadmodum testatur Thomas Dempsterus. in p. sent. d. 11. q v. §. (quantum ad 2. art in medio,) rescribit ex Scoto. (Gregorium Nazianzenum,) Cyrillum, Damascenum; accuratè [Gregorium Theologum ommittens.]

Tandem Ferchius in suo Libello prætitulato [defensio Vestigationum Peripateticarum) de quo prudens Lector illud iudicium ferre posset, quod ipse tulit de elogio Pauli Iouij in Scotum Apol: pag. 20. " Elogium plerumque laudem significat.

" Sed istud in Ioannem Duns cōtextum, sub nomine laudis
" insignem Vituperationem continet, non secus, ac quidam
" liber inscriptus de animæ immortalitate, quo toto animus
" esse mortalis tradebatur. sic iste sub titulo defensionis, (offensiones) sine numerò in Scotum, & Scotistas continet.

In hoc, inquam, Libello Deffensionis, quo toto offenduntur Scotus, & Scotistæ pag. 285. ita ferali calamo scribit, atq; in omnia probra, ac dedecora ruuit. " Alexandreus qui-
" dam nempe vester Doctor, argumenta pro hac opinione
" negatiua, anima non est mortalis omnia soluit. Argumē-
" ta pro hac affirmatiua aīa est mortalis nulla soluere voluit.
" relinquens hoc negocium aduersarijs.par pari referre volui.
Et infra pag. 287. inquit. " Verum vt ex eo amplius exci-
" temini ad Scoti defensionem. Dico Scotum debuisse &
" Iure philosophico, & Iure Theologico. soluere argumenta

pro

„ pro negatiua, atque cum hoc non fecerit; nec boni Philo-
„ ſophi, nec boni Theologi eſſe functum officio.
„ Non quidem boni Philoſophi; quoniam ſi voluit oſtende-
„ re Ariſtot: eſſe dubium, debuit reſoluere argumenta, rela-
„ ta pro vtraque parte, aut pro neutra.
„ Nam ſi mens Ariſt: non poterat ſe exſoluere ab argumen-
„ tis pro negatiua, ergo in iſta parte determinatè erat alliga-
„ tus. quod quidem Scotus de Ariſt: 3. d. *27.* G. tradidit;
„ ergo non erat dubius. dubitatio enim eſt, quando argu-
„ menta pro vtraque parte ſunt ſoluta, aut non ſoluta.
„ Non boni Theologi; quoniam ex D. Auguſt: in 14. de Tri-
„ nit: cap. p. (ſcientia Theologica, eſt qua fides ſaluberrima
„ gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur.) Ergo Sco-
„ tus in 4. ſentent: Theologicarum, ex officio Theologi, te-
„ nebatur roborare fidem illius negatiuæ (Anima intelle-
„ ctiua non eſt mortalis;) debebat ſoluere pro negatiua,
„ quæ ſunt contra fidem, & pro hæreſi: ſed ipſe non impu-
„ gnauit, non ſoluit, ergo, & contra finem intentum à Theo-
„ logo, & contra finem intentum à Philoſopho, quæ debuit
„ ſoluere non ſoluit, quæ debuit defendere non defendit;
„ quæ debuit probare non probauit; quæ debuit non probare,
„ probauit. Etenim debebat adhibere adiumenta, quæ eſſet
„ ad finem opportuna, & impedimenta aduerſantia remoue-
„ re. Non fecit.
„ Hinc, ſed præter intentionem piiſſimi Doctoris [hic ad-
uerte Lector cordate, nobilem Ferchianam ironiam, quã non abſimilem in Iouium, & ipſe notauit pag. 20. illis verbis. « Cautio ſanè acuta, laudes apponere, vt ſincerior in vituperio videaris] Duo mala ſecuta ſunt.

„ Primum in Doctoribus, qui animaduertentes, Scotū scri-
„ psisse contra Fidem Catholicam sic, vt argumēta pro verita-
„ te destrueret (hic Lector agnosce, quinam sint ad destru-
„ endum nati, quos superius descripserat) & argumenta
„ contra veritatem Catholicam construxerit, constructa
„ relinquat. sed in fine quatuor bona verba proferat ad
„ Lectorem deliniendum. [ex his apparet quantæ sint gra-
„ tiæ referendę misericordiæ Creatoris &c.] Tale exem-
plum imitati sunt; scribunt enim quantis possunt ingenij
„ Viribus contra veritates creditas, rationes pro creditis om-
„ nino soluunt; Deinde dicūt, Nos lumini supernaturali, &
„ fidei credere debere &c. Tales Achillinus, Piccolom: Gia-
„ ninus, & alij quidam reperiuntur. Sic enim dicunt laten-
„ ter. Credite quod nulla ratione credi debet, quod nulla
„ ratione fulcitur; quod omni ratione impugnatur. Quod
„ nulla ratione defenditur.
„ Secundum in plurimis, & Doctoribus, & auditoribus ma-
„ lum secutum est. Cum enim omnes agnoscant Ioannem
„ Scotum esse subtilissimum Doctorem, in Arist: versatissi-
„ mum, atque in disp. omnino sublimem (detestare hoc
elogium Scotista, detestare. Latet sub auro venenum,
ostro cruorem, melle fel abscondit. rursus laudes appo-
nit, vt sincerior in vituperio videatur; (habet venenum
suum blanda oratio) inquit Mimus Publianus iam iam
audi." Attendunt autem à Scoto non esse soluta hæc argu-
„ menta, quæ probant animam intellectiuam esse mortalem,
„ & consequenter credunt, hæc argumenta esse insolubilia,
„ & hanc partem esse omnino in Arist: tenendam, nec non
„ in philosophia naturali, quicquid sit de supernaturali. Vnde
obfir-

„ obfirmant se in hac falsa opinione (Anima intellectiua est mortalis .“] Hucusque quamseriò Ferchius in maledictis feracissimus.

Tandem in fine præsentis eius Satyræ. quatuor hæc bona ver-
„ ba ad Lectorem deliniendum per ingentem irroniam, pro-
„ fert. “ Hæc ideo dico, non quia Doctor subtilis defendi
„ non debeat, & possit. Defendi ego ipsum in publica Ca-
„ thedra Patauina. sed Vobis Scotistarum supremis expec-
„ to defensionem toti Mundo notificandam. Ità tamen, ne
„ solutionem à me publicè datam, per internuntios quæratis,
„ & tanquam vestram, vt prompti estis, scribere publicetis.
„ sed hoc, si vixero, non tacebo. “

Videat Aequus Lector superbiam hominis minitantis, irridẽtis, calumniantis? Dicit se defendisse Scotum in publica Cathedra Patauina. At verbalis defensio Tua (si tamen facta fuit, quod nobis incredibile est] abijt in auras. Vituperia scripta manent, ò generosè Scoti Vindex. quid referebat, quemadmodum illhæc vituperia, ex Tua Feracitate eructata, Toti Mundo notificasti, & defensionem etiã num scribere [pijssimi Doctoris?] pari modo teneris ad famæ Scoticæ restitutionem, nec nisi iusta palinodia, hæc mortalis culpa delenda. Si publicè à Te data solutio? ad quid clanculum per Internuntios quærere? Solutionem Tuam negligimus. Audi inuitus Tu nostram expurg. 6. Non est, quod Tuam vocalem rescribamus. gratias reddimus Deo, quod per Te proferimus nihil. Boni à Te didicimus nihil. Tua figmenta, ac fabulosa dogmata confutauimus. O' vtinam, Aristarcus huius sæculi, non docuisses repondere iniurias. At prosequamr alia.

Pag. 291. " Deinde Vos non attendiſtis, inquis, ad Doctorē
„ veſtrum, qui vt Ariſtot: mentem apperiret non debebat
„ hanc falſitatem relinquere probatam, quod anima intelle-
„ ctiua ſit mortalis, ſcilicet non debuit facere malum, vt eue-
„ niret bonum. & quidem falſitas iſta, quam Scotus probatā
„ reliquit. eſt capitalis, in qua ſalus, tum cuiuſque homi-
„ nis, tum Eccleſiæ Chriſtianæ conſeruatio conſiſtit.
„ Da enim quod Anima ſit mortalis, iam Xpūm Crucifixū,
„ & Crucem ſepelire potes. totaque Fides Chriſtiana corruit.
„ & paulo infra. ſed vt oſtendam, omnia hæc veſtra dicte-
„ ria eſſe contra Scotum. Dico Scotum male feciſſe, quia cō-
„ tra veritatem Fidei Catholicæ probauit hæreſim, & proba-
„ tiones non ſoluit.

Ab hoſte iurato S.R.E. atrociores iniuriæ prodire non poſſunt in Catholiciſſimum Doctorem, Scholarcam digniſſimum ſubditum fideliſſimum, ac filium amantiſſimum S. Matris Eccleſiæ. De cuius doctrinæ integritate, extat Decretum, S. Congregationis Cardinalium ante annum 1610. circiter Sancitum; quo præcipitur Doctrinarum, aut librorum Cenſoribus, vt quid quid Scoti eſſe conſtaret, intactum, inuiolatumque admitteretur; quemadmodum teſtatur P. Cauellus in Vita Scoti cap. 5. & Lucas Vvandingus tom. 5. Annalium Religionis in Vita eiuſdem. Quapropter viderint, quorum intereſt, an hæc conuitia ſic impunita proccurere debeant, ad Hæreticorū tripudium, & Catholicorum confuſionem.

Item pag 264. ſcribit, " Scotus quidem deſeruit defenſio-
„ nem Veritatis Catholicæ, quia noluit defendere Veritatē
„ iſtam (anima eſt immortalis,) quando noluit ſoluere argu-

,, argumenta, quæ contra ipsam attulit. Item pag. 358. "
,, Epicurei qui in eodem Mundo permanente posuerunt Cir-
,, cuitus earumdem rerum statuunt animam intellectiuam
,, esse mortalem, igitur illis obijcere reminiscentiā, est ope-
,, ram ludere, sicuti, & Doctori vestro, ac Vobis, qui in Phi-
,, losophia tenetis mortalitatem animæ cum Epicuro, hoc
,, argumentum non obstat. Item pag 423. Inquit Vestig: 6.
,, Scotum assertorem mortalitatis animæ reprobo. non ne ri-
,, diculum est, vt illius recipiam dicta ex 2. Methaph. qu. 6.
,, cuius dicta reijcio. Rursus pag. 387. " Citatis contra
,, me Scotum, & malè quia in hac materia, Scotum non reci-
,, pio, sed veluti Alexandreum reijcio.

Ah indignissimus Scoticæ doctrinæ Interpræs. Ah inutiliter proiecta stipendia à Serenissima Republica Veneta, pro tali, ac tanto professore retinendo. Si Scotum turpissime eijcis? Cur, & indignum titulum Interpratis eius, etiam non abijcis? " hac egregia laude [imitor phrasim tuā,
,, pag. 372.) Scotum, & scholam eius ornas? Plus debebas
,, amare Scoti honorem, & scotistarum, quàm odisse scrip-
,, tionem nostram.

Item pag. 20. scribit. " sicut, & Scotus ibidem tanquam Ale-
,, xandreus defendit, & probat animam intellectiuam esse
,, mortalem in Via Arist: Item pag. 379. " Scotus Magister
,, vester in 4. d. 43. q. 2. K. volens probare, quod intellectus
,, sit simpliciter corruptibilis, probare tamen iuxta Aristot:
,, sententiam, producit tex. illum p. de anima (intellectus
,, corrumpitur in nobis quoddam interiori corrupto.] sed
,, Arist: tex. 66. p. de anima sic habet. (ipsum igitur intelli-
,, gere, & ipsum speculari marcessit, alio quoddam interius

cor-

„ corrupto.) Arist: in t. Græco, & Latino, ait [intelligere.]
„ Scotus ponit (intellectus. intelligere) aliquãdo est, aliquã-
„ do non est: nam est accidens. sed intellectus (videtur in-
„ nasci in Corpore substantia quædam existens, & non cor-
„ rumpi) ex p. de anima t. 65. Vos sanè eritis imitatores
„ Præceptoris vestri, in citandis authoritatibus. "

Gloriamur, Ferchi, imitatores esse Præceptoris nostri in citan- dis authoritatibus, quemadmodum potuit & ipse gloriari in citando t. 66. p. de anima, sic legisse apud S. Bonauent: Doctorem eo antiquiorem in 2. d. 18. q. p. de p. ar. in corpore quæsiti, referendo opinionem Comentatoris. & d 19. q. p. de p. ar. in 3 arg: ab initio. An autem seraphicus Doctor, translatione falsa vsus sit, sicuti etiã de Angelico Doctore asseris, Tu Censor esto.

Obiter tamen, hoc loco, notum sit Lectori Eruditissimo, Simonem Portium Aristotelica palestra, Virum non obscurũ, disp: de mente humana pag. 58 asserere se legisse in antiquissimo Codice manuscripto t. præcitatum 65. à Ferchio, sic habere. (Neque intellectus videtur innasci substantia quædam existens.) & non vt ex Thæmistio in Codice impræsso nunc legimus. (Intellectus autem videtur innasci substantia quædam existens, & non corrumpi.) & quidem veriori sensu, inquit Portius, legitur in manuscripto. Etenim, cum Philosophus declarasset, & animam non moueri, nec alterari, videtur negare ipsam non innasci, neq; corrũpi, quasi sec: negatio, priorem supponat. Hæc Portius.

Quod totum relatum volui, vt prudens Lector opinari probabiliter possit; Scotum forte legisse secundum Codicem manu scriptum, in quo habentur illa verba (intellectus

cor-

corrũpitur.) queadmodũ in priore t: 65. manuſcripto, nõ referuntur impreſſa Thomiſtiana verba. Videatur, quę obſeruauimus circa verſionẽ t 19. 3. de aĩa diſ 6. q. 5. a. 2. n. 109.

De tranſlationibus operum Ariſt: ſignanter (Rethoricæ) non ad verbũ factis; legatur iuſta quærimonia Aeneæ Siluij alias Pij II. epiſt. 95. lib. p ad Campiſium, atque errores Trapeſuntij interpretis notabuntur, adeo vt mirum minus ſit, t. Ariſt: variè, ſecundum varias Translationes legi.

Videatur præfatio Angeli Politiani in suetonium pag. 117. & 118 deploratis non conuerſũ è Græco Ariſt: ſed (peruerſũ) item Biancanus in lib. de locis Matematicis Ariſt. pag. 97. n. 145. pag. 148 n. 237 pag. 155. n 243. pag. 157. n. 244. pag. 191. n. 264. pag. 236. n. 346. pag. 204. n. 279. corruptos textus notans.

Inconſtantiam Scoti in tradẽda Deffinitione Creationis pag. 37 Ferchius aperit, fusè ibi legantur inſipidæ illę irriſiones.
„ (ſed non conſtat Scotus. Conſtabit ne in hac 2 ? minimè.
„ Dabitur ne Status? nequaquam. Dabitur ne status ? non vtique.) & ſimiles nugę, Viro indignæ. legantur quę recantat lib. 3. Apol. pag. 40. de conſtantia Scotica; nec non in Vita ipſius Scoti pag. 38. & 43.

Tandem (nam feſſus ſum in colligendis iſtis Scorijs) pag 342. ſcribit. " si à Scoti libris auferatur Ariſt: nihil Scoto
„ remanet in Philoſophia. in Theologia ex decem partibus „
„ vix remanerent tres. plures enim t. Ariſt: quam ſcripturæ
„ expendit, & exponit. prolixiores diſputationes, ex Ariſt philoſophia, quam ex doctrina Xpi agitat.

Hæc Ferchius ex Cathedra Patauina interpræs publicus ad Scoti doctrinam propagandam; gratitudinis, & debiti ergo.

pro

pro ea dedecoranda, vituperanda intonat.

Liceat mihi nunc in te iustius intorquere, quæ tu in Iouiũ pag. 69. in Apol: contorsisti. " quot crimina, quot probra, quot
" infamiæ; ignosce amabo Lector humanissime, si erumpen-
" tes indignationis flamas non cohibeam; si exclamem, par-
" ce iusto dolori. quid ommisit, aut quid non congessit, &
" expuit in Scotum, quo illius scripta, dicta, vitam, famam,
" gloriam, clarissimis tenebris obuolueret. ò seuerum virum.
" Non pepercit personæ. quam Hæreticam insimulat. Non
" Religioni, cuius iudicium in deligendo Alexandreum Prę-
" ceptorem infamat. Non sequacibus, quos ingenia serui-
" lia habere, proclamat. Non doctrinæ, quam contra Fidē
" Catholicam militare criminatur. Non animæ quam do-
" cuisse mortalem, affirmat. Non denique requiei, & glo-
" riæ, quam tertio Scoti sęculo, illam intercipere, hanc sit co-
" natus denigrare. Non ne septem discussis accusationum
" capitibus septicipitem Hydram, virulentos euomentem
" ignes raprefentauit? Immaculata Virgo, Scoti tutelaris,
" hæc vindicabit. Amen.

Post Præceptorem vituperatum, aggreditur vituperare Discipulos. Non poterat Ferchius hos non odire, qui Scotum priorē ijs odio habuit. legamus quæ in eos debachatur pag. 26. " sed Scotus, & Scotistæ, inquit pro vno habentur, Tum quia easdem rationes Scoti transcribunt; de nouo,
" aut parum, aut nihil faciunt. Tum quia, qui se alligaue-
" runt vni Authori nolunt ex proprio iudicio loqui: sed ex
" voluntate loquuntur illius. "

Ex hoc proprio iudicio, Ferchius audacter intulit pag. 332. " Cur non licebit mihi negare illos vestros Scotistas, qui

Classici

,, classici non sunt, sed seruiles?

In Antonium andream Scoti fidelissimum Discipulum pag.
,, 312. scribit. Possem ego responsionem hanc PseudoSco-
,, ti idest antonij andreæ recipere, quia non est vestra: sed
,, Viri spectatissimi, [pulcherrima antithesis. Vir specta-
tissimus, PseudoScotus: sed melius attendamus]. "verum tamen, quoniam Antonius Andreas illam expositio-
,, nem accepit ab Aquinate, non est cum Scoto accipienda.
,, Item pag. 309. Transcripsit enim expositionem ab Aqui-
,, nate, vt plerunque facit.

Ecce Antonius andreas, PseudoScotus, transformatus in Ps-
,, eudoThomam.

In Bassol: & alios præclaros Scotistas pag. 371 scribit "sed
,, Scotus vester Doctor subtilis, secundū arist: defendit [ani-
,, mam esse mortalem.] propter æternitatem motus, sic Ioan-
,, nes Bosol: Petrus Tartar: Philippus Fauentinus, Antonius
,, Roccus sodalis vester, sic Vos quoque, qui animam intel-
,, lectiuam mortalem esse tenetis.

Hæc est apertissima calumnia Ferchiana, quo ad personam
Scoti: legatur quæ scribit quol. 2. 10. [certum fuit (inquit
Scotus) Arist: secundum sua principia posuisse animam
intellectiuam esse à Deo immediatè, & adhuc attingere po-
test ratio naturalis, cum sit immortalis.)

Quo ad personam P. Fauentini, optimi, & doctissimi senis.
legatur disp. p. opusculi eius contra Atheos cap. 4. Vbi
authoritatibus Arist: Rationibus naturalibus, ac diuersis
apparitionibus, immortalitatem validissime probat.

Verba illius n. 259. hæc sunt: [Et quidem quod Arist: cen-
,, suerit esse immortalem, ex eo adducitur maximè, quia

numquam legitur dixisse præcisè, seu in particulari, intellectum, seu animam rationalem esse mortalem, & corruptibilem, è conuerso autem apertè dixit esse immortalem, præsertim 2. de anima tex. 21. & n 271.) Eamdem Veritatem, ratione efficacissima, ex Arist: principijs desumpta, comprobat: Quo ad personas nostras, videatur Expurg: 8.
Item in Bassol: pag. 424. " Cernunt Peripatetici quanta cũ
" laude, mortalitatis assertores, Arist: excipiunt. Melius quip-
" pe Ioannes Bassol: contulit Arist: principia, quam Arist:
" melius conclusiones deduxit, Arist: nunquam non benè de-
" duxit, quoniam animam corruptibilem deducere debuit,
" cuius & oppositum asseruit. Totum irronicè dictum in
" Doctissimum Virum.
In P. Fauentinum, eius in Cathedra Scotica Methaphysica, & Theologica Antecessorem, & singularissimum Benefactorem, (vt ipsemet in Vita ipsius P. Fauentini fatetur,) grati animi ergo hæc effutit: Vestig. 6. pag. 258. " Fauentinus in Theorem: 68 philosophiæ Naturalis, arguit, " quo
" niam in 7 Metaph: vlt. vult Arist: quod quando compo-
" situm resoluitur, solum partes materiales remaneant, scili-
" cet elementa, sed forma nequaquam &c. Respondetur,
" errorem admitti. Nam particula (solum) non est in
" textu. in quo tamen præcipua vis residet. " Et ecce mẽtitus Fauentinus, tanquam corruptor Arist: t: & pag. 270.
" Per hæc refutatur Fauentinus in theorem: 68. cap. 5. di-
" cens. Arist: loqui sub dubio, quia apparet particulam
" dubitatiuam (forsan) vel (si) conditionalem. Sed Fauen-
" tinus haud rectè distinxit tex. neq; .n. aduertit in assertio-
" ne, nullam esse conditionalem, nullam esse dubitationẽ. "

En

En Fauentinus bardus in animaduersione Aristotelici tex.
„ & paulo infra. " cum Fauentinus ipse, & Scotus 4. d. 43.
„ q 2. confiteantur Arist: verba pro immortalitate expressa
„ esse, non pro mortalitate. Cur Aristotelici sunt, qui Arist:
verba negant? " quasi dicat expungantur ab Albo Peripateticorum Scotus Magister, & Fauentinus Discipulus.

Item pag. 311. scribit. " sed præter argum: Scotica, Fauenti-
„ nus nonnulla excerpit ab Alexandreis pro Scoto. Primum
„ quod affirmat efficacissimum. Tale est &c: Respondetur hoc
„ argum: esse inefficacissimum, nam consequentia, & nulla
„ est: & nulla ratione probatur. & pag 312. ad aliud argumentum Fauentini, aperte scribit; " Ideo Fauentinus ex
„ falso argumentatur, vel ex dubio. & paulo infra. " quin-
„ to Fauentinus insurgit Arist: in 3. de anima t. 20. loquitur
„ de intellectu hominum particularium, non de intellectu
„ Vniuersali. dicens quod intellectus post mortem non re-
„ miniscitur, ergo est otiosum ipsum ponere. Respondetur,
tex: attentè non legit. " En Fauent: hebes in lectura t Arist:

Et in fine concludit. " quare Fauentinus ex hoc loco, con-
„ cludit oppositum propositi; " quod est eleganter dictum
„ sicuti de nobis millies pariter dicit; Fauentinus est Doctor
extra propositum.

Pudenda Arist: (quem Ferchius dicit se in delicijs habere) ab eo detecta in Libello de ortu Danubij, & origine fluiorum in lib. de Cælesti substantia, ortu motus contrarietate ad mentem Anaxagoræ, atque in sua Vestig: 4. nec non in declamatione habita in Parnasso, & à Marco Antonio Nali in suo Opusc: (Auuisi di Parnaso à i Poeti Toschi) exscripta. hic ex eius Feracitate rescribenda essent; quemadmodum

ea

ea, quæ criticè obseruauit in Poema Epicum Torquati Tassi. Adeo vt consideratione dignum, Lector prudens, videatur; hunc Virum, quasi Cerberum tribus Virulentis linguis, Summum philosophum (Arist:) Sūmum Theologorū [Scotum) & summum Italicorum Poetarum (Torquatum Tassum) (per æqua, & iniqua, famam captantē) denigrare pro posse voluisse; atque suis locis, ea videantur. Nam pudet, ac tedet, hæc, & legisse, & scripsisse, qui tamen plura vellet, & ad nauseam vsquè, legat Libellum Famosum [Defensio Vestigationum Peripateticarum, &c.] prætitulatum. Atque hucusque de furacitate, & feracitate Perchiana dictum sit, ad comprobandum Ferchium, & furacem, & feracem esse. [Furax] benè dictorum ab alijs; (ferax) maledictorum aduersus alios.

FINIS.

I N D E X

Querelarum Ferchianarum In hac Prima Parte Centurię contentarum.

Querela Quarta.

Querela Quinta.

Querela Sexta.

Querela Septima.

Querela Octaua.

Querela Nona.

Querela Decima.

Que-

Querela Vndecima.

Querela Duodecima.

Querela Decimatertia.

Querela Decimaquarta.

Querela Decimaquinta.

Querela Decimasexta.

Querela Decimaseptima.

Que-

Querela Vigesimaquinta.

Querela Vigesimasexta.

Querela Vigesimaseptima.

Querela Vigesimaoctaua.

Querela Vigesimanona.

Querela Trigesima.

Querela Trigesimaprima.

Quere-

FINIS.



FERRARIÆ

Apud Franciſcum Succium Thypographum Cameralem.

M. DC. L.

SVPERIORVM PERMISSV.